autez ante euum eſt ⁊ regnum ipſius regnum oium ſeculoꝝ. Si ergo ſic dicēdus eſt eternꝰ: nō ergo dicēdus eſt eternus per vitam uel vite poſſeſſionem. ¶ Item quedam dicunt̄ eterna que nō ſunt viua ſicut Boetius dicit. corpora. ſ. mortua imobilia eſſe eterna. Et pſalmiſta. eleuamini porte eternales. ergo nō gn̄aliter diffinit̄ eternitas per vitam. Preterea q̄re nō diffinit̄ per itellectum ſicut per vitā cum in deo nō differāt iſta eē viuē ⁊ itelligē. Item obijcit̄ de hoc qȯ dicit̄ poſſeſſio. poſſeſſio enim eſt rerum extrinſecarū ⁊ nō ipſius vite ut videt̄. ⁊ ita improꝑe ponitur. Si forte dicat̄ ꝙ ibi refertur ad intrinſeca adhuc poſſeſſio videt̄ eſſe rerum ꝑtinētium ad uſum uel ad uti: ſed vita eterna ꝑtinet ad frui ⁊ ita nihil eſt dictū poſſeſſio vite. Si forte dicat̄ ꝙ poſſeſſio ſumit̄ hic a poſſeſſore ⁊ a ꝓprietatibꝰ ipſiꝰ ſm hoc poſſeſſio notabit ſuppoſitionē: ⁊ cum nulla ſit ſuppoſitio in compatione ad vitam ſed in compatione ad res extrinſecas iterū ſumet̄ ſm hoc improꝑe. ¶ Itez q̄rit̄ quō in diffinitione eternitatis poſſeſſio cadit in recto ⁊ vita in obliquo cum vita iterminabilis eē̄ntialior ſit eternitati q̄ꝫ poſſeſſio ut patet ex p̄dictis obiectionibus. Deinde obijcit̄ de hoc ꝙ dicit tota. totuz enim hēt ꝑtes: q: totuz relatiue ad ꝑtes dicit̄: ⁊ ita eternitas videt̄ habere ꝑtes qȯ eſt ɔtra boetium qui dicit ꝙ nūc ſtās ⁊ nō mouēs ſeſe ſemp facit eternitatē. Preterea eſt ɔtra Anſelmum qui dicit ꝙ deꝰ eternitas eſt ⁊ ille eſt ſimpˣ. Si forte dicat̄ ꝙ eternitas eſt ſimpˣ ⁊ dicit̄ tota q: ꝑfecta tūc q̄rit̄ q̄liter ſit ſimplex. ſi enīz eſt ſimplex ſicut nūc: aut ſicut nūc terminās eſt ſimplex: aut ſicut nūc ɔtinuās. ⁊ ɔſtat ꝙ neutro mō: q: nūc terminās eſt ad qȯ terminat̄ ɔtinuū aliqd qȯ eſt in rōne mēſure. nūc aūt ɔtinuās eſt terminꝰ quo copulant̄ ꝑtes eē durationis ipſiꝰ cōtinue: ⁊ ſic ſeq̄ret̄ ꝙ aut eternitas eēt ɔtinuoꝝ: aut eēt terminꝰ copulās eē ɔtinui quoꝝ utrūqꝫ falſum eſt: q: ſi eēt ɔtinuoꝝ hēret ꝑtes. ſi autem eēt terminꝰ ɔtinui tūc nō eēt terminꝰ niſi tp̄is ⁊ ſic eternitas eēt ſuba tp̄is ⁊ nō eēt an̄ tp̄s: q: ſuba tp̄is non eſt an̄ tp̄s. Preterea ꝑfectum dicit̄ multis modis. dicit̄ enim ꝑfectum cui nulla ꝑtium ſuarum deeſt. ⁊ dicit̄ ꝑfectum qȯ eſt poſt fieri in factum eē. Et q̄rit̄ ſm quē modum eternitas dicat̄ ꝑfectum. Si p̄mo mō tūc hēt ꝑtes. ſi ſcȯo mō tūc eternitas erit facta quoꝝ utrūqꝫ eſt inconueniēs: q: dicit Gregoꝰ ⁊ ponit̄ in p̄ꝰ ſniarum diſtinctione. ixᵃ. quo factum nō eſt nec ꝑfectum ꝓprie dici pōt. Deinde q̄rit̄ de hoc qȯ dicit ſimul. idem enim videtur totum ⁊ ſimul ⁊ ita nugatio eſt. Item ſimul notat ſimultatem duoꝝ in eodem loco uel tp̄e ⁊ ita videt̄ ꝙ in eternitate diuerſa ſunt ɔiuncta in vno loco uel tp̄e. Ultimo obijcit̄ ꝙ diffinitio nō videt̄ ɔuertibilis: q: dicit Augꝰ in 2ᵒ ɔfeſſionū. Dixiſti mihi uoce forti in aurem interiorem ꝙ nec illa creatura tibi coeterna eſt: cuiꝰ uolūtas tu ſolus es: teqꝫ ꝑſeuerātiſſima caſtitate hauriēs imutabilitatem ſuam nuſq̄ꝫ ⁊ nunq̄ꝫ exierit ⁊ te ſibi ſemp p̄ſite toto affectu ſe tenet nō hn̄s futurum qȯ expectet: nec in p̄teritum trāſiēs qȯ meminit nulla vice uariat̄ nec in tp̄e ullo diffūdit̄ o btā ſi qua iſta eſt inherēdo btitudini tue btā ſempiterna in hitatore te ac illuſtratore ſuo. Ex hoc accipit̄ ꝙ angeli eterni ſunt per inhitatorem ⁊ tn̄ nō cōuenit eis interminabilis vita: ergo diffinitio nō eſt conuertibilis. Deinde q̄rit̄ de 2ᵃ diffinitione q: videt̄ incōueniēs ꝙ dicit ſpatium cum nullum ſpatium ſit ſimpˣ ⁊ eternitas ſit ſimplex. Item ſpatium videtur eſſe ſm dimēſionem loci uel eoꝝ que ſunt ſm locum. Si forte dicat̄ ꝙ ſpatium dicit̄ ibi mora ſicut videt̄ dicē Gilbertus in cōmēto ſup boetium. Cōtra eſt ꝙ nulla mora eſt indiuiſibilis ⁊ ita ut p̄us. Preterea ſpatium dicit diſtinctionem quādam cum eternitas dicat̄ eē nūc ſtās ⁊ nō mouēs ſeſe. Preterea querit̄ q̄liter ibi ſumat̄ ɔtinuum. dicit̄ enim in 5ᵒ phiᵒꝝ ꝙ in hijs eſt ɔtinuum ex qbꝰ vnuz aliqd aptum natum eſt fieri: ⁊ hoc aut in caſtratura: aut tactu ut colla: aut inſertu. ſed cū ſimplex ſit eternitas nullo iſtoꝝ modoꝝ dicit̄ ɔtinuuz. ¶ Item obijcit̄ de eo qȯ dicit̄ nō iterſectum: q: linea eſt ſpatium ɔtinuum nō interſectum ⁊ nō eſt eternitas. Preterea tp̄s nō erit interſectum cum ſit ɔtinuum. Deinde obijcit̄ de tertia diffinitione ⁊ querit̄ de eo qȯ eſt antiquum. hoc enim dicit dr̄iam tp̄is ⁊ ita eternitas per tp̄is dr̄iam diffinit̄ qȯ eſt incōueniēs. ¶ Si forte dicat̄ ꝙ antiquum trāſumit̄ a tp̄e ad eternum: tūc querat̄ rō q̄re potius dr̄ia tp̄is tranſumit̄ ad dr̄iam eternitatis q̄ꝫ ecōuerſo. Preterea querit̄ q̄re dicit imutabile. hoc enim nō videt̄ tm̄ cōuenire eternitati ſed etiam euo: q: eē angeli qȯ mēſurat euum eſt immutabile: ⁊ ita imutabile non videt̄ eē ꝓpria dr̄ia eternitatis. Si forte dicat̄ ꝙ non eſt incōueniēs ꝙ dr̄ia poſita in diffinitione ſit cōis: q: dicit phus in liᵒ poſteᵒꝝ ꝙ tota diffinitio eſt in eque ⁊ ꝑtes in plus. Hoc eſt ɔtra Augᵐ qui dicit ꝙ uera eternitas eſt uera incōmutabilitas que nulli ɔuenit niſi deo ⁊ ponit̄ in 8ᵃ diſtinctione p̄mi ſniarum. Ultimo q̄rit̄ penes qd accipiunt̄ tres diffinitiones iſte. ¶ Solutio. p̄notāda eſt diſtinctio vite: ⁊ diſtinctio eē: q: per illa videt̄ diffiniri eternitas. Dicit̄ enim vita duplr̄. Uno mō ſm ꝙ reſpicit eē ſm naturā: ⁊ ſic qn̄qꝫ dicit̄ ꝓprie. qn̄qꝫ improꝑe. improꝑe ſm ꝙ dicit̄ actꝰ forme ꝑficiētis mām ſm quem actum ꝑfecte attingit opationem illius rei quam ꝑficit forma: ⁊ ſm hoc dicit̄ aq̄ viua qn̄ eſt in ꝑfectione refrigerādi ⁊ purificandi. ⁊ ſic dicit̄ lapis viuus: ſicut magnes qn̄ attrahit ferrū ꝓprie dicit̄ ſm ꝙ eſt actꝰ aie: ⁊ ſic diuidit̄ a pho in 2ᵒ de aia capᵒ p̄ᵒ. Ubi dicit multiplr̄ aūt viuē dicto. Et ſi vnū hoꝝ aliqd inſit ſolum viuē ip̄m dicimus ut intellectus ⁊ ſenſus motꝰ ⁊ ſtatus ſm locum. Adhuc aūt motus ſm alimētum ⁊ decremētum ⁊ augmētum eſt. vn̄ ⁊ uegetabilia oia vident̄ viuere. hijs modis dicit̄ vita ſm ꝙ aliquo mō reſpicit eē ⁊ ſic duplr̄ diuidit̄ ſm diuerſas cōſiderationes. Dicit̄ etiam vita qn̄qꝫ large ſūpto uocabulo nō reſpectu eē tm̄: ſed reſpectu bn̄ eē. ⁊ ſic iteruz dicit̄ multiplr̄. aut hoc enim eſt ſm bn̄ eē ſpūs. aut ſm bn̄ eē ɔiūcti. corpus enim per ſe nō hēt vitam: ſi eſt ſm bn̄ eſſe ɔiūcti: aut hoc eſt reſpectu nālium inter ſe debito mō ꝓportionatoꝝ: ⁊ ſic viuē dicit̄ ſanum: egruz aūt uel lāguidum nō viuē. aut reſpectu delectationum extra que ſūt delectabilia ɔiūcti: ⁊ ſic dicit̄ vita uoluptas corpalis. qui aūt eſt in triſtitia nō viuit ſm hūc moduz. Si aūt eſt ſm bn̄ eē ſpūs: aut hoc erit ſm modum vie: aut ſm moduz p̄rie. ſi ſm modum vie: aut reſpectu eoꝝ ad que ſufficit ſibi natura. ut reſpectu virtutis politice ⁊ felicitatis conſequētis illam: ⁊ ſic viuit qui hēt virtutem ɔſuetudinalē nō hn̄s aūt nō viuit hoc mō ſed potius brutaliter viuit ſi viuit. aut eſt reſpectu virtutum in q̄s nō ſufficit ſibi natura ſola ſed infundunt̄ cum gr̄a uel per gr̄am ⁊ ſic viuit qui eſt in gr̄a: qui aūt eſt in pctō mortuus eſt. Si autem eſt ſm modum p̄rie: aut eſt intus uel extra. ſicut enī caro duplr̄ viuit. ſ. cauſaliter per aiam. ⁊ formaliter per vitam influxam ei ab aia. ſic aia btā viuit duplr̄. ſ. btitudine intus cui opponit̄ mors ɔſciētie quam patiunt̄ dānati. ⁊ btitudine increata ad extra cui opponit̄ in dānatis pena affligēs extra. ¶ Hijs habitis dicēdum eſt ꝙ eternitas ꝓut compat̄ ad vitam dupliciter dicit̄. aut enī dicit̄ ipſa vita durās ut accipiat̄ quodam modo ſm cōcretionem. aut dicit̄ duratio ipſius vite ut q̄ſi formaliter cōſideret̄. Si p̄mo accipiat̄ adhuc ſumit̄ dupliciter. cuz enim eternitas ſm hoc ſit increata vita durās ſine p̄ncipio ⁊ ſine fine illa pōt dupliciter ɔſiderari. ſ. in ſe ⁊ ut eſt ꝑticipata ab oibus beatis: ⁊ utroqꝫ mō dicit̄ vita eterna ⁊ eternitas ſicut patet ex hac auctoritate. dicit enim Maximus in cōmēto eccl'iaſtice hierarchie dionyſij ſup caᵒ 3ᵒ de ſancta ſintaxeos ideſt coione ſic. Mors ſanctoruz qua oino moriunt̄ mūdo ut ſoli deo viuāt eſt precioſa purgatiſſimarum aiarum intimam ueritatis ɔtēplatio-

nem que uere eſt btitudo ⁊ eternitas trāſitº:ſed hoc mō dicit eternitas minus ꝓprie. Si enim ꝯſideratur intra eſt per modum q̄litatis eiuſdem pficiētis beatū ſpūm ſm q̄ cōiūctus eſt fini ultimo nec mēſuratur hoc mō vita niſi ſm inteſum ⁊ remiſſum:q̄litas enim aliam mēſurā non recipit. Si aūt ſumatur extra adhuc nō dicit mēſuram uel rōnem mēſure durationis ꝓprie:ſed menſurat per modum exēplaris ſm q̄ aliqd minus nobiliter uel magis viuēs appꝛopinq̄t ⁊ plus uel minus. Vn̄ hoc mō ſumitur eternitas minus ꝓprie ⁊ q̄ſi materialiter qd magis dicitur eternum q̄ʒ eternitas:colligit tn̄ hec mēbꝛa nobiliora oīum diuiſionum p̄cedētium. A pma eniʒ accipit vitam intellectualem. a 2ª increatam. a 3ª pfectionem ultimam ſm modum patrie. Vn̄ ſic dicta eternitas eſt vita intellectualis increata btā in ſe uel pticipata ⁊ carens utroq; termino:q: aliter nō eēt increata lʒ enim nō participetur ab eterno ipm tn̄ pticipatum eſt ab eterno ⁊ ſm hoc nō habet cōpationem ad alias mēſuras que mēſurāt creaturas uel tpales uel euiternas:ſed mēſurat ut dicimus ⁊ aliter non. Si aūt accipiatur pꝛo ipſa duratione vite ſic accipitur magis ꝓprie ⁊ q̄ſi formaliter id qd eſt ipſa eternitas:ſed ſm hoc dupr accipit in ſe uel pticipata. ⁊ ſi in ſe accipit tūc accipitur ꝓpꝛiiſſime ⁊ erit mēſura carens utroq; termino. ſ. an̄ ⁊ poſt ⁊ indiuiſibilis ⁊ imutabilis vite increate pfecte pfectione ultiª. ⁊ ſm hoc hēt cōparationem ad alias mēſuras tanq̄ʒ mēſura excellēs. ſ. ad euum ⁊ ad tēpus:excellit euū ſm p̄ncipium:tēpus autē ſm p̄ncipium ⁊ finem:⁊ q̄ ita eē videatur patet per Anſelmum in liº de ꝯcordia pſciētie ⁊ liberi arbitrij ubi dicit ſic. Quāuis in eternitate nihil ſit niſi pn̄s nō eſt tn̄ illud pn̄s tpale ſicut nr̄m ſed eternum in quo tpa ꝯtinentur cūcta. ſiqdem queadmodum pn̄s tēpus ꝯtinet oēm locum:⁊ que in quolibet loco ſunt ita eterno pn̄ti ſimul clauditur oē tēpus:⁊ que ſunt in quolibet tpe:⁊ ſm hunc modum ꝯſiderata eternitate locuʒ hn̄t queſtiones que querunt a magrīs. ¶ Utrum idem ſit nūc eternitatis ⁊ tpis que infra determinabunt. alio mō nō hn̄t locum ut patet ex p̄dictis. ſm eundem modum dicitur eternitas q̄n compatur ad eē. Cuʒ enim dicatur eē multipr hic ſumitur eē increatum qd eſt actus eēntie diuine ⁊ duraº illiº carēs utroq; termino immutabilis oīno ⁊ ſine p̄ori ⁊ poſteriori:ſed ⁊ ſimpr ⁊ indiuiſibilis dicitur eternitas ⁊ magis q̄ʒ q̄n cōparatur ad vitam ut patebit infra. Et ſic iterū accipitur dupr. ſ. materialiter pꝛo ipſo durāte eē:formaliter pꝛo ipſa duratione eē. Et p̄mo mō ſumpta nō habet compationem ad alias mēſuras que ſunt q̄ſi eiuſdē generis cū ipſa. Secundo modo hēt compationem ad ipſas ut p̄dictum eſt. ſ. tanq̄ʒ mēſura excellēs compatiue ad mēſuras exceſſas. Hijs itaq; p̄notatorum reſpōdēduʒ eſt ad obiecta per oꝛdinem. ¶ Ad p̄mum ergo dicendum q̄ p̄uatiuum nō ꝯuenit deo nec mal̄e ut ſupꝛa determinatum fuit. ſed huiuſmodi termini qui p̄uatiui videntur negatiue exponēdi ſunt. Vn̄ qd dicit interminabilis exponi debet. i. nō terminabilis. ⁊ hec negatio inceptionis ſm durationem eſt inchoatio quedam eternitatis uel ꝓprietas:⁊ ideo ponitur in notificatione ipſius. ¶ Si aūt queritur q̄re nō poſuit ꝯditionem poſitiuam: Dicēdum q̄ hec eſt reuera negatio ꝯn̄s diām eternitatis poſitiuam que eſt pfectio durationis repugnās p̄ncipio ⁊ fini quo ad nos. tn̄ aptioꝛ eſt negatio ꝯn̄s q̄ʒ ipſa diā poſitiua ex qua ſequitur. ¶ Ad 2m dicēdum q̄ i euiternis eſt p̄uatio actº ad hn̄dum finem nō tn̄ poª:⁊ hoc ꝯtingit ideo q: hūerūt eē poſt nō eē:oīa enim talia quātum ex ſe tēdūt in nō eē niſi manus oīpotētis dei ꝯtineat ipſa ut dicit Gregoriº. Qd igitur nō incepit ⁊ cuius eē nō eſt poſt nihil oīno nō eſt in poª deficiēdi aliq uel terminādi. Et ut hoc notetur ad diām euiternoꝝ ponit negationem poº potiº q̄ʒ negationem actº. Ad aliud dicūt qdam q̄ tps eſt mēſura vitam hn̄tium ⁊ nō hn̄tiuʒ:euū aūt eſt mēſura vitam hn̄tium tn̄:eternitas vo eſt mēſura ipſiº vite. Sed hec ſolutio nō videtur ſoluere obiecta. ¶ Preterea poſt diem iudicij quedam nō viua mēſurabunt euo ut videtur ut coꝛpa celeſtia. Vn̄ videtur falſum eē qd ſupponit ſolutio iſta. Et ideo dicūt aliqui q̄ Boetius dicit vite ut per hoc diſtinguat eternitatem a b euo ⁊ tpe que ſunt mēſure vitam hn̄tium ⁊ nō hn̄tiū qd nō eſt eternitas. Sed adhuc nō videtur eē ſolutuʒ quare tūc nō diffiniet per eſſe cum etiam per hoc diſtingueretur. Ideo dicendum ſm q̄ determinatum eſt q̄ Boetius agit de eternitate ꝓut eſt mēſura vite btē:que ꝯſideratur dupr. ſ. in ſe:uel ſm q̄ eſt pticipata a btis:⁊ q: pticipatur ſm actum vite ⁊ rōnem ⁊ nō ſm actum qui eſt eſſe ⁊ rōnem ipſiº:ideo diffinit per vitam ⁊ nō eē. Et per hoc patet ſolutio fere ad oīa ſequētia que de hoc obiecta ſunt. ¶ Ad id qd obijcit q̄ tps diffinitur in cōpatione ad mobile p̄mum ⁊c. Dicēdum q̄ uerum eſt. ⁊ ſiliter eternitas q̄n ꝓpꝛiiſſime ſumitur dicitur mēſura eē interminati. hic aūt a boetio accipitur ut dictum eſt:⁊ eē q̄ſi mal̄iter ꝓ ipſa vita durāte ut patebit ideo ſtatim:q: aliter eēt qd dicitur q̄ eſt vite poſſeſſio. ¶ Ad aliud dicēdum q̄ vita in creaturis fundatur ſup eē:in creatore aūt nō ſaluatur oꝛdo ille niſi ſm rōnem. Et ſm hāc rōnem pōt dici q̄ nō accipit hic eternitas ꝓpꝛiiſſime ſed ſm q̄ dictum eſt. Ad id qd obijcit ex auctoritāte Dionyſij iaʒ patet ſolō. ¶ Ad aliud dicēdum q̄ ſm hāc rōnem eternitatis nulla dicūtur eē in eternitate niſi vitā iterminabilem hn̄tia uel ſʒ ſe ſicut qd eſt ipſa vita:uel ſm pticipationem. Qualiter autem pene eterne dicantur ⁊ q̄dam alia inferiº diſputabitur. ¶ Ad aliud dicēdum q̄ itelligē nō notat pfectionē ultimam ⁊ nobiliſſimā:lʒ vita hoc mō ꝯſiderata quo ſup in 3ª diuiſione in ultº mēbꝛo collocata eſt:⁊ lʒ hec vita ſit itellectualis nō tn̄ cōplemētum ſm rōnem eſt ex pte intellectº:ſicut nec cōplemētuʒ btitudinis ſed potiº ex pte uolūtatis uel amoris pficiētis ipſam uolūtatē ſm actuʒ fruēdi:que fruitio icipit ab itellectu ⁊ hoc eſt de rōne vite btē. Uel dicatur meliº:q̄ itelligē noīat actum poº itellectiue in compatione ad itelligibile aliqd. vita etiā dicit actum cōpletiſſimū ipſiº ſps ad quem nō exigit aliud p̄ter ipm ſpūm:⁊ ideo magis ꝯuenit eternitati q̄ʒ itelligē q: ſm rōnem reſpicit ipm itelligibile qd eſt pter ipm itellectum uel q̄ſi pter ipm:ſicut ydee ſunt in itellectu diuino lʒ nō ſint diuerſe ſm rem:ſunt tn̄ in rōne medij intelligēdi ⁊ ſic aliq mō pꝛoꝛ itellectuʒ. ¶ Ad id qd obijcit de poſſeſſione dicēduʒ q̄ ſm ethimologiam nois ut dicūt iuriſpiti qui frequētius hoc uocabulo utuntur. Poſſeſſio dicitur q̄ſi peduʒ poſitio uel pedis ſeſſio ⁊ ſigt firmitatem hn̄tº rei. hic aūt trāſumit ut dicatur poſſeſſio que habetur ad uolūtatem uel obedit ad libitum. talia eniʒ ꝓpꝛiiſſime hn̄tur. ⁊ per hoc patet ſolō ad p̄m. hoc enim mō ꝓpꝛiiſſime dicitur poſſeſſio vita eterna btā. ¶ Ad hoc qd obijcit q̄ ſm hūc modum eſt ptinētium ad uſum. Dicēdum q̄ uti ſumitur multipr ⁊ ſiliter utile ut habetur ab Augº in liº de trinitate. Uti enim eſt id qd in facultatem uolūtatis uenit ad aliud referre quo ſtādum eſt tanq̄ʒ in fine ⁊ utile eſt ipm qd refertur:⁊ hoc mō uti diuiditur ꝯtra frui. ⁊ utile ꝯtra fruibile ⁊ hoc mō poſſeſſio que cadit in diffinitione eternitatis nō eſt reſpectu utilis. Qn̄q; ſumitur uti ſm diffinitionē Auguſtini in liº de trinitate ſm q̄ frui eſt uti cum gaudio ſicut habetur in xº de triniᵉ cº. iiº. ⁊ ſm hoc vita ptinet ad uſuʒ:⁊ deº utitur ſe:⁊ creatura btā pticipās vitam eternaʒ utitur deo. Vn̄ poſſeſſio dicta hoc mō nō eſt ad extrinſeca. ¶ Ad aliud dicēdum q̄ aliter eſt poſſeſſio dn̄ij:⁊ aliter eternitatis. dn̄ij enim eſt reſpectu extrinſecoꝝ que ſubiecta ſunt ut ꝓbat obiectio. eternitatis aūt eſt per trāſūptionē ad ea que ptinēt ad uſum ſʒ q̄ uſus cadit i rōne eiº qd eſt frui ut dictū eſt. ¶ Ad aliud dicēdū q̄ ſic patet ex p̄dictis diffiº iſta nō ē data p eēntiā diffiniti:ſʒ potiº reſpic ipm mal̄iter ſʒ q̄ duratio

interminabilis ↄſideraf in ipſo durãte: ꝛ prout cõparaf ad vitam. vnde idem eſt eternitas ſm hunc modum ꝙ vita poſſeſſa interminabilis ꝛ tota ſimul: ita ut hoc qđ dicif poſſeſſio reſoluaf in adiectiuum eius qđ eſt vita. ſicut uerbi grã in alio exẽplo diffinif. celum eſt cõtinẽtia viſibilium ꝛ inuiſibilium creaturarũ. ꝛ eſt ſenſus. celuꝫ eſt id qđ ↄtinet viſibilia ꝛ inuiſibilia. Et ſic patet ſolutio ad ultimum obiectum. ¶ Ad id qđ obijcif de tota dicẽdum ꝙ cõpoſito nõ ſucceſſiuo qđ habet ꝑmanẽtiam in partibus duo opponunf. ſ. cõpoſitum ſucceſſiuuꝫ qđ eſt imꝑfectum. ꝑficif enim ↄtinue in aduẽtu futuri. Et hoc opponif ei non rõne partium ſed rõne ꝑmanẽtie in partibus. Item opponif ei ſimplex oĩo qđ caret partibꝰ: ꝛ hoc rõne partium habet oppoſitionem ad ipm: ꝛ tale totum eſt eternitas: ꝛ lꝫ hoc totum grã ſimplicitatis exponaf per negationem: intelligif tamẽ poſitio in ipſo ſimplici. Et per hoc patet ſolutio ad obiectum: q: nec habet partes ꝑmanẽtes: nec ſucceſſiuas. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ non dicif ſimplex ſicut pũctus: q: lꝫ ſimplicitas pũcti non habeat partes in ſe: eſt tñ nõ ſine partibus ut ꝓbat obiectio. ſed eternitas nec in ſe habet partes nec ordinẽ ad ꝑmum ꝛ ultimum que dicũt partes alicuius cõtinui. ¶ Ad aliud dicẽduꝫ ꝙ totũ accipif pro ꝑfecto ſm ꝙ ꝑfectũ dicif cuius nihil eſt extra ipſuꝫ. ¶ Ad hoc qđ obijcif de ſimultate dicẽdum ꝙ totum dicit ꝑfectionem potẽtie durãtis. ſimul aũt excludit ſucceſſionem ꝛ ſic quo ad diuerſa dicif totum ꝛ ſimul. Unde Augꝰ in. xjo. confeſſionum. ꝑcedis omnia tp̃a p̃terita celſitudine: ſemꝑ p̃ntis eternitatis ſupas omnia futura. q: etiam illa futura ſunt ꝛ cum uenerint p̃terita erũt. tu autem dñe idem ipſe es ꝛ anni tui non deficiẽt nec erunt nec ueniũt. iſti enim nr̃i ꝛ erũt ꝛ ueniũt ut oẽs ueniãt. anni tui omnes ſimul ſtãt qm̃ ſtãt nec eũtes a ueniẽtibus excludunf qa nõ trãſeũt: iſti autem nr̃i omnes erũt cum oẽs non erũt anni tui dies vnus ꝛ dies tuus. non ↄtinue ſed hodiernus: q: hodiernus tuus nõ cedit craſtino. nec enim ſuccedit heſterno hodiernus cuius eternitas ideo coeternum genuiſti: cui dixiſti. ego hodie genui te. oĩa tp̃a tu feciſti ꝛ ante oĩa tp̃a tu es: nec aliquo tp̃e non erit tẽpus nullo ergo tp̃e feceras aliqđ: q: ipſum tempus nõ feceras ꝛ nulla tp̃a tibi coeterna ſunt q: tu ꝑmanes: ꝛ illa ſi ꝑmanerẽt nõ eẽnt tp̃a. ¶ Ad lꝫ qđ obijcif ꝙ ſimultas exigit pluralitatem dicẽdum ꝙ cuꝫ ꝓprie dicif ſimul dicit plura cõuenientia in vnam naturam uel loci uel tp̃is uel alicuius adiacẽtis ad modum iſtoꝝ. qñqꝫ autem ſumif ſm ꝙ eſt ratio oppoſita ꝑori ꝛ poſteriori ꝛ ſic poni põt pro negatione utriuſqꝫ ꝛ ſic ſumif hic ſicut etiaꝫ medium dicif uel illud qđ cõuenit extremis: uel ipſa ratio medij ſm ꝙ mediuꝫ eſt qđ excludit rõnem utriuſqꝫ extremoꝝ: ꝛ ſic hoc ipſum ſimul nõ exigit diuerſitatem uel pluralitatem ut dictum eſt. ¶ Et nota ꝙ cum dupx inueniaf totum. ſ. ſimplex ꝛ cõpoſitum. totum ſimplex nõ habet rõnem totius niſi in rõne potẽtie ſumptuꝫ ſm ꝙ dicif totum potẽtiale: ꝛ ita dicẽdum eſt hic ꝙ totuꝫ eternitatis nihil aliud eſt q̃ꝫ potẽtia durãs cum carẽtia utriuſqꝫ termini: uel potẽtia ↄtinẽs ſe in eẽ immutabili cum carẽtia finis ꝛ ꝑncipij. ¶ Ad id qđ obijcif de lꝫ qđ dicit ſimul videf multis difficile rñdere. ꝛ hec difficultas accidit q: non ↄſiderãt eternitatem niſi per modum cuiuſdam durationis cõtinue ſine ꝑncipio ꝛ ſine fine: ꝛ hoc ꝑ intellectum accipiẽtem ex fantaſmate qui nõ accipit illã durationem niſi ut habẽtem partes p̃teſas que nõ ſunt ſimul in p̃terito ꝛ futuro. hij enim imaginanf eternitatem ſicut tẽpus quoddam carẽs ſucceſſione in partibus ꝛ ideo nõ eſt mirum ſi decipiunf. in talibus enim que oĩo ſunt extra materiam ꝛ ſimplicia ſunt intuẽdum eſt rõnem potius q̃ꝫ imaginationem que fallif ponẽs imagines corꝑalium ubi non ſunt. Unde dicẽdum ꝙ ſicut tẽpus habet cõparationem ad motuꝫ ꝛ ex hoc duo ſunt in tp̃e rñdẽtia duobꝰ que ſunt in moto corꝑe ſm ꝙ mouef. eſt enim in tp̃e nũc fluẽs ↄtinue qđ rñdet ei qđ fertur in moto corꝑe ꝛ in motu. Eſt iterum in tp̃e ꝑus ꝛ poſteriꝰ qđ rñdet ipſi motui: ꝛ ſicut id qđ ferf in motu ſemper ꝑtim eſt in termino a quo: ꝑtim in termino ad quẽ que ſunt ꝑm ꝛ ultim in ſpatio: ita nũc qđ eſt in tp̃e ſemꝑ eſt cuꝫ priori ꝛ poſteriori. Et ſic patet ꝙ quicquid eſt in tp̃e cauſaf ex moto corpore ꝛ motu ipſo. ¶ Sic dicẽdũ eſt ꝙ eternitas ipſa cõſiderãda eſt ſm ꝙ adiacet eterno Unde eternitas nihil habet niſi ſm cõgruẽtiam eterni: ſicut nec tẽpus habet aliqđ niſi ſm cõgruentiam corꝑis moti ꝛ motꝰ ipſius: Unde ſicut ipm eẽ diuinum ſimpliciſſimum ꝛ ꝑfectiſſimum ꝛ oĩo inuariabile eſt: ita nũc eternitatis adiacẽs illi ſimpx ꝛ iuariabile oĩo ſed ſtans indeficiẽter: ꝛ ſua cõtinuatio ſm quam includit ꝛ euum ꝛ tẽpus nihil aliud eſt q̃ꝫ indeficiẽtia eẽntie uel potẽtie actiue pure ideficiẽter continẽtis ſe ꝛ inuariabilr: ꝛ hoc modo ſatis planum eſt vidẽ q̃liter eſt tota ſimul oĩo ſine priori ꝛ poſteriori. Et per hoc patet ſolutio ad id qđ obijcif de hac dictione ſimul. ¶ Et ꝙ ita dicendũ ſit patet per rõnem ꝛ auctoritatem. Rõ hec eſt: q: tẽpus eſt accidẽs ꝛ ſiliter euum. Uñ qcqđ determinaf de ipſis debet determinari in cõꝑatione ad ſubm: lꝫ autꝫ eternitas nõ ſit accidẽs ſed ipſa eẽntia diuina: tñ ſm rõnem eſt dicẽs adiacẽs extra per moduꝫ mẽſure que cõꝑaf ad eẽ diuinum ſicut tẽpus ad tp̃ale ſicut dictuꝫ eſt. ꝛ ideo ſimplicitas eius cauſaf ex ſimplicitate eius cui adiacet ipm ut mẽſura. ¶ Auctoritas aũt hec qa dicit Gilbertꝰ porretanus ſup librum boetij de trinitate. ſicut eſt vna ſingularis indiuidua ꝛ ſimplex ꝛ ſolitaria eẽntia qua eternus ipſe deus fuit eſt ꝛ erit. ita eſt vna ꝛ ſingularis ꝛ indiuidua ꝛ ſimplex ꝛ ſolitaria mora nũc ſtãs que uocaf eternitas. Et Anſelmus in monologium. None ſemꝑ qđ videf deſignare totum tẽpus multo uerius ſi de illa ſ. diuina natura dicif intelligif ſigr̃e eternitatem que ſibi nunq̃ꝫ eſt diſſilis q̃ꝫ tempoꝝ uarietatem que ſibi ſemper eſt in aliquo diſſilis. ¶ Ad ultim dicendum ꝙ illa diffinitio hoc modo intellecta quo expoſita eſt cõuertibilis eſt tum rõne interminabilitatis que dicit negationem potẽtie termini finalis que non cõuenit alicui creato: tum etiam rõne vite que principaliter dicif vita increata in ſe cõſiderata. Unde patet ꝙ non ꝓcedit obiectio illa. ꝙ autem diffinitio materialis ꝛ reſoluendo in hãc eternitas eſt vita poſſeſſa interminabilis tota ſimul patet ex uerbis Anſelmi in monologium ubi dicit ſic. Cum ſatis liqueat ꝙ diuina ſubſtantia non ſit aliud q̃ꝫ vita ſua ꝛ eternitas ſua nec ſit aliquo modo interminabilis nec niſi ſimul ꝛ perfecta tota: qđ aliud eſt uera eternitas que illi ſoli cõuenit q̃ꝫ interminabilis vita ſimul ꝛ ꝑfecte tota exiſtẽs. Ex hijs uerbis patet ꝙ ipſe loqtur de eternitate tanq̃ꝫ de eterno. ꝛ loquif ibi de eadem diffinitione boetij: vnde videf ita eſſe ut dicimus. ¶ Ad id qđ obijcif contra diffinitionem ſecũdam notandum eſt ꝙ yſaac diffinit eternitatem ꝓut ſm rõnem eſt in eodem genere cum euo ꝛ tempore. Hec enim tria ſm rationem cõueniũt in genere qđ eſt duratio: quam durationem yſaac appellat ſpatiuꝫ. Et per hoc patet ſolutio ad primum. Spatiuꝫ enim dicif dupr. ſ. ſpatium loci: ꝛ ſpatium temporis uel durationis: ſicut dicimus ꝙ luſtrum eſt ſpatium qnque annoruꝫ. ¶ Ad 2m dicẽdum ꝙ Gilbertus improprie loquẽdo nunc eternitatis dicit moram: ſicut enim obiectum eſt omnis mora ſi proprie ſumif habet partes ꝛ eſt tempus uel pars temporis: nec ad hoc inſpiciẽs dicit ipſe moram nunc eternitatis: ſed q: eſt nũc indeficiẽs ſtans ꝛ ita nunq̃ꝫ deeſt ideo appellat ipſum morã: cum tamẽ nõ ſit indiuiſibile quãtum: ꝛ ad hoc etiam cadit in rõnem ſpatij ſm yſaac. ¶ Et per hoc etiam patet ſolutio ad id quod ſequitur: quia huiuſmodi ſpatium nõ habet diſtẽſionem in partibus ſed

potius indeficiẽtiam nũc indiuiſibilis ꝛ ſimplicis ſemp ſtãtis. ¶ Ad id qḋ querit̃ q̃liter ibi ſumat̃ ꝯtinuũ. Dicẽdũ ꝙ nõ ſumit̃ ibi in aliq̃ illarum ſignificationuꝫ que determinant̃ in phyſicis: ſed ſm ꝙ ꝯſueuit dici ꝙ illud eſt ꝯtinue qḋ nõ habet eẽ interſectũ: ita dicit̃ hic ꝯtinuũ qḋ nõ incepit nec deſinet: in termino enim eſt finis ꝯtinui: ꝛ ſic ibi quodãmõ ceſſat ꝯtinuitas: vnde cõtinuum ſm Yſaac dicit idẽ ꝙ carẽtia utriuſqꝫ termini. qḋ Boetius uocauit interminabilitatẽ magis exp̃mẽs: cum etiã uſus loquẽdi habet ſignificationẽ iſtã ſm ꝙ dicimus ꝙ tpalia nõ ſũt cõtinue. ¶ Et per hoc patet ſolutio ad oĩa que obijciunt̃ de ꝯtinuo. Ad id qḋ obijcit̃ de interſectione dicẽdũ eſt ꝙ hoc dicit̃ ad differẽtiã tpis qḋ diſtinguit ſm iterſectionẽ per motũ celi ſicut ipſe dicit ibidẽ. ¶ Ad hoc qḋ obijcit̃ ꝙ tp̃s eſt ꝯtinue durãs nõ iterſectũ. dicẽdum ꝙ ipſum ꝯſiderat̃ dupl'r. ſ. quãtum ad motum quẽ mẽſurat totũ ſm ſe ꝛ ſic nõ habet interſectionẽ ꝛ ſic cõſiderat̃ ſm ꝙ cõparat̃ ad quãtitatẽ ipſius mobilis per motũ ꝛ ſic diſtinguit̃ in horas: ꝛ dies: ꝛ mẽſes: ꝛ annos: qḋ nõ eſt in eternitate ꝛ euo. Et ſic patet ꝙ ſpatium illud per hãc differẽtiã ꝯtinuũ non ſeparat̃ ab euo ꝛ tpe. Per hanc aũt ꝙ eſt interſectũ ſeparat̃ a tpe tñ inquãtũ eſt mẽſura motus celi. ¶ Ad id qḋ obijcit̃ cõtra tertiã diffinitionẽ dicẽdũ ꝙ antiqtas ſumit̃ ibi p̄ carẽtia p̄ncipij. Antiquũ enim dupliciter dicit̃. Uno modo qḋ multũ habet de p̄terito ꝛ ſꝫ hoc opponit̃ ad iuuenẽ ꝛ antiqtas ad iuuẽtutẽ. Alio mõ dicit̃ antiqtas ſm uſuꝫ grãmaticoꝝ idem qḋ remotũ ꝛ ſic opponit̃ nouo ſm ꝙ nouũ dicit̃ qḋ quãtũ ad ſuum initiũ eſt ꝓpinquũ: ꝛ ſm hoc trãſumptũ ad ꝓprietatẽ eternitatis dicit carẽtiã p̄ncipij. ¶ Si aũt querit̃ q̃re nõ ponit aliḋ qḋ notet carẽtiam termini finalis. Dicẽdũ ꝙ in carẽtia p̄ncipij intelligit̃ carẽtia finis: q: qcqd caret p̄ncipio caret etiã fine ſed non ꝯuertit̃: cuius rõ aſſignabit̃ infra cum queret̃: q̃re tñ ſunt tres mẽſure. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ nos nõ intelligimus eternitatẽ ꝛ euũ niſi per modũ cuiuſdã tpis: ꝛ ideo etiã nõ ſunt inuẽta uerba qbus loq̃mur de eternis tñ: ſed utimur uerbis tpalibꝰ in oĩbus illis. Unde lꝫ ſm rem eternitas magis ꝯueniat cũ euo q̃ꝫ cuꝫ tpe: p̄pter tñ inopiã ſermonis: ꝛ q: magis nota eſt nobis differẽtia uel ꝯditio tpis trãſfert̃ ad exp̄mẽduꝫ ꝓprietatem eternitatis. ¶ Ad id qḋ q̃rit̃ qd dicat imutabile. Dicendum ꝙ potentiã indeficiẽtẽ ſm durationẽ ex ſeipſa qḋ nõ eſt in aliquo creato: q: oẽ creatũ uertibile eſt ut dicit Damaſcenꝰ. ꝛ ideo etiã eſt mutabile: q: uertibilitas nihil aliud eſt q̃ꝫ mutabilitas quedã. ꝛ ſi ſtat potẽtia creature hoc nõ eſt virtute ſua ſed potẽtia creatoris ꝯtinet eã ut dicit Gregorius in moralibꝰ. ꝙ oĩa in nihilũ reciderẽt niſi ea manus oĩpotẽtis dei ꝯtineret. ¶ Ad aliḋ dicẽdum ꝙ utiliter mẽſurãs ponit̃ ad differẽtiã tpis: ꝛ lꝫ patet ex illa trãſlatione totũ ſm totũ metiri. tẽpus enim nunq̃ꝫ eſt ſimul totũ ſed ſuũ eẽ eſt ſuuꝫ fieri ꝛ cõuerſo: q: ſemp eſt in p̄ncipio ꝛ fine ꝛ nihil mẽſurat ſm totum. Siĺr id qḋ mẽſurat p̄mo habet eẽ in fieri. ſ. motus cuius eẽ in ſucceſſione eſt. Unde nec motus ſm totũ mẽſurat̃ ſed ſm partẽ. eternitatis aũt eſt ſm totũ metiri in quãtũ eſt tota ſimul: ꝛ iterũ totũ metiri q: p̄mo ꝛ per ſe cõparat̃ ad eẽ diuinũ qḋ eſt pfectiſſimũ ꝛ ſtãs immobile nihil expectans futurũ uel relinquẽs p̄teritũ. ¶ Ad ultimũ dicẽdũ ꝙ eternitas dupʳ ꝯſiderat̃. ſ. in ſe ꝛ ſm ꝙ pticipari põt a creatura per modũ poſſibilẽ illi. Si ultimo modo ſic nõ cõparat̃ ꝓp̄ie niſi ad vitã ꝛ neceſſe eſt ipſam diffiniri mãliter: q: illud qḋ eſt eternũ pticipabile eſt: ꝛ per ꝯñs etiã eternitas aliquo mõ: ꝛ hoc mõ diffinit̃ a Boetio. Si autem conſiderat̃ abſolute non ſm ꝙ etiã põt participari a creatura tũc magis ꝓp̄ia ſua comparatio eſt ad eẽ ꝛ ſic diffinit̃ ab Yſaac ꝛ Dionyſio: quorum diffinitiones differũt in hoc ꝙ diffinitio Yſaac videt̃ colligere genus ꝛ differẽtias. Sicut enim ſup̄a patuit ſpatiũ genus eſt ad tres menſuras. continuũ autẽ ꝛ nõ interſectũ ſunt differẽtie in cõparatione ad euum ꝛ tempus. Diffinitio aũt Dionyſij eſt colligẽs ꝓp̄ia: qḋ patet ex uerbis ſuis: q: ipſe dicit ꝙ ꝓp̄ietas eterni eſt antiquũ ꝛ imutabile ĩuariabile ꝛ vniuerſale in metiẽdo ꝛ noua trãſlatio hẽt ſic. Pꝛop̄etas eui eſt antiquũ ꝛ iuariabile ꝛ totũ ſꝫ totũ metiri. euũ aũt ubiq̃ꝫ ponit ꝓ eternitate. ubi etiã alia trãſlatio hẽt eternũ uel eternitatem.

¶ Articlꝰs 3ꝰ Utrũ nihil aliḋ ſit eternitas q̃ꝫ eẽnᵃ diuia

t Ertio querit̃ An eternitas nihil aliḋ ſit q̃ꝫ eẽnᵃ diua. videt̃ eni hoc per auctoritates ꝛ rõnes. Dicit enim Anſelmꝰ in monologiũ. Uel hoc ſolo uerã eternitatẽ ſoli ineſſe ſubſtãtie que ſola nõ facta ſed factrix eẽ inuẽta eſt: ꝛ apte pcipit̃ qñ uera eternitas p̄ncipij finiſq̃ꝫ meta carere intelligit̃: ꝛ uel ꝙ nulli rerũ creatarũ eoipſo ꝙ nihilo facte ſunt ineſſe põt. ex hoc accipit̃ nõ tñ ꝙ eternitas ſit deus ꝛ nihil aliud: immo eſt ꝓbatio huiuſmodi neceſſaria ut dicit. Itẽ ad idẽ. Eternitas eſt earũ rerũ que nihil aliud ſunt q̃ꝫ ipſa: ergo eſt deus ꝛ nihil aliud: q: nihil alioꝝ eſt ſua menſura. Ad hoc ſunt etiã auctoritates adducte ab Auguſtino ex eodẽ libro p̄cedẽti queſtiõe. ¶ Hoc idẽ videt̃ per queſtionem: ꝯſtat enim ꝙ eternitas ſine p̄ncipio eſt. Si ergo eẽt aliud q̃ꝫ deus opoꝛteret duo eẽ p̄ncipia qḋ eſt incõueniẽs. ¶ Item diuina natura ſumme ſimplex eſt ꝛ nõ põt eẽ ſubiectũ accidẽtiũ ut ꝓbat Boetius in libꝛo de trinitate. q: foꝛma ſimplex. foꝛma autẽ ſimplex ſubiectũ eẽ nõ põt. Cum igit̃ menſura que eſt tẽpus nõ ſit niſi ꝓp̄ietas ꝛ accidẽs coꝛpale tpale. ſiĺr euũ ꝓp̄ietas quedã euiterni ꝛ nõ ſint niſi in illis: q: accidẽtis eẽ eſt in eẽ: videt̃ ꝙ etiã eternitas non ſit niſi ꝓp̄ietas eẽ diuini ſm durationẽ: ꝛ non ſit niſi in illo. aut igit̃ eſt idẽ illi aut diuerſum. Si idẽ habeo ꝓpoſitũ. Si diuerſum ergo nõ erit ſũme ſimplex illud qḋ eternũ eſt ꝛ erit ſubiectũ accidẽtium: quoꝝ utrũq̃ꝫ hereticũ eſt. ¶ Contra hoc ſunt multe auctoritates ꝛ rõnes. Dicit enim Boetius in libꝛo de trinitate. ꝙ qñ ꝛ ubi de deo ꝛ hoĩe p̄dicãtur ꝛ neutrũ p̄dicat q̃ſi aliqd eẽ id de quo p̄dicat̃. ſicut cuꝫ dicit̃ deus uel hõ iuſtus uel ſapiẽs. ibi enim aliqd eẽ p̄dicat̃: ſed in qñ ꝛ ubi ut dicit nõ ponit̃ aliqd eẽ: ſed qd ex tpe aſſerit uel q̃liter ſe habeat ad locũ: ꝛ ita videt̃ nõ p̄edicare ſubſtãtiam diuinã: nec ut ſubſtãtiã nec per modum attributi. Omne aũt qḋ p̄dicat eam p̄dicat aliquo iſtoꝝ modoꝝ: ergo videtur ꝙ non p̄dicet ſubſtãtiam diuinam ꝛ ita eſt aliud q̃ꝫ deus. Item Boetius in libꝛo de trinitate dicit ꝙ ſubſtãtia quãtitas ꝛ qualitas p̄dicãt aliqd eſſe ꝛ in deo ꝛ in creatura ꝛ de oĩbus alijs p̄dicamẽtis ita ſubdit: reliqua ỽo neq̃ꝫ de deo neq̃ꝫ de creaturis p̄dicant̃. Qḋ aũt dicit ꝙ nõ p̄dicant̃ intelligit ꝙ nõ p̄dicãt aliqd qḋ ſint ipſa de qbus p̄dicant̃: ut cum dicit̃ iuſtus uel ſapiẽs: ita enim exponit Boetius. ergo videtur ꝙ nec qñ p̄dicet eẽntiam diuinã: ꝛ ita videt̃ ꝙ eternitas ex qua relinquit̃ qñ diuinũ non ſit eẽntia diuina. Item Dionyſius in de diuinis nominibus capꝰ. xꝰ. Tẽpus ꝛ diem ꝛ quartã partẽ anni ꝛ eternũ uel eternitatẽ uel euũ: q: p̄o eodẽ ponit oĩa iſta ut decet deũ ipſum dicere cõuenit tanq̃ꝫ entẽ: ſed oẽm motũ intrãſmutabileꝫ ꝛ immobilẽ: ꝛ in hoc ꝙ ſemp mouet̃ manentẽ ſemp in ſeipſo ꝛ ſicut tpis ꝛ eui uel eterni ſm aliam trãſlationeꝫ ꝛ dierũ cauſam: videt̃ ergo ꝙ eternus dicit̃ per cauſam ꝛ ita eternitas eſt cauſata ab ipſo ꝛ nõ eſt ipſe. Item videt̃ etiam per rõnẽ. Ante mũdũ enim non fuit niſi ſpatium eternitatis qḋ eſt totum ſimul: q: nihil aliud eſt q̃ꝫ nũc ſimplex indeficiẽs ut dicit Boetius. Tẽpus enim ꝛ euũ ſimul inceperũt cuꝫ creatura euiterna ꝛ tpali. Et dicit Criſoſtomus ſup ioannem omelia q̃rta. Si eo eſt aliqd ſenius qualiter utiq̃ꝫ qḋ eſt ante euum per euum factum eſt. Cõſtat autẽ ꝙ loqtur ꝯtra hereticos arianos

qui ponebãt filiũ cepiſſe añ mũdũ ⁊ ita dicebãt oĩa per
ipſum eẽ facta cũ tñ ipſe ſit fact⁹:qḋ iprobat Criſoſtom⁹
dicẽs:ꝙ nõ oĩa per ipſum erũt facta:q: illud qḋ ꝓceſſit
euũ nõ eẽt factũ per ip̄m:ergo videt̃ ꝙ illud qḋ ꝓcedit
ſit factũ:⁊ ſi eſt factũ nõ eſt ipſe factoꝛ:⁊ ita nõ erit eẽntia
diuina.Preterea ſi eternitas idẽ eſſet ꝙ deus: videt̃ ꝙ
poſſemus dicẽ hoc eſt in eternitate:ergo eſt in deo:qḋ
nõ eſt uerũ:q: angeli bñ ſunt in eternitate:⁊ hoĩes futu
ri ſunt in eternitate ſicut dicit Gregori⁹ in oꝛõne paſcha
li.Deus qui per vnigenitũ hodierna die eternitatis no
bis aditum deuicta moꝛte reſeraſti.ḡ videt̃ ꝙ eternitas
nõ ſit de⁹.Preterea dicit phs in li⁹ de cauſis.Oẽ ſupi⁹
aut eſt ſupius eternitate:aut cũ eternitate:aut poſt ⁊ ſup
tẽpus.ſed ꝯſtat ꝙ añ eternitatẽ ſi tñ eſt aliqḋ añ nõ eſt ni
ſi deus:ḡ videt̃ ꝙ ipe de⁹ nõ ſit eternitas.¶ Rñſio.Cõ
cedo ꝑmas auctoritates ⁊ rõnes ꝙ deus eſt ipſa eterni/
tas.Si aũt querit̃ utrũ nihil aliud ſit ꝗ̃ de⁹.Dico ꝙ ƀʒ
rẽ eternitas nihil aliud eſt ꝗ̃ deus ſicut dicit Anſelmus.
ƀm rõneʒ tñ coĩoꝛ eſt eternitas ꝗ̃ deus q: cadit in rõne
mẽſure eiuſdẽ cuius grã cõparationẽ hẽt etiã ad alia ꝗ̃
ad deũ.¶ Ad id ergo qḋ obijcit̃ de Boetio:dicẽdũ ꝙ
ipſe loqtur de qñ diuio ƀʒ ꝙ cõparationẽ hẽt ad qñ eter
nitatis ⁊ tp̄is ƀm rõnẽ noĩs ſicut dixim⁹.Et quo ad hãc
rõnẽ uer eſt ꝙ videt̃ ꝑdicare aliqḋ extrinſecus adiacẽs
⁊ nõ rẽ ipſam:⁊ hoc eſt ꝓpter nr̃m intellectũ qui nõ ac/
cipit eternũ niſi per modũ rei tp̄alis.¶ Si autẽ querit̃
utrũ illa rõ fundet̃ ſup rẽ q: aliter uana eẽt.Dicẽduʒ ꝙ
ſic.Sicut eniʒ in tp̄alib⁹ ueriſſime tẽpus eſt adiacẽs mo
tui ⁊ mutabilib⁹ ⁊ euiternitas euiternis ſtãtib⁹:ita eter/
nitas ueriſſime eſt indeficiẽtia eẽ diuini ſine ꝑncipio ⁊
ſine fine:ſed ex ſimplicitate eſt ꝙ illa indeficiẽtia ſit mẽ/
ſura ſua que dicit̃ eternitas:que idẽptitas ƀm rẽ nõ tol/
lit ueritatẽ vniuſcuiuſqʒ attributoꝝ.ꝙ eniʒ vnũ uel mul
ta ſint hoc nõ facit nec tollit vnitateʒ eẽntie eoꝝ q: aliter
nõ uere eẽnt in deo qḋ abſurdũ eſt.ſed vnitas uel mul/
titudo ꝯſequit̃ ex natura ei⁹ in quo ſunt.Et ꝑ hoc patet
ſolutio ad auctoritates boetij.¶ Ad illud qḋ obijcitur
de dionyſio dicẽdũ ꝙ noua trãſlatio quo ad hoc melioꝛ
eſt ꝗ̃ uet⁹:q: loquit̃ ibi de euo.in noua aũt eternũ poni
tur pꝛo euo ſicut ⁊ i multis alijs locis.¶ Si aũt obijcit̃
ꝙ ſicut eẽ creature oſtẽdit ꝙ ſit ab eẽ creatoris:ita dura/
tio eius oſtẽdit ꝙ ſit a duratione creatoris:⁊ ita videt̃ di
ci per cauſam.Dicẽdũ ꝙ nihil ꝓhibet deũ dici eternum
per cauſaʒ:ſed illi ꝑdicationi nõ rñdet effect⁹ qui ꝓprie
ſit eternitas:q: eternitas claudit in rõne ſua ꝯtradictio/
nẽ creati.qḋ enim creatũ eſt ꝑncipiũ habuit:⁊ qḋ habu
it ꝑncipiũ ƀʒ durationẽ uel inceptionẽ eẽ nõ eſt eternũ:
q: eternũ eſt qḋ caret ⁊ ꝑncipio ⁊ fine ƀm durationem.
Rñdet aũt ei effect⁹ aſſimilãs ſe eternitati quãtũ põt:⁊
hoc eſt duratio creata:que in qbuſdã eſt carẽs fine:in q
buſdã nõ ƀm ꝙ magis ⁊ min⁹ põt aſſimilare id qḋ crea
tũ eſt:⁊ ita eſt in oĩb⁹ ꝑdicationibus diuinis dictis per
cauſam.Uerbi grã cũ dicit̃.De⁹ ens:q: ab ipſo eſt ens.
⁊ ſapiẽs q: ab ipſo eſt ſapiẽtia:in nullo eniʒ iſtoꝝ eſt vni
uocatio effect⁹ ⁊ cauſe:q: ens creatũ ⁊ creãs nõ ſunt vni
uoca ⁊ ſiĺiter nec alia.Si aũt querit̃ q̃re hic nõ eſt ſalteʒ
ꝯueniẽtia noĩs ut in alijs ut effectus diceret̃ eternitas ſi
cut effectus entis dicit̃ ens.Dicẽdũ ꝙ accidit ꝓpter rõ/
nem nois que eternitati repugnat ut dictũ eſt.Sed tñ
ſciẽdũ ꝙ ſicut in alijs nõ eſt tota ꝑdicatio eoꝝ que ꝑdi/
cant̃ ƀm cauſam imo ꝑdicant̃ ⁊ aliter ƀm ꝙ ꝯuenit no/
bilitati nãe diuine ƀm ꝙ ꝯſiderat̃ in diuerſis attributis
ita nec tota ꝑdicatio eternitatis eſt per cauſam ſed notat
etiã indeficiẽtiã durationis eẽ diuini.¶ Ad id qḋ obij
cit̃ de criſoſtomo dicẽdũ ꝙ obiectio illa ꝓcedit ex ypo/
theſi ſuppoſito eniʒ ꝙ filius ſit creatus ſpatiũ qḋdã ƀm
rõnẽ eſt añ ipſum qḋ ſequit̃ nõ eẽ factũ per ipſuʒ ſed ip
ſe factus:⁊ hoc ƀm ꝙ ſpatiũ illud intelligit̃ quedã exten
ſio in gñe ꝯueniẽs extẽſioi tp̄is ⁊ eui.¶ Si aũt obijcit̃
ꝙ illud ſpatiũ hoc mõ nõ eſt niſi in rõne in re enim eſt
in pꝛe ⁊ idẽ cũ ipſo.Dicẽdũ ꝙ ueruʒ eſt:ſed oĩa que ƀm
rõnẽ determinãt facturã ꝓſupponũt ſibi gñationeʒ filij
per quẽ fiãt:⁊ hoc mõ loquit̃ Criſoſtom⁹:q: aliter nihil
diceret.Ad aliud dicẽdũ ꝙ bñ põt dici aliqḋ qḋ nõ eſt
deus eẽ in eternitate:q: eternitas eſt menſura per excel
lẽtiã mẽſurãs euiternã ⁊ tp̄alia:nõ tñ ſequit̃ ꝙ ſit in deo
⁊ hoc ꝯtingit ꝓpter diuerſitatẽ modi intelligẽdi in hoc
termino deus:⁊ in hoc termino eternitas.Uñ in argu/
mẽto accidit fallacia accidẽtis.¶ Ad ultimũ qḋ obijcit̃
de pħo dicẽdũ ꝙ ſicut ibidẽ exponit ipſe:vult ꝙ cauſa ꝑ
ma ⁊ eẽ eius ſit añ eternitatẽ.eẽ aũt itelligẽtie uel ange/
li ſit cũ eternitate.eẽ aũt aĩe ſit poſt eternitatẽ inferi⁹ ⁊ ſu
pꝛa tp̄s.Uñ dicit ibideʒ ꝙ aĩa eſt in oꝛizonte eternitatis
⁊ tp̄is creata:ita ꝙ inferioꝛ ſit eternitate ⁊ ſupioꝛ tp̄e:⁊ ꝑ
illa exẽpla patet ꝙ ipſe eternitatẽ ponit pꝛo euo.Unde
uerũ eſt ꝙ deus eſt añ euũ:aut ƀm rõnẽ cauſe:⁊ etiã ƀm
durationẽ.intelligẽtia aũt eſt cũ ipſo ⁊ in ipſo:q: euũ eſt
mẽſura ipſius eẽ durãtis ⁊ añ tp̄s nõ ƀm durationẽ ſed
ƀm rõnẽ cauſe:q: ꝓpinqoꝛ eſt eternitati intelligentia ꝗ̃
aĩa ut dicit cõmẽtatoꝛ ibidẽ ƀm hũc modũ ꝑoꝛitatis di/
cit̃ etiã aĩa añ tẽpus ꝙ per ſe eſt mutabiliũ:aĩa autẽ nec
penitus eſt mutabilis nec penit⁹ imutabilis: ⁊ ideo añ
tp̄s ⁊ citra euũ eſt qḋ a philoſopho ibi dicitur eternitas.

## ¶ Que ſunt in eternitate ⁊ que eterna Articulus 4⁹.

Q Uarto querit̃ que ſint in eter/
nitate utrũ ſolus de⁹:uel extendat̃ etiã ad alia.
Et utrũ ad illa oĩa que ſcriptura dicit eterna.Uidet̃ aũt
eternitas ſoli deo ꝯuenire.dicit enim phs in li⁹ de cau/
ſis:hoc eſt eternũ eterno qḋ eſt euiternũ euiterno ⁊ tp̄s
tp̄ali.ergo videt̃ ꝙ ſicut tẽpus nõ extẽdit̃ niſi ad tp̄alia:
nec eternitas niſi ad eterna:⁊ ita videt̃ reſpicẽ ſolũ deũ
⁊ nihil ampli⁹.¶ Itẽ nõ habet cõparationẽ niſi ad mẽ
ſuratũ ab ipſa ƀm eq̃litatẽ quãtitatis:uel ƀm rem:uel ƀʒ
rõnẽ:uel eſt quãtitas potẽtialis quã mẽſurat eternitas:
ergo videt̃ ꝙ eternitas nõ reſpiciat niſi deũ ⁊ eẽ diuinũ
⁊ ita videt̃ ꝙ nõ ſit in eternitate niſi deus.¶ Itẽ a quo
cũqʒ remouent̃ ꝓprietates alicui⁹ ab eodẽ remouet̃ ſb
iectũ ꝓprietatũ illarũ.ſed antiqtas ⁊ inuariabilitas ⁊ to
tũ ƀm totũ metiri ſunt ꝓprietates eternitatis ut determi
natũ eſt.ſi ergo illa nõ ꝯueniũt alicui creato videtur ꝙ
nec eternitas ſit mẽſura alicuius creati:⁊ ita videt̃ ꝙ ni
hil ſit in eternitate niſi ſolus deus.¶ Cõtra.Dionyſi⁹
in li⁹ de diuinis noĩbus c⁹.x⁹.dicit.Nos hic ƀm tp̄s de/
terminãtes euo ꝑticipaturos.theologia dicit qñ icoꝛru
ptibile ⁊ ſemp eodẽ mõ ſe hñs euũ ꝯſequmur:nõ erit au
tem hoc niſi ƀm ꝑticipationeʒ glĩe eterne.ergo videt̃ ꝙ
nos erimus eterni:dicunt̃ aũt ⁊ angeli eterni.Et Aug⁹
dicit.Nos in eternitate futuros.Siĺr dicunt̃ pene eter
ne:⁊ vita eterna:⁊ tp̄a eterna ad romanos ul⁹.Tp̄ibus
eterni taciti.ergo videt̃ ꝙ oĩa illa ſunt eterna que uel ha
bẽt uel ꝯſequunt̃ rõnem indeficiẽtie ſiue ſimul ſiue nõ.
Cõſtat aũt ꝙ nõ ſunt pene ſimĺ ſed in ſucceſſione: nun
ꝗ̃ ergo oĩa hec ſunt in eternitate.¶ Item videt̃ ꝙ oĩa
ſint in eternitate:q: dicit Anſelm⁹ ꝙ ſicut pñs tp̄s clau/
dit oẽm locũ ⁊ oĩa que in quolibet loco ſunt: ita eterno
pñti claudit̃ omne tẽpus ⁊ ea que in quolibet tp̄e ſunt ut
patet ex auctoritate ſupra īducta ex libro de ꝯcoꝛdia ꝑ/
ſciẽtie ⁊ liberi arbitrij.ergo videt̃ ꝙ oẽ tẽpus ⁊ oẽ tp̄ale
ſint in eternitate.ergo videt̃ ꝙ tẽpus ⁊ tp̄ale ſint eterna
qḋ falſum eſt.Itẽ qcqḋ eſt in parte eſt in toto etiaʒ ſicut
patet ꝙ qcqḋ eſt in die eſt in ſeptimana ⁊ in anno:⁊ qc
qḋ eſt in hora eſt in die.Sed dicit Tullius ꝙ tẽpus eſt
pars eternitatis:ergo videt̃ ꝙ qcqḋ eſt in tp̄e eſt in eter
nitate.Iteʒ qcqḋ eſt in terra eſt in aere:⁊ qcqḋ eſt in ae/
re eſt in celo.Cum igit̃ ſic ſit ex parte locoꝝ videt̃ ꝙ ſi/
militer ſit ex parte mẽſurarũ que ſunt ƀm rõnem dura/
tionis:⁊ quecũqʒ ſunt in duratione habẽte ꝑncipium ⁊

finem ſint etiaꝫ in duratione que habet ꝓncipiũ ⁊ caret fine ⁊ in duratione que caret ꝓncipio ⁊ fine. ⁊ ita videt ꝙ oīa ſint in eternitate ⁊ ita oīa erũt eterna ut videtur. ¶ Rñſio ꝙ ſi eternitas ꝓprijſſime accipiat ſm omnes ꝯditiones uel ꝓprietates ipſius nihil eſt in eternitate niſi ſolus deus ⁊ nihil eſt eternũ niſi ipſe: q: ſic nihil aliud eſt q̃ꝫ nũc ſimplex ⁊ inuariabile ⁊ indeficiēs carēs utroq; termino ⁊ totum ſimul ⁊ ſm hoc quo ad oēs has conditiones ſi ſimul accipiant nō mēſurabit niſi eē diuini. Si aũt accipiat eternitas large aliqd aliud eſt in eternitate q̃ꝫ deꝰ: ⁊ hoc poteſt fieri tripliciter. Primo per participationē ipſius eterni ſm vitam btām: ⁊ ſm hoc citra ꝓmum modum magis ꝓprie dicit aliqd eē in eternitate q: participādo eternũ accipit ſtabilitatem potētie defluētis que eſt in ipſo ex hoc ꝙ creatum eſt. ⁊ ſm hunc modum angeli beati ⁊ aīe beate ſunt in eternitate ⁊ etiam corpa beatoꝝ poſt reſurrectionem erũt in eternitate ⁊ quãtum ad hũc modũ ꝯuertunt iſta duo. ſ. eſſe in eternitate ⁊ eſſe eternum. Alio modo ſumit minus ꝓprie nō per participationeꝫ eterni ſed ſm ꝙ dicitur aliquid eternum per ꝯueniētiam remotam alicuius ꝓprietatis cum eterno. Et ſm hoc euiterna dicunt eterna ⁊ etiam tpalia indeficiētia vñ pene ſicut patebit infra ⁊ quãtum ad hũc modum cum dicit hoc eſt eternum nō ſequit ergo hoc eſt in eternitate. Eternitas enim dicit eēntiã eternitatis formaliter cum ſit abſtractum. eternũ autē eſt denoīatiuum ⁊ ad denoīationem ſufficit ꝯueniētia denominatiui ad id a quo denoīat lꝫ non participet totã eēntiam denoīati ſicut dicunt dij denoīatiue ſancti per conuenientiam remotam ad deitatē. Et patet ratio q̃re ſm hũc modum nō ꝯuertit cum dicit hoc eſt eternuꝫ ergo eſt in eternitate. ¶ Et ſi obijcit qđ añ ꝯceſſũ eſt. ꝙ quedam euiterna ſunt in eternitate ut angeli beati. Dicēdũ ꝙ angeli ſm eē ſuuꝫ nāle ſunt in euo ⁊ ſm hoc nō ſunt in eternitate ſed ſm ꝙ ꝯtēplando participāt vitam eternam ſic ſunt in eternitate: ⁊ ſm hoc ꝓceſſum eſt prius. Dicit aũt tertio modo eternitas mēſura excellēs euum ⁊ tēpus ⁊ ſm hoc uerum eſt ꝙ oīa claudunt in eternitate nec tñ ſequtur ꝙ ſunt in eternitate uel eterna. Unde habet talis diuiſio ꝙ quedã ſunt eterna ⁊ in eternitate ⁊ ipſa eternitas. quedã aũt ſunt eterna ⁊ in eternitate ⁊ non ipſa eternitas. quedã aũt ſunt eterna ꝙ nec ſunt in eternitate nec ipſa eternitas. quedã ꝟo nec eterna nec in eternitate nec ipſa eternitas ſed claudunt eternitate: cuius diuiſionis rō patet ex ꝓdictis. ¶ Rñdeo ġ ad obiecta ꝙ ſi eternitas ꝓprijſſime ſumit tũc nihil eſt in ipſa niſi qđ eſt ipſa eternitas ⁊ eternũ ut deꝰ ⁊ ſꝫ hoc currũt ꝓme obiectiōes. ¶ Ad id aũt qđ ꝯtra obijcit per btũ Dionyſm dicēdũ ꝙ eternuꝫ dī ibi 2° mō. ſ. per pticipationeꝫ eterni ⁊ ideo nō ꝯtradicit ꝓmis ꝓbationibꝰ. ¶ Ad aliud qđ obijcit de penis ⁊ tpibus eternis dicēdũ ꝙ pene dicunt tertio mō eterne. Uñ nō ſequit ꝙ ſint in eternitate. tpa aũt de qbus loquit eplā ad romanos ult° ſũt tpa que mēſurāt tpalia: q: tēpus multipr dicit ſicut dicetur infra in qōne de tēpore. Sed dicēdum ꝙ ſm intentionem apli dicunt tpa eterna ipſa duratio eterna. Uñ dicēdum ꝙ virtute adiũcti extrahit iſte terminus tpus a rōne ſua. i. a rōne ſpeciei ad rōnem gñis ut tpa eterna dicant duratio eterna in qua ꝓdeſtinabat chriſtus qui eſt paſtor ouium de quo loqtur ibi aplus. Qđ aũt dī vita eterna hoc aliud eſt q: ipſa vita eſt increata vita uel in ſe uel ſm ꝙ pticipat a beatis ut patet ex ꝓdictis. ⁊ ſiue hoc mō ſiue illo mō ꝯſideret ipa eſt vita eterna ⁊ in eternitate ⁊ eternitas ipſa lꝫ non ab eterno pticipet. ¶ Ad id qđ obijcit per Anſelmũ iam patet ſolutio q: ibi loqtur de eternitate in q̃rta ſignificatione ⁊ uerũ eſt: ꝙ hoc modo claudit omne tēpus ⁊ locũ ⁊ tpale ⁊ locatuꝫ ⁊ breuiter oīa claudit hoc mō dicta eternitas ſed non ſeqtur ꝙ illa oīa ſint eterna uel in eternitate: q: claudere nō dicit niſi excellētiam illius ſup mēſuras que ſunt euum ⁊ tēpus. eternum aũt dicit aliquo mō pticipationem eternitatis uel ꝓportionem menſure ad mēſuratuꝫ ⁊ ſīliter eē in eternitate. vñ non ſeqtur ꝯcluſio illa ex tali ꝓmiſſa ¶ Ad id qđ obijcit per auctoritatē Tullij dicēduꝫ ꝙ tēpus nō eſt pars eternitatis q: eternitas non habet ptes ut ſupra oſtēſum eſt. ⁊ ſi haberet ptes adhuc tēpus non eēt pars ſua: q: ptes eternitatis eſſent ſine ſucceſſione eſſentia aũt tpis in ſucceſſione. dicit tñ tempus pars eternitatis ꝓpter hoc qđ includit ab ipſa ſm utrũq; terminum ⁊ ꝯuenit cum ea in hoc cōmuni qđ eſt duratio ut ꝓus dictũ eſt. ¶ Ad ultm dicēduꝫ ꝙ nō eſt ſile de locis ſiue de mēſuris localibus ⁊ mēſuris durationis. Locus enim ut dicit Damaſcenus eſt extremi ſupficies corpis ambiētis ⁊ eēntialiter nō eſt in ipſo locato ſed extra ipꝫ ⁊ ideo plura loca quoꝝ vnus eſt includēs alter incluſus pñt eſſe reſpectu vnius locati vnus ꝟo erit eius locus ꝓprius ⁊ alia loca erũt coīa ⁊ non mēſurātia locatum ſed tñ ambiētia ipm ſic aũt non eſt in mēſuris durationis. hec enim oēs eēntialiter ſunt ꝓprietates ipſoꝝ durãtiuꝫ ⁊ ideo plures non ordinant ad vnum q: non hñt cōparationem talem niſi ad ea quoꝝ ſunt mēſure. contingit tamē plures ordinari ad idem ita ꝙ vna ſit mēſurans ⁊ altera includēs per exceſſum ⁊ que ſunt incluſa ab eternitate nō ſeqtur ꝙ ſint in eternitate uel eterna ſicut oſtēſum eſt. ¶ Sunt tñ qdam magři qui dicũt ꝙ eternitas eſt mēſura euiternoꝝ ⁊ tpalium: ſed non ꝯuertit. Et ſm hos dicēdum eſt ꝙ adhuc non ſeqtur ꝙ ſi tpalia menſurant eternitate ꝙ ſint eterna uel in eternitate q: eternũ ⁊ in eternitate eſſe nō dicit niſi in hijs que uel pticipant ipm eternum ꝓprie uel habent ꝯueniētiam cum ipo in aliqua proprietate ut dictum eſt. Sed nobis magis placet qđ dictum eſt ſupra. ſ. ꝙ mēſura que numerat ipſum ⁊ certificat quãtitatem ipſius uel mēſura que adiacet toti quãtitati ſm eque ut totum tēpus adiacet toti motui celi ⁊ ꝯſtat ꝙ neutro mō eſt mēſura euiternoꝝ ⁊ tpaliũ.

¶ Articulus 5°. De quando ⁊ nunc eternitatis.

Quinto queritur De nunc ⁊ quãdo eternitatis. Et videt ꝙ non habeat nũc differēs a ſe. eternitas enim indiuiſibilis eſt non hñs ꝓus ⁊ poſterius neq; ptes. ergo nũc eternitatis in eē non differt ab eternitate. ¶ Cōtra dicit Boeꝰ in li° de trinitate ꝙ nũc ſtãs ⁊ nō mouēs ſeſe ſemp eternitatis facit: ſed oē faciēs ſm eē differt a facto. cum ġ nũc faciat eternitatem ſm eē differt ab eternitate. Iuxta hoc queritur utrũ eternitas hēat qñ. Et videt ꝙ nō q: qñ eſt natura tertia que relinquit ex duabus alijs naturis. ſ. nã durationis extrinſecus adiacētis ⁊ nã durãtis. ſed eternitas ⁊ eternuꝫ non ſunt nāe diuerſe ġ ex hijs tanq̃ꝫ diuerſis nō relinqtur qñ tertium. ¶ In ꝯtrariũ eſt locutio uſitata. ſicut deus eſt ab eterno in ꝓncipio erat uerbũ ubi ab eterno ⁊ i ꝓn° dicũt qñ uel nō ſine qñ. ¶ Solō dicimꝰ ꝙ eternitas hēt nũc ⁊ ſicut nũc tpis eſt ſuba tpis ⁊ fluxꝰ ipſius nũc eſt eē tpis: ita nũc eternitatis eſt ſba eternitatis ⁊ duratio ipſius nũc eſt eē eternitatis. ¶ Dicat ġ ad ꝓm ꝙ ſꝫ eēntiã que ē ſuba nō differre ab eternitate: ſed ſm eēntiã que dat eē pōt duplr accipi ſm eē rei ⁊ ſic nō eſt dria ſicut nō eſt dria inter nũc ⁊ nũc ſemp durãs. Si aũt accipiat ſm eē rōnis tũc eſt dria talis q̃lis eſt iter durãs ⁊ durationē durãtis. Si aũt aliqs obijciat ꝙ duratio nō eſt durãs ſicut ꝓprietas nō eſt ſbm. Dicēdum ꝙ hoc eſt uerũ in rebus creatis: ſed in rebus increatis non tenet niſi ſm rōnē ut dictũ eſt. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ faciens ut efficiēs nunq̃ꝫ eſt idem facto: ſed faciens ut ꝓncipium quod non eſt tñ ꝓncipiuꝫ ſed etiam ſubſtantia hoc ſubſtãtialiter eſt ideꝫ facto ſicut eſt in nũc temporis ⁊ in nunc eui ⁊ in nũc eternitatis. ¶ Ad id qđ queritur de quãdo dicimus ꝙ ex eternitate relinqtur qñ. ¶ Ad

argumētum qđ cōtra eſt dicimus ꝙ lꝫ eternitas ſit idem eterno tamē ſm modum dicēdi p̄dicant extrinſecus adiacēs ut dicit Boetius. ⁊ penes hūc modum ex ipſo relinqtur quādo re qdem non differēs ab eterno ⁊ eternitate ſed modo predicandi.

¶ De Euo.

## Eide queritur De euo.

d Quia autem diffinitiones eui non inueniunt ab auctoritatibus date. querimus quid ſit ſm rem ⁊ eſſe ſuū ut ex hijs concludat ſua diffinitio. 2° que ſint euiterna ⁊ que ſit ratio ꝙ ipſum incepit cum tpe ⁊ non ante ipſum. 3° utrū ip̄m p̄ncipaliter ſit in vno ſicut tempus ⁊ eternitas. tempus enim eſt in primo mobili. eternitas autem eſt in deo. 4° de nunc ⁊ quando eui.

¶ Articulus 6°. De diffinitione eui.

celeſtis: ſicut dr̄ in ꝑnᵒ octaui phiᵒꝝ. ꝙ motus celi eſt ut
vita quedā nā exn̄tibꝰ oībus. calidū aūt q̄ꝺ eſt cū radio
ignis ſm pħm in 3ᵒ de celo ⁊ mundo. ⁊ 2ᵒ de gn̄atione ⁊
corruptione. perſe ꝯgregatiū eſt omogeneoꝝ ſupra hoc
eſt ſubtiliū aſcēdentiū ſurſuꝫ: ⁊ per ꝯn̄s ꝯſumptiuū ſiue
diſgregatiuū ſiue ſeparatiuū omogeneoꝝ ſibi ꝓpinquo
rum hoc eſt groſſoꝝ deſcēdentiū deorſuꝫ. Cum igit̄ pro
prietates nō vniuoce ꝯueniāt eis ſubta nō erūt eiuſdeꝫ
nature. ¶ Ad hoc aūt q̄ꝺ dicit Empedo. dicēdū ꝙ in
telligit per albedinē claritatē luminis calcati in corpore
ſolis. calorem aūt intelligit effectiue. ſol enim excitat ca
lorem ex reuerberatione ⁊ motu radioꝝ ad corpus ſoli
dū. ⁊ hoc patet per hoc q̄ꝺ dicit pħus in 2ᵒ de celo ⁊ mū
do. Caliditas que ꝓuenit ex ſtellis ⁊ lumen ſunt ꝓpter
ꝑcuſſionē ⁊ fricationē aeris factā ex motu earū. de apti
tudine enim motus eſt ut calefaciat ⁊ igneat ligna ⁊ fer
rum ⁊ lapides. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ ignis non mo
uet̄ circulariter niſi per accn̄s. ſ. motu corporis ꝯtinētis
ip̄m ⁊ ideo per motū illum nō determinat̄ natura ſua.
¶ Ad aliud dicendū ꝙ pħus loquit̄ ibi de q̄buſdā ſtel
lis que ſm aliq̄ꝺ accn̄s ſuuꝫ ſunt in aere ſicut comete ⁊
aſub. uapor enim directe oppoſitus ſtelle facilius iſlam
mat̄ ꝓpter fortitudinē luminis ⁊ multiplicationē calo
ris ⁊ ꝑcipue ſi fuerit in via ſolis: ſtella ergo ſm hꝯ accn̄s
ſui ignit̄ ⁊ calefit ſed nō per ſe. ¶ Quidā autē aliter ſol
uunt auctoritatē pħi dicētes: ꝙ natura quinti corpis dr̄
ibi aer ꝓpter dyaphaneitatē ⁊ ꝙ ignit̄ ⁊ calefit nō paſſi
ue ſed actiue. Sed hoc nō eſt ſm ſentētiam Ariſtotelis.
Et hoc patet per hoc q̄ꝺ dicit ibidem ſtelle que ſunt in
orbe ſup̄iore uadūt in orbe ſuo ꝓpter illud ḡ nō igniū
tur ſtelle aſub niſi qn̄ eſt aer ſub orbe propinq̄ore ergo
cuꝫ incedit in iſto orbe calefit aer ⁊ ignitur ⁊ ꝑcipue aer
qui eſt ꝓpe viā ſolis. ¶ Ad hoc aūt q̄ꝺ obijcit̄ ꝙ ſtelle
ſunt eiuſdē nature cum orbibus bene cōcedimus: quia
hec eſt poſitio omnium antiquorum.

¶ Articulus 2ᵒ. Utrū celū ſit gn̄abile ⁊ corruptibile.

a D ſecunduꝫ procedit̄ ſic.
Dicit̄ in geneſi In principio creauit deꝰ celū ⁊
terrā. Et in ſymbolo. Credo in deū p̄rem ⁊c. ergo celuꝫ
incepit ſm ſui ſb̄am. quicq̄d incepit aūt ſm ſui ſb̄am in
gredit̄ in eſſe ſb̄ale. cuꝫ ergo gn̄atio ſm Boetiū in topi
cis nihil ſit q̄ꝫ ingreſſus in eſſe ſb̄ale celū erit gn̄atum.
Preterea ꝑmū opus nature in eodē ſb̄to eſt gn̄atio. ſi ḡ
celū eſt opus nature eſt per gn̄ationē: ſed celū eſt opus
nature q̄ꝺ ꝓbabit̄. dicit eniꝫ pħs in de celo ⁊ mūdo. res
ſempiterna fixa eſt in tēpore īfinito ⁊ nō eſt abſqꝫ faciē
te eā oīno. Si ḡ illud eſt ſm hoc eſt nā faciēs res ſempi
ternas neceſſario ⁊ ip̄a fac̄ res vna ut ſit exn̄s: ⁊ ut ſit nō
exn̄s in hora ⁊ hora: ⁊ ut ſint quedā res ſp̄ exn̄tes ⁊ q̄dā
res ſemp̄ nō exn̄tes in tp̄e īfinito ex hoc accipit̄ ꝙ celū
q̄ꝺ dicit̄ hic res ſemp̄ exn̄s eſt opus nature ⁊ eſt gn̄atū.
Preterea quicq̄d eſt ſuſceptibile alterationis illius ma
teria aliter ſe pōt hr̄e ad formas diuerſas. cuiuſcūqꝫ ma
teria eſt in potētia ad formas diuerſas illud eſt trāſmu
tabile ſm gn̄ationē ⁊ corruptionē. Probatio. oīs forma
cōtēta in materia per diſpōnes aliquas mutatis diſpoſi
tionibus illis nō manebit forma ſb̄ſtātialis. Hec ꝓpoſi
tio ꝓbat̄ per inductionē oīum gn̄atoꝝ ⁊ corruptoꝝ ſiue
ſint ſimplicia ſiue cōpoſita ſint. ꝯſtat aūt ꝙ diſpōnū mu
tatio nō fit niſi per alterationē. ergo omne q̄ꝺ alteratur
mutat̄ per gn̄ationē ⁊ corruptionē: celū alterat̄ ergo eſt
gn̄abile ⁊ corruptibile. ꝙ celū alteret̄ patet in luna qn̄qꝫ
enī eſt monoydos qn̄qꝫ dicotomos. qn̄qꝫ amphitricos.
⁊ qn̄qꝫ plena. qn̄qꝫ etiā tota tenebroſa ſm ꝯiunctionem
⁊ ꝓpinquitatē ⁊ diſtantiā eius a ſole. Silr̄ patet in eccli
pſi lune qn̄ obſcurat̄ ex interpōne terre inter eam ⁊ ſo
lem. Si forte dicat̄ ꝙ non eſt ſimile de luna ⁊ de natura
orbis: ſola enim luna ſic alterat̄. ¶ CONTRA hoc
eſt q̄ꝺ dicit pħus ꝙ eadem eſt natura glebe ⁊ totiꝰ ter
re. ergo a ſimili eadē eſt natura lune ⁊ totius orbis. Pre
terea ſic nō ſoluit̄ incōueniēs nihilominus adhuc ſequi
tur ꝙ luna ſit gnābilis ⁊ corruptibilis. Idē dicit Grego
rius ꝙ oīa ſimul creata ſunt in materia ꝯfuſa: ⁊ ita videt̄
oīa eſſe eiuſdē materie. ergo ⁊ eiuſdē tranſmutationis:

cum ergo quedã ſunt generabilia celum erit gñãbile.
¶ Item ponit Plato dicens celũ eſſe gnãtũ ex hyle ⁊
per uolũtatẽ opificis manere indiſſolubile ⁊ nõ ex pro/
pꝛia natura. ¶ Sed ꝯtra qꝺ eſt gnãtũ eſt trãſmutabile
per actionẽ ⁊ paſſionẽ ꝯtrarioꝝ:ſꝫ celuꝫ nõ eſt tale ergo
nõ eſt gnãtũ. ¶ Itẽ nihil eſt gnãbile ⁊ coꝛruptibile qꝺ
nõ habet cãm gñationis ⁊ coꝛruptionis:cauſa aũt gña/
tionis ⁊ coꝛruptionis ꝯtrarietas eſt mutans ⁊ alterans
ſbm:⁊ hoc eſt in illis tñ que hñt mãm cõem cuꝫ gñabi/
libꝰ ⁊ coꝛruptibilibus.cuꝫ igiꝛ nõ habeat mãm talẽ ipm
nõ eſt gñabile ⁊ coꝛruptibile.Item dicit phus in libᵒ de
de ſba oꝛbis ſic.Si aliqua coꝛpora ſimplicia ſunt quo/
rum foꝛma caret ꝯtrarijs:ꝯtingit ꝙ iſte foꝛme ſint neqꝫ
gñabiles neqꝫ coꝛruptibiles:neqꝫ hñtes ſbam cõeꝫ cuꝫ
gñabilibus ⁊ coꝛruptibilibus.Cũ igiꝛ ſit talis foꝛma ce
li nõ erit gñabile uel coꝛruptibile.Item xᵒ methaᶜᵉ diciꝛ
ꝙ celũ eſt in potẽtia ad ubi tñ ⁊ nõ ad ſbalem uel acci/
dentalẽ foꝛmã ergo non eſt gñabile neqꝫ coꝛruptibile.
¶ Item ſũmanꝛ rõnes phi in fine pꝛimi de celo ⁊ mũ
do.ſ.cuius motus nõ eſt ꝯtrariũ ipm etiã in ſbto nõ ha
bet cõtrariũ ſed motui celi nõ eſt cõtrariũ ergo celo nõ
eſt cõtrariuꝫ:⁊ ita neqꝫ coꝛrumpiꝛ neqꝫ gñaꝛ. ¶ Itẽ cu
ius motus eſt ꝑpetuus ipm eſt ꝑpetuũ : ſed motus celi
eſt ꝑpetuus:ut ꝓbaꝛ in 8ᵒ phiᵒꝝ.ergo celũ eſt ꝑpetuuꝫ.
¶ Item oẽ qꝺ per trãſmutationẽ gñatur trãſmutaꝛ ab
aliquo coꝛpore qꝺ eſt pꝛius ipſo:ſed nullum coꝛpus eſt
pꝛius celo ergo nõ eſt gñatuꝫ. ¶ Item omne qꝺ gñaꝛ
ſm foꝛmã ſbalem exit de potentia in actuꝫ per aliquod
exñs actu ſimile in ſpecie.hoc patet in gñatione ſimpli/
ciũ ⁊ cõpoſitoꝝ.ergo ſi celũ eſt gñatũ opoꝛtet ꝙ ſit aliud
celũ ante ipm ⁊ ſic in ĩfinitũ . ¶ Iteꝫ omne generabile
coꝛruptibile eſt ergo ſi celũ eſt gñabile eſt coꝛruptibile.
omne aũt coꝛruptibile coꝛrumpiꝛ terminato tẽpoꝛe:ğ ſi
celũ eſt coꝛruptibile coꝛrũpiꝛ ⁊ generaꝛ aliud celuꝫ per
ſucceſſionẽ ſicut aĩalia ⁊ hoĩes ⁊ elemẽta : ⁊ iſte ſunt rõ/
nes phi. ¶ Cõtra hoc obijcit ioãnes phs qdã ſic.qcqd
eſt ꝑpetuũ habet potentiã infinitã ad eſſe.potẽtia aũt ĩfi
nita nõ eſt niſi coꝛporis ĩfiniti:ut ꝓbat phus:ſed celum
nõ eſt infinitũ ut ꝓbaꝛ in de celo ⁊ mũdo . ergo potẽtia
eius nõ eſt infinita ⁊ ita nõ eſt ꝑpetuũ. ¶ Solutio dicẽ
dum ꝙ gñatũ duobus modis diciꝛ.eſt enim gñatio ince
ptio eẽe poſt nõ eſſe quoquo mõ:⁊ ſic creatio eſt gene/
ratio ⁊ ſic celũ eſt gñatũ.Diciꝛ etiã gñatio tranſmutatio
materie ad foꝛmã ſbalem per actionẽ ⁊ paſſionẽ contra
riarũ qualitatũ alternãtiũ mãm ⁊ hoc mõ celũ nõ eſt ge
neratũ . Siꝛ coꝛruptio duobus modis dĩ.ſ.ceſſatio ab
eſſe quoquo mõ.⁊ ſic oĩa creata ſunt coꝛruptibilia uolũ
tate diuina:tñ quedã eoꝝ nõ coꝛrũpunꝛ ſicut celũ ⁊ an/
geli ⁊ quedã alia de qbus hẽbiꝛ infra in qõne de mun
di inouatione.Diciꝛ etiã coꝛruptio trãſmutatio ab eſſe
per actionẽ ⁊ paſſionẽ cõtrariarũ qualitatũ alternãtium
ſbm remanẽte mã eadẽ numero ſub eẽ ⁊ nõ eſſe ipſius
foꝛme:⁊ hac rõne nõ eſt celũ coꝛruptibile:⁊ ſm hũc mo
dum loquunꝛ phi dicẽtes celũ eſſe perpetuũ uel eternũ
nihil aliud intelligẽtes perpetuitatẽ illã uel eternitateꝫ
niſi ĩtrãſmutabilitatẽ ſm foꝛmas ſbales ⁊ accñtales cau
ſatam ex pꝛiuatione cõtrariarũ qualitatũ agentiũ ⁊ pa/
tientiũ in ipſo. ¶ Sunt tñ qui dicũt ꝙ triplex eſt cauſa
coꝛruptionis.ſ.uolũtas dei quãtitas ⁊ cõtrarietas ⁊ illa
que ſunt ſine quãtitate ⁊ cõtrarietate : ut ſpũs creati hñt
vnã cãm coꝛruptionis tñ.ſ.uolũtatẽ dei:illa aũt que ha
bent mãm determinatã per quãtitatẽ ſolũ hñt duas eo
ꝙ quãtũ diuiſibile eſt ⁊ qꝺ diuidiꝛ coꝛrũpiꝛ a figura ꝓ/
pꝛia ꝑcipue circulare ⁊ pyramidale.q: ſicut dicit phs in
fine tertij de celo ⁊ mũdo . circulus nõ diuidiꝛ in circu/
los neqꝫ pyramis in pyramides.Que aũt hñt materiã
diſtinctã quãtitate ⁊ cõtrarietate hñt oẽs tres cãs coꝛru
ptionis ut gñabilia ⁊ coꝛruptibilia : ⁊ iſta diſtinctio ſtat
in pꝛimo ⁊ ultimo mẽbꝛo ſed nõ in medio:q: quantitas
nõ eſt cauſa coꝛruptionis:ut patet in mathematica:ma/
thematici enim abſtrahũt a trãſmutatione ⁊ tẽpoꝛe:⁊ tñ
cõſiderãt quãtitatẽ diuiſibilẽ. ¶ Preterea ſi diuiſio eſt
in quãtitate celi illa nõ eſt ſm ſciſſionẽ partiũ coꝛporis:
ſed ſm figurationẽ totiꝰ diuiſionis per numerũ graduũ:
hoc mõ quo ſigtur quãtitas totius pãni per numerũ ul
narũ.Uñ Boetius in liᵒ de trinitate celeſtia dicit eẽ coꝛ
poꝛa ĩmoꝛtalia. ¶ Dicendũ ergo ad pꝛimum ꝙ ſi acci/
piaꝛ ingreſſus in eſſe ſm pꝛimã ſignificationẽ gñatiõis
tunc eſt gñalis diffinitio Boetij oĩbus creatis.Si autẽ
ſm ſecũdã tunc nõ ꝯuenit celo:ſed gñabilibus ⁊ coꝛru/
ptibilibus.Cõcedimus tñ ꝙ duplex habet opus.ſ.iflu/
xionis ⁊ gñationis qꝺ patet q: poſt gñationẽ adhuc in/
fluit eſſe.Unde intelligiꝛ ꝙ opus influxionis diuerſuꝫ
eſt ab opere gñationis:⁊ ſm hoc neceſſaria ſunt opera
nature. ¶ Si queriꝛ.que ſit illa natura.Dico ꝙ hoc eſt
foꝛma celi influẽs celo eſſe ⁊ permanere ⁊ moueri per
potentiã viuificãdi ⁊ mouẽdi cetera ⁊ de hac natura in/
telligiꝛ qꝺ dicit phus in 8ᵒ phiᵒꝝ.ꝙ natura eſt cauſa vite
in oĩbus. ¶ Utrũ aũt hec natura ſit aĩa celi ⁊ motoꝛ eiꝰ
infra determinabiꝛ:q: foꝛte eadẽ eſt natura agẽs ⁊ cau/
ſans eẽ celi ⁊ motũ eius:ſicut videꝛ phs Auerroys uel/
le in libꝛo de ſba oꝛbis ubi dicit.ſicut coꝛpus celeſte nõ
indiget virtute manẽte in loco ſemp tñ ſed etiã virtute
largiẽte in ſe ⁊ in ſua ſba ꝑmanentiã eternam qm̃ ⁊ ſi ſit
ſimplex ⁊ ideo nõ habet potentiã ad coꝛruptionẽ:tñ eſt
finite actionis neceſſario q: eſt finitarũ dimẽſionũ ⁊ de
terminatũ a ſupficie ꝯtinẽte ipm ⁊ omne tale cum intel
lectus poſuerit ipm exñs per ſe abſqꝫ eo ꝙ aliqd largia
tur ipſi ꝑmanentiã ⁊ eternitatẽ neceſſe eſt ut ſit ita diffi/
nite ꝑmanẽtie ſicut eſt diffinite actionis : ⁊ ideo neceſſe
eſt in ĩtellectu potentiã eſſe largientẽ ipi ꝑmanẽtiã eter
nam queadmodũ ipſi largiꝛ motũ eternũ ⁊ nõ hoc tm̃:
ſed neceſſe eſt hic eẽ virtutẽ que largiꝛ ei motũ pꝛopꝛiũ
ſue actionis que eſt eternitas ĩter ceteros motꝰ.ſ.motũ
localẽ in circuitu ⁊ figurã ꝓpꝛiã ipſi motui.ſ.ſphericam
⁊ mẽſurã ꝓpꝛiã vnicuiqꝫ iſtoꝝ coꝛpoꝝ.i.coꝛpoꝝ inferio
rum ⁊ ꝯuenientiã inter ea ad inuicẽ in oꝛdine ⁊ quãti/
tate:ita ut ex oĩbus ꝑficiaꝛ vnus actus.ſ.totus mũdus.
¶ Ex iſtis uerbis habeꝛ ꝙ foꝛma celi quecunqꝫ ſit illa
influit celo eſſe ⁊ ꝑmanere ⁊ figurã ⁊ moueri ⁊ alijs per
ipm celũ ⁊ hac rõne diciꝛ celuꝫ opus nature ⁊ nõ rõne
gñationis. ¶ Sũt tñ qui dicũt ꝙ eſt natura naturãs ⁊
natura naturata.natura naturãs eſt deus:⁊ illius opus
eſt celuꝫ:⁊ eſt natura naturata ⁊ illius opus ſunt gñabi
lia ⁊ coꝛruptibilia. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ duplex eſt al/
teratio.quedã enim eſt alteratio que exigit ꝑparationẽ
ipſius ſbti per qualitates ſenſibiles ſm tactũ ⁊ hec ꝑce/
dit gñationẽ.quedã eſt ſine ꝑparatiõe ſbti ſicut eſt ĩmu
tatio dyaphani a lucido uꝛ tenebꝛoſo pñte ⁊ hec nõ pꝛe/
cedit gñationeꝫ de neceſſitate ⁊ hec eſt alteratio oꝛbis ⁊
lune.luna enim ꝓpter ĩferioritatẽ ſui oꝛbis ignobilioꝛ
eſt ceteris ſtellis ⁊ ideo talẽ recipit ĩmutationẽ nihilomi
nus tñ oꝛbis in qualibet parte nõ ſtellata ſm huiuſmo/
di alterationẽ alteraꝛ. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ nõ ſequiꝛ
hoc ſi oĩa hñt mãm creationis cõem:ꝙ hẽant mãꝫ cõem
abſolute:⁊ de hoc dictũ eſt in qõne de mã pꝛima ſupꝛa.
¶ Ad auctoritatẽ Platonis dicendũ ꝙ Plato loquiꝛ
per quãdã rõnem ſimilitudinis ad opificẽ mechanicuꝫ
qui ꝓponit ſibi mãm ⁊ inducẽdo foꝛmã artificialeꝫ ſup
diuerſas partes mãe ꝯſtituit opus vnũ:vnde in aliqua
parte fundamẽtũ ⁊ in aliqua parte parieteꝫ.Similiter
deus in aliqua parte mãe facit celũ ⁊ in aliqua terrã ⁊c.
tñ illa pars mãe que eſt in celo nõ eſt eadẽ ſpecie uꝛ ge/
nere cum materia que eſt in gñabilibus ⁊ coꝛruptibili/
bus.Utruꝫ aũt materia ſit ante uel nõ infra determina/
biꝛ in qõne Utruꝫ oĩa ſimul facta ſunt. ¶ Ad obiectũ
ioannis dicendum ꝙ virtus infinita ſimpꝛ eſt eius qꝺ
eſt infinitum ſimpꝛ ſicut increati:ſed virtus infinita ab

alio.i.a deo continente. Vñ pōt eſſe corporis infiniti ꝛ
creati. ¶ Aliter poſſet dici ꝛ melius ꝙ virtꝰ duobꝰ mo/
dis dicit᷑. infinita.i. in ſe ꝛ in comparatione ad tempus.
illa que eſt infinita in ſe non poteſt eſſe niſi in ſubiecto
infinito ꝛ cum non ſit corpus infinitum virtus non po/
teſt eſſe infinita ſic: virtus autem īfinita in reſpectu tem/
poris.i. que continet in eſſe in infinito tempore nō exi/
git ſubiectum infinitum. ¶ Sed hec ſolutio videtur eſ/
ſe contra Ariſtotelem in fine octaui phiᵒʳ. ubi probat ꝙ
virtus corporis finita non eſt in tempore infinito. vnde
ſm ipſum eſt diſtinguēdum ꝙ duplex eſt virtus. que/
dam in corpore.i. que determinat corpus ſm ſui quan/
titatem ita ꝙ maior eſt in toto ꝙ̄ in ſui parte ꝛ maior in
magna ꝙ̄ in parua ſicut virtus grauis ꝛ leuis ꝛ calidi ꝛ
frigidi ꝛ huiuſmodi. ꝛ de tali virtute tenet ratio ioānis.
¶ Eſt etiam virtus que nec eſt corpus nec in corpore
ſm hunc modum ſicut illa que non eſt maior in toto ꝙ̄
in parte eo ꝙ ipſa non determinat corpus ſm ſui quan
titatem ſed eſt completiua ſubſtātie materie ſm ꝙ hu/
iuſmodi: ꝛ q: ſubſtātia materie ſm ſe non habet diuiſio
nem ut dicit philoſophus in primo phiᵒʳ. ideo illa eſt in
diuiſibilis ſicut forme ſubſtātiales ſunt ꝛ anima rationa
lis ꝛ talis eſt virtus celi ꝛ ideo ꝓbat de ipſa Ariſtoteles
ꝙ eſt indiuiſibilis impartibilis nullam habēs magnitu
dinem ꝛ hec ſolutio ſm Ariſtotelem in fine primi phiᵒʳ
ꝛ in 7º methaᶜᵉ. Leuius poſſet dici ꝙ ad hoc ꝙ non ſit
trāſmutatio uel motus aliqꝰ in aliquo non exigit᷑ vir/
tus aliqua neq; finita neq; infinita. ¶ Si enim quera/
tur quare celum non moueat᷑ motu ꝓceſſiuo ſufficit di/
cere ꝙ nō habet virtutem affixam organis ordinatis ad
motum ꝓceſſiuum ſicut ſunt ale ꝛ pedes ꝛ huiuſmodi.
Similiter cum celum non tranſmutetur ſm generatio
nem ꝛ corruptionem nō exigit᷑ virtus determinata ſed
potius virtutis priuatio ordinate ad generationē ꝛ cor
ruptionem. ¶ Articulus 3º.

## Ertio queritur

Utrum celuꝫ ſit cōpoſitum uel ſimplex. Et videt᷑ ꝙ ſit ſim/
plex: quia dicit philoſophus in ꝑncipio de celo ꝛ mūdo
ꝙ celuꝫ ſermone abſoluto eſt forma qm̄ abſolute eſt for
ma ſola. cum igit᷑ forma ſit ſola ꝛ forma ſola non habeat
cōpoſitionem videt᷑ ꝙ celum ſit ſimplex. Item in quo/
cūq; non eſt cōpoſitio prima in illo non eſt compoſitio
cōſequens. ſed in celo non eſt cōpoſitio ꝓma ergo nec
cōſequens. Probatio prime. Prima compoſitio eſt ex
materia ꝛ forma. Secūda uel cōſequēs ex ſubiecto ꝛ ac
cidēte. ſed prima potētia materie eſt ad formam ſubſtā/
tialem. ſecūda autem ad receptionem accidētis cuꝫ iam
eſt in cōpoſito. Unde ſicut ſubſtātia ſubiecto ꝛ cauſa eſt
ante accidēs ſic prima compoſitio eſt ante cōſequētem.
Preterea ſi detur ꝙ materia recipit prius accidēs: tunc
precipue recipit accidens ꝓmuꝫ qđ eſt quantitas quod
patet ex hoc ꝙ omnes qualitates ſenſibiles calidū: fri/
gidum: album nigrum ꝛc. ſunt in corpore ſm ſui quan
titatem ita ꝙ maior eſt q̄litas in magna parte ꝙ̄ in par/
ua. Unde patet ꝙ non adueniūt ſubſtātie materie tm̄:
ſed materie prout eſt ſub quātitate. Si ergo ſic aduenit
forma ſubſtātialis materie quāte etiam forma ſubſtan/
tialis diuiſibilis eſſet ſm quantitatem: quod patet eſſe
falſum. ergo cōpoſitio materie cum forma ſubſtantiali
de neceſſitate precedit compoſitionem ſubiecti cum ac
cidētalibus formis ꝛ ſic patet ueritas ꝓme. Ueritas mi
noris habetur in liº de ſubſtātia orbis ubi dicit philoſo/
phus ꝙ celum non eſt ex materia ꝛ forma. Preterea ſe
pe habet᷑ a philoſopho in de celo ꝛ mūdo ꝙ celum eſt
corpus ſimplex. ¶ CONTRA. Raby moyſes i liº
de vno deo dicit ꝙ ꝓpoſitio perſe nota eſt ꝙ omne cor
pus eſt cōpoſitum. Item in liº de ſubſtātia orbis dicitur
ꝙ omne qđ mouet eſt corpus ꝛ cōpoſitum. Item in pº
liº celi ꝛ mundi cum dico celum dico formam cum dico
hoc celum dico materiam. Cum ergo in celo ſit celum:
ꝛ hoc celum celum eſt compoſituꝫ ex materia ꝛ forma.
Item ibidem dicit philoſophus ꝙ celum eſt ex materia
ſua tota ergo habet materiam ꝛ cōſtat ꝙ etiam formam
cum ſit ꝑfectum ergo eſt compoſitum. ¶ Gratia huius
querit᷑ utrum per diuiſionem ſue materie ſit multiplica
bile ꝛ ſumātur rationes philoſophi in primo de celo ꝛ
mundo. quarum prima eſt hec. Omne quod habet ma
teriam ꝛ formam aut eſt multa aut poteſt eſſe multa: ce/
luꝫ habet materiam ꝛ formam ꝛ hoc ſupponat᷑ ergo eſt
multa uel pōt eſſe multa ꝛ non niſi per diuiſionem ma
terie ergo celum eſt multiplicabile per diuiſionem ma
terie ſue. Ad idem eſt ratio Platonis quam ibidem in
ducit q: celum eſt ad ideam ꝛ ad eādem ideam plures
poſſunt fieri celi. ¶ Solutio dicēdum ꝙ celum eſt cō/
poſitum ex materia ꝛ forma: ſed materia ſua non deter/
minat᷑ nec cognoſcit᷑ niſi per potentiam ad ubi tm̄. ſicut
enim dicit philoſophus in fine primi phiᵒʳ. ſubiecta na
tura ſcibilis eſt ſm analogiam ꝛ in hoc differt a materia
generabilium ꝛ corruptibilium que determinat᷑ ꝛ co/
gnoſcitur per potētiam ad eſſe ꝛ ad diſpoſitiones acci/
dentales ꝛ ad quātitatem ꝛ ad ubi. Potentia autem ad
eſſe non eſt in materia celi ꝛ ꝓpter hoc non eſt ſepara/
bilis a forma ſua nec ecōuerſo forma ſeparat᷑ ab ipſa ꝛ
hoc innuit philoſophus quādo dicit. Cum dico celum
dico formam ꝛ cum dico hoc celum dico materiam: ma
teria enim in celo indiuiduat ꝛ particulariʒat formam
ꝛ ſeparat᷑ ab ipſa eo ꝙ non eſt in potētia ad formam ali
am ꝛ ꝓpter hoc ipſa ſupponit᷑ noīe ſuppoſiti nature ce/
leſtis ſicut hoc celum. Similiter forma non dicit᷑ celei/
tas ſiue rotūditas ad mouēdum ꝙ forma illa non eſt ſe
parabilis ſed ſemꝑ eſt actus materie illius ꝛ ideo ſigni/
ficatur per nomen predicabile de compoſito ſicut celuꝫ
ꝛ hoc eſt qđ dicit Boetius in libro de hebdomadibus.
ꝙ in omni eo qđ eſt citra primum eſt hoc ꝛ hoc. ¶ Ad
ꝓmum dicēdum ꝙ obiectio illa ꝓuenit ex praua intelli
gentia littere: q: ſermo abſolutus dicitur ibi ſermo non
determinatus per demōſtratiuum ꝛ nutum ad ſuppoſi
tum particularis celi: ſed dicit᷑ celuꝫ ſermo abſolutus ꝛ
hoc celum ſermo determinatus. ¶ Ad aliud dicēdum
ꝙ compoſitio ꝓma per modum prius dictum eſt in ce/
lo: hoc autem qđ dicit᷑ in liº de ſubſtātia orbis ꝙ celum
non eſt ex materia ꝛ forma. intelligit᷑ de materia que ꝓ
prie materia eſt.i. que eſt in potentia ad eſſe ꝛ de forma
que acqritur per tranſmutationem ſubiecti ꝛ hoc enim
modo celum non eſt ex materia ꝛ forma. ¶ Ad aliud
dicēdum ꝙ corpus multipliciter dicit᷑ ſimplex. eſt enim
ſimplex qđ diuiditur diuiſione cōtinui tm̄ ꝛ ſic corpora
mathematica ſunt ſimplicia. Item dicit᷑ ſimplex quod
non habet qualitates agentes ꝛ patiētes ſic celum dicit᷑
ſimplex. Tertio modo dicit᷑ ſimplex in quo ſtat reſolu
tio corporum ꝛ non reſoluit᷑ in formam aliam ꝛ ſic ele/
mēta ſunt ſimplicia. Quarto modo dicit᷑ ſimplex cuius
partes ſunt eiuſdem rōnis cum toto ꝛ ſic caro ꝛ os ſunt
ſimplicia ꝛ manus ꝛ pes ſunt compoſita. Ex hijs modis
dicit᷑ ſimplex in corpore. Quinto modo dicitur ſimplex
qđ non habet partes tamen habet poſitionem in conti/
nuo ꝛ hoc modo pūctus dicit᷑ ſimplex. Sexto modo di
citur ſimplex indiuiſibile habēs ordinem in diſcreto ꝛ
hoc modo dicitur ſimplex vnitas. Septimo modo dici
tur ſimplex indiuiſibile perſe diuiſibile tamen alterius
diuiſione ꝛ componibile cum altero: ꝛ hoc modo forma
accidētalis dicit᷑ ſimplex quēadmoduꝫ dicitur in ſex ꝑn
cipijs. ꝙ forma eſt cōpoſitioni contingens ſimplici ꝛ in
uariabili eſſentia cōſiſtens. Octauo modo dicitur ſim/
plex indiuiſibile perſe ꝛ indiuiſibile diuiſione ſubiecti:
tamen cōponibile cum altero cuius ipſum eē eſt actus
ꝛ ꝑfectio ꝛ hoc modo forma ſubſtantialis eſt ſimplex ꝛ

etiam anima uegetabilis ⁊ ſenſibilis. Nono modo dicit ſimplex indiuiſibile pſe ⁊ indiuiſibile diuiſione ſubiecti cōponibile tamen alij cuius nō eſt actus: ⁊ hoc modo dicit ſimplex intellectus ⁊ anima rationalis. Decimo modo dicit ſimplex indiuiſibile oīno in ſe ⁊ diuiſione alterius non cōponibile cuꝫ aliquo habēs tamē hoc ⁊ hoc: ⁊ hoc modo intelligētia angelica dicitur ſimplex. Undecimo modo dicit ſimplex indiuiſibile oīno diuiſione ſui ⁊ alterius non cōponibile cum alio non habēs hoc ⁊ hoc ⁊ hoc modo deus dicit ſimplex ⁊ hijs omnibꝰ modis dicit ſimplex ex parte rei ꝺm relationem autem ad aiam dicit ſimplex tribus modis. Primo modo qꝺ non habet cōpoſitionem cum materia neqꝫ cum diſpoſitionibus materie que ſunt figura ⁊ hic ⁊ nūc ⁊ ſic vniuerſale dicit ſimplex. Secundus eſt ꝺm ꝗ non diffinibile dicit ſimplex ⁊ diffinitum compoſitum: ⁊ ꝺm hoc genus ⁊ differentia dicunt ſimplicia ſpecies autem cōpoſita. Tertius eſt ꝺm ꝗ ſimplex dicit quod non eſt reſoluere ulterius ꝺm rationem ⁊ ad ipſum reſoluuntur omnia alia ⁊ ſic ens dicit ſimplex. ¶ Ad id quod queritur iuxta hoc utrum celum ſit multiplicabile per diuiſionem ſue materie. dicēdum ꝗ non q: talis multiplicatio non fit niſi per diuiſionem materie factam per generationem. celum autem eſt ingenerabile ⁊ incorruptibile ſicut ꝓbatum eſt. ¶ Ad id quod obijcitur in contrarium dicēdum ꝗ ſicut dicit philoſophus celū eſt ex materia ſua tota totalitate potētie ⁊ actus ⁊ hoc eſt qa materia eius eſt in nulla ſui parte nec poteſt eſſe ſub alio actu hoc autem qꝺ dicit phus ꝗ omne qꝺ habet materiaꝫ ⁊ formam eſt uel pōt eſſe multa intelligit de materia diuiſibili per generationē ⁊ non de tali materia celi. ¶ Ad aliud dicēdum ꝗ de potētia creationis eſt facere multos celos ad ideam vnam: ſed nō eſt de ꝯueniētia creature q: ſi eēnt multi celi eēnt multi mūdi. qꝺ lꝫ poſſet facere creator quātum eſt de potētia ſua tamē hoc non poteſt eſſe ꝺm cōueniētiam ⁊ potētiam creaturarum ut infra ꝓbabit cum diſputabitur Utrum plures poſſunt eē q̄ꝫ vnus mundus. hoc enim non habet hic diſputari reſeruetur ergo in futurum.

¶ Quid ſit celum ꝺm diffinitionem. Articulus 4°.

## Q uarto queritur Quid ſit

celum. Et ſumat diffinitio Damaſceni in 2° li° cap° 6°. ubi dicit ꝗ celū eſt cōtinentia viſibilium ⁊ inuiſibilium creaturarū. Videt autem ꝗ hec diffinitio non omni celo cōueniat q: iuiſibilis creature dicunt. hic intelligētie ⁊ anime ſancte ⁊ ille non cōtinent in celis inferioribus planetarū. Preterea nō videt hec diffinitio dari de natura celi q: per illam nō cognoſcit utrū ſit cognitum uel alterius nature cum tn̄ hoc per diffinitionē realem deberet intelligi. Item ꝯtinentia reſpectu viſibilium ⁊ inuiſibiliū non videt eſſe eiuſdē rōnis q: viſibilia cōtinent circūſcriptiue. inuiſibilia diffinitiue tn̄. Si forte dicat ꝗ cōtinētia ſumit hic pro virtute ſaluatiua ⁊ ꝯtinentia in eſſe patet ꝗ falſum eſt q: talem virtutē non habet celum reſpectu inuiſibilium. Preterea hoc videt eſſe cōtra Damaſcenū q: exēplat diffinitionem dicit inter ipſuꝫ enim intellectuales angelor virtutes ⁊ omnia ſenſibilia cōcludunt ⁊ circum terminant. ſolus autē deus incircūſcriptibilis eſt oīa implens ⁊ oīa continens ⁊ oīa circum terminās ut ſup omnia ens ⁊ oīa condens. Preterea ꝗ non poſſit dari ratio vna conueniens omni nature celeſti quorum enim eſt vna ratio ꝺm naturam illorum eſt ꝓpagatio ab vno ꝺm naturam ſicut patet in hominibus ⁊ aīalibus: ſed ſtellarum ⁊ celorum ꝓpagatio non eſt ab vno ꝺm naturam ergo non eſt ipſorum ratio vna. Si forte dicat ꝗ ipſorum eſt propagatio vna ab alio per diuiſionem. ſubſtātia enim diuidit per corpoream ⁊ incorpoream. ⁊ corporea ulterius per generabilem ⁊ ingenerabilem ⁊ motuꝫ circulariter ⁊ ꝺm rectum ⁊ ita celum eſſet ſubſtātia incorporea ingenerabilis mota circulariter. ¶ Contra dicit philoſophus in x° methacͤ ꝗ corruptibilia ⁊ icorruptibilia nō ſunt eiuſdem generis. Similiter in libro de ſubſtātia orbis dicit philoſophus ꝗ corporeitas non dicit vniuoce in celo ⁊ in elemētis ergo nulla eſt diuiſio quādo dicit corporuꝫ aliud generabile aliud igenerabile. Preterea dicit philoſophus in 6° topiorꝫ. ꝗ vita non ꝺm vnam ſpeciem videt dici de animalibus ⁊ plantis: ſed altera quidem animalibus altera plantis ineſt: ergo ſimiliter corporeitas non ꝺm vnam ſpeciem ineſt corruptibilibus ⁊ incorruptibilibus. ¶ Solutio dicēdum ꝗ prima diffinitio datur per actum celi ⁊ non per naturam propriam ipſius quemadmoduꝫ obiectum eſt: ⁊ nomina formalia dicta per abſtractionem habent reſolui in materialia cōcretiue dicta. ſic celum eſt cōtinentia viſibilium ⁊ inuiſibilium creaturarum. hoc eſt celum eſt cōtinens viſibiles ⁊ inuiſibiles creaturas. ⁊ dicit creaturas ad differentiam creatoris qui a nullo cōtinetur ſed omnia cōtinet ut patet in auctoritate prius dicta ⁊ ſic patet ſolutio ad ꝑmuꝫ. ¶ Ad aliud dicēdum ꝗ cōtinentia non eſt equoce dicta ad circumſcriptionem ⁊ diffinitionem. p. diffinitio eniꝫ prius eſt natura q̄ꝫ circumſcriptio quod patet q: ab ipſa non conuertit cōſequentia quecūqꝫ enim loco circūſcribuntur etiam loco diffiniunt ſed non conuertit ⁊ ita illa obiectio ſupponit falſum. ¶ Ad id quod querit utrum omnium ſupiorꝫ ſit ratio vna eſt duplex reſpōſio. qdam enim dicūt ꝗ oīa ſupiora penitus ſunt vnius nature nec differūt per formas ſubſtātiales ſed per proprietates que ſunt habere plus de lumine uel minus in diuerſis partibus ſicut differt pars ſtellata a nō ſtellata: ⁊ ſicut differt ſol a ceteris ſtellis. Uel differunt per habere ſtellam vnam uel plures ſicut differūt orbes inferiores planetarū ab octaua ſphera: uel per habere lumē a ſe uel ab alijs ſicut differt luna ab alijs ſtellis. ⁊ iſti ſoluunt rōnem obiectam per hoc ꝗ duobus modis plura reducunt ad vnuꝫ in natura ſcilicet ꝺm rōnem originis ⁊ ꝓpagādo: uel ꝺm virtutem influētem eē ⁊ poſſe ⁊ moueri: ⁊ hec videtur eſſe ſentētia Aueroys. Melius tn̄ dici debet. ſ. ꝗ non hn̄t rōnem vnam in ſpecie cū nec oīa habeāt vnuꝫ motorē: nec ſint oīa eiuſdem effectus nec oīa eiuſdē motus ⁊ ideo vnūquodqꝫ ab alio differt ſpecie ⁊ circulus a circulo ⁊ ſtella a ſtella. ¶ Ad hoc quod obijcit de diffinitione per diuiſionē collecta cōcedēduꝫ eſt ꝗ corporeitas non eſt vnius rōnis ꝺm vnam naturam in corruptibilibus ⁊ in icorruptibilibus. Si tamen abſtrahat ab utroqꝫ ⁊ loquat aliqs logice tūc eſt vnius intētionis nihilominus tn̄ diffinitio pōt ſtare lꝫ diuiſio non ſtet ꝺm nām: q: in diffinitione non ponit corporeitas tn̄ ſed incorruptibilitas.

¶ De partibus celi.

## D einde queritur De partibus celi.

Et querunt q̄tuor. quedā eniꝫ ſunt partes coīter determinātes omnes orbes: ⁊ de illis querit primo. ſil'iter quedam eſt pars ut terminus ⁊ figura: ⁊ de illis querit 2°. Quedam etiam eſt pars que dicitur orbis ſupior uel inferior ſicut celum empireum ⁊ aqueum ⁊ cetere ſphere ⁊ de illis queritur 3°. 4ª queſtio erit de partibus que ſunt ſtelle.

¶ Articulus 5°. De dextro ⁊ ſiniſtro celi.

## P rimo ergo queritur de partibus

orbis que ſunt principia dimēſionis ſue in omnibus orbibus. ſ. longitudinis orbis ⁊ latitudinis ⁊ ꝓfūditatis que ſūt ſurſum ⁊ deorſuꝫ ⁊ dextrū ⁊ ſiniſtrū ⁊ an̄ ⁊ retro. ¶ Querat ergo de iſtis. p° eo ꝗ Pytha-

goras iſtas ptes eē dixit in celo. Dicit aūt phs ꝙ dextrū
eſt vnde motus localis incipit ⁊ ſiniſtrum eſt per quam
reſoluitur in dextruꝫ. Uidetur autem ꝙ iſta non ſint in
celo. qcqd enim ꝑncipium ⁊ finē ⁊ mediū motus ſui nō
habet in ſe ſed extra hoc non habet in ſe vñ icipiat mo/
tus ⁊ per quem reſoluat̃ circulus in ſe nō habet ꝑncipi/
um ⁊ medium ⁊ finem motus ſui ut dicit̃ in 8° phiꝛ. er/
go non habet dextrū ⁊ ſiniſtrum. cum ergo celū ſit circu
lare non habebit dextrū ⁊ ſiniſtrū. ¶ Item celū non di
ſtinguit̃ in duos ſemicirculos diuiſos per dyametrum
ab oriēte in occidētem per cētruꝫ terre. Cum ergo celū
moueat̃ ab oriēte in occidētem ⁊ de pūcto dyametri ad
pūctum non ſiſtit motus ſi regirat ab occidēte in orien/
tem ergo qua rōne dicit̃ incipe gr̃a ſupioris ſemicircu/
li in oriēte eadem rōne dicet̃ incipe in occidēte gr̃a inſe
rioris ſemicirculi ergo qua rōne dicit̃ oriēs dextruꝫ ea/
dem rōne dicet̃ occidēs dextrū. ¶ Item mota vna par
te celi mouent̃ oēs ergo qua rōne incipit motus in vna
parte eadem rōne in oibꝰ ergo ubiqꝫ eſt dextrū ⁊ ubiqꝫ
ſiniſtrū. Preterea ſumat̃ ratio Cōmētatoris quam po/
nit in cōmēto de celo ⁊ mūdo aliquātulū poſt ꝑncipiuꝫ
ſecūdi libri que eſt hec ꝙ dextrum ⁊ ſiniſtruꝫ cauſant̃ a
virtutibus actiuis ⁊ paſſiuis. ſ. ab abūdātia caloris natu
ralis ꝓcedentis a corde ⁊ ſpirituū plus in dextruꝫ q̃ꝫ in
ſiniſtrum ⁊ cum tales virtutes nō ſint in celo celum nō
videt̃ habere dextrum ⁊ ſiniſtrū. ¶ Sed cōtra nihil eſt
uanum in natura ergo nec hoc erit uanum ꝙ in quadā
parte oriunt̃ ſtelle ⁊ in q̃dā occidūt ſicut dicit ipſe Ari/
ſtoteles in littera ⁊ ita oportet ꝙ in loco orientis ſit aliq̃
ratio principij ortus. ¶ Iuxta hoc querit̃ utrum idem
ſit dextrum oīum orbium. Et videt̃ ꝙ non. nō eniꝫ idē
ubi eſt vnde incipit motus. quidā enim orbes mouent̃
ab oriēte motu diurno ⁊ qdam ab occidēte motu pro/
prio ſicut orbes planetarum. ¶ Sed ꝯtra hoc eſt id qđ
fere ab oibus imponit̃ Ariſtoteli. ſ. ꝙ dixerit ꝙ omnes
orbes mouent̃ ab oriēte in occidētem. Ad idem eſt ra/
tio Aneualpetre in aſtrologia ſua qui dicit ꝙ corpꝰ vni
us nature ſm naturalem motum mouet̃ ab eodem lo/
co in eūdem. Cum ergo omnes ſphere ſint vnius natu
re omnes mouent̃ ab oriēte per occidētem in orientem
vniformi motu ſm naturam. Item alia eſt ratio quādo
duo circuli vnus extra ⁊ vnus intra mouent̃ contra ſe
inuicem vnus ſiſtit alterum uel ſcindet eum ſi non fue/
rint eque fortes ergo ſi celuꝫ mouet̃ ab oriēte in occidē/
tem ⁊ inferiores ecōuerſo uel ſiſtent ſe inuicem uel vnꝰ
ſcindet alterum quorum utrūqꝫ falſum eſt ergo omnes
mouent̃ ab eodem loco ⁊ in eundem. ¶ Solutio dici/
mus ꝙ qdam diſtinguūt ꝙ dextruꝫ ⁊ ſiniſtrum diuerſi
mode ſunt in diuerſis. In qbuſdam enim differūt figu/
ra ⁊ virtute ut dicūt ſicut in hoibus ⁊ aīalibus ⁊ plantis.
in qbuſdam autem ſola virtute differūt ſicut in celo: ⁊
iſti dupliciter falſum dicūt. ¶ Primo qꝛ dicit Ariſtote/
les in ii° celi ⁊ mūdi ꝙ dextrum ⁊ ſiniſtrum nō differūt
figura ſed ante ⁊ retro ⁊ ſurſum ⁊ deorſum ⁊ hoc vide/
mus expreſſe qꝛ dexter pes figurat̃ ſicut ſiniſter ⁊ manꝰ
ſiniſtra ſicut dextra: ſed mēbra ſupiora non figurant̃ ſi/
cut iferiora nec anteriora ſicut poſteriora. Preterea iſti
dicūt ꝙ ſiqs ſciret diſcernere ſubtiliter qđ videret aliter
figurari i folia arboris in ſiniſtra ⁊ aliter i dextra. Et hoc
eſt cōtra Ariſtotelem qui dicit in 2° celi ⁊ mūdi ꝙ dex/
trum ⁊ ſiniſtrum non eſt in aliquo planetarū. Preterea
ratio dictat hoc ꝙ ſi dextrum ⁊ ſiniſtrum ſunt principia
motus localis ⁊ planete non habēt motum localem ꝓ/
ceſſiuum ſupfluerēt in eis dextrum ⁊ ſiniſtrum ⁊ ſic ali/
quid eſſet uanum in natura. Propter hoc dicunt alij ꝙ
ante ⁊ retro cauſant̃ a qualitatibus cōtrarijs ⁊ ſimiliter
ſurſum ⁊ deorſum ⁊ ideo illa non pn̄t eſſe in eodem cor
pore ſicut ſurſum eſt in loco ignis ⁊ deorſum eſt in loco
terre ſed dextrum ⁊ ſiniſtrum nō cauſant̃ a ꝯtrarijs ſed
ab abūdātia maiori ⁊ minori eiuſdem. Similiter in ce/
lo dextrum eſt ubi eſt abūdātia luminis diſponētis ad
motum. ſiniſtrū autem ubi minus de lumine. ¶ Sed
cōtra hoc eſt ꝙ quādoqꝫ ſm hoc dextrum eēt in occidē/
te qꝛ illa pars ubi abūdat lumen reuoluit̃ circulariter ſi
cut ⁊ alia. hoc autem eſt cōtra Ariſtotelē dicētem in litte
ra celi ⁊ mūdi ꝙ dextrum eſt ubi videmus oriri ſtellas:
⁊ ſiniſtrum ubi videmus eas occidere. Item dicit Cō/
mētator ꝙ Ariſtoteles loqtur ibi per quādam ſimilitu/
dinem ⁊ hoīs imaginem ponit cuius pedes ſunt in po/
lo arctico ⁊ caput in antarctico ⁊ facies eſt uerſa ad nr̃m
hemiſperiū. illius enim dextrum eſt in oriēte ⁊ ſiniſtrū
in occidēte ⁊ ante eius eſſet in meridie ⁊ retro in aquilo
ne. Et hoc videt̃ Ariſtoteles tāgere in littera ubi dicit.
Ex eis qdem oportet nos exiſtimare eſt homo habens
dextram ⁊ ſiniſtram cōſimiles in figura deinde cōtinet
ſup ſe orbem. Et qdam libri habēt ex eis ꝙ oportet nos
exiſtimare eſt homo habēs dexteram ⁊ ſiniſtram nō di
uerſas in figura deinde ⁊c̃. Et gr̃a huius littere quidaꝫ
dicunt ꝙ ſup orbem eſt alius orbis ſed littera eſt falſa ⁊
non exponit̃ ab aliquo cōmētatore. ¶ CONTRA
opinionē autem Cōmētatoris videt̃ eſſe littera qꝛ ime/
diate ſeqtur ⁊ eſt illi orbi iterum virtus diuerſa ꝓculdu
bio. ſ. dextruꝫ ⁊ ſiniſtrū quoniā ſunt ei loca inceptionis
⁊ ſtatus ex ope factionis ſue. ⁊ ſimiliter oportet ut exiſti
memus utrūqꝫ in ꝑncipio motus orbis. nam ſi motus
eius nō eſt in tpe infinito ſed motus eius eſt finitus ne/
ceſſario oportet ꝙ motui eius ſit locus ubi incipit. Ex hͦ
accipit̃ ꝙ dextrum ⁊ ſiniſtrū ſunt ſm vim motoꝝ ⁊ ſm
diſpoſitionem mobilis. Una enim reuolutio celi nō eſt
infinita cum celum ſit finite quātitatis vnde oportet ꝙ
incipiat in aliqua parte ⁊ in quacūqꝫ parte incipit in illa
habet rōnem inceptionis que dicit̃ dextrum. Unde di/
cimus ꝙ iſte opiniones oēs falſe ſunt dicētes celum ha
bere dextrum ⁊ ſiniſtrū in ueritate differētia in virtute
ꝯuenientia in figura ſupponētes ꝙ celum mouet̃ a ꝯiū
cto ſibi ⁊ non a deo tm̄. Item ſupponimus ꝙ celuꝫ duo
bus modis cōſiderat̃. ſ. ut eſt locus infimorū ⁊ ſm natu
ram ꝓpriam ſm quam diſtinguit̃ ab alijs corporibus ⁊
ideo habet quaſdā virtutes ſm ꝙ eſt locus ⁊ quaſdam
ſm ꝙ eſt celum. Dico ergo ꝙ dextrū celi eſt in oriente
quātum ad virtutem loci ſiue ſitus. Et hoc patet ex hoc
ꝙ motor celi mouēdo celum mouet oīa naturalia ⁊ cuꝫ
motus ſit ſemp ab immobili aliquo ꝑmo ſicut ꝓbatum
eſt in phiſica oportet ꝙ motor ille ſit immobilis ⁊ locus
imobilis vnde mouet̃ ꝑmo. Dico aūt locum ſicut deter
minatū in pte oriētis eo ꝙ ibi abūdet vis motoris ꝑmi
⁊ inde per motuꝫ celi affluit virtus eius in totam nãm.
¶ Ad ꝑm aūt dicimus ꝙ lꝫ circulus inquantū circulus
ꝑncipiū ⁊ medium ⁊ finē habeat in cētro ⁊ nō in circūfe
rētia tñ circulus in materia nāli ⁊ hñs poſitionem ſm ſi
tum mūdi nō eſt eiuſdem rōnis in oibus partibus ſuis
⁊ ideo eſt rō quare in q̃dam parte incipiat motus eius
⁊ per quādam regiret̃. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ diſtractio
circuli per dyametrum nō ſiſtit motū ⁊ ideo non de ne/
ceſſitate eſt oriēs i utroqꝫ pūcto dyametri niſi forte quo
ad nos ⁊ non ſm nãm. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ mota
vna parte circuli mouent̃ omnes ſed non eſt in oibus
ratio inceptionis motus. ¶ Ad obiectum Cōmētato/
ris dicēdum ꝙ dextrum ⁊ ſiniſtrum ⁊ cōpoſitū ex con/
trarijs ſic cauſant̃ ut dicit ſed in ſupioribus ex natura ſi/
tus ⁊ ordinis eorum ad alia. ſ. inferiora que mouentur
motibus eoꝝ. ¶ Ad hoc quod querit̃ utrum omnes
orbes habeāt eūdem oriētem ſoluit̃ diuerſimode a di/
uerſis. ſm Ariſtotelem enim non eſt idem oriens: ſed
oriēs planetarum eſt in occidente orbis ſtellarum fixa/
rum. ⁊ ideo dicens ꝙ omnes orbes mouentur ab ori/
ente in occidentem increpat Pythagoram qui dixit il/
los qui habitant ſub ſphera occulta: qui occultantur

viſibus nr̄is eſſe in medietate orbis inferioris in parte
ſiniſtra hoc eſt illos antipodes qui ſunt uerſus polū an
tarcticuȝ uerſus orientē. nos autē dixit habitare in me/
dietate orbis ſupioris in parte dextra ꝛ hoc ſm̄ motum
ſphere ſtellate. Et patet ꝙ falſum dixit q: ſi dextrū ſit in
oriēte ut dixit Pythagoras ponēs hominem ſm̄ ꝙ ſu/
pra poſuimus eum tūc antipodes habitāt in pte ſupiori
orbis in parte ſiniſtra q: ſub motu habitāt regirationis
nos aūt qui ſumus uerſus polū arcticum habitamus in
celi dextra in inferiori parte orbis: q: habitamus ſub ac
ceſſu inceptionis motus celi: ſed ſm̄ orbes planetarum
uerū dixit Pythagoras q: dextra planetarum eſt in ſini
ſtra orbis ſtellarū fixarum ꝛ ideo ſm̄ orbes illos nos ſu
mus in pte ſupiori in ſiniſtra q: motus regirationis pla
netarum eſt ſuper nos. Et illi qui habitant in alio hemi
ſperio ſunt in parte inferiori in dextra ꝛ hoc ſm̄ motuȝ
ꝓpriū planetarū ꝛ non ſm̄ diurnū q: ſm̄ illū motus ac/
ceſſus planetarū ex inceptionibus eoꝝ eſt ſup eos: ꝛ h̄
ꝯtingit ideo q: uariant̄ poli a polis orbis ſtellarū fixarū
ꝛ oriētes ꝛ occidētes ipſoruȝ ab oriēte ꝛ occidēte illius.
¶ Et ex hoc patet ꝙ oēs falſum dicūt qui imponūt ari
ſtoteli ꝙ dixit planetas moueri ab oriēte primi orbis in
occidētem ipſius. ¶ Scd̄m ergo hoc ſoluende ſunt rō
nes quas inducit Aneualpetras ꝛ dicēdū ꝙ corpa ſupe
riora nō h̄nt in ſe ꝯtrarietatē ꝛ ideo non mouent̄ ad lo
ca ꝯtraria: q: ſicut vnus locus eſt qui dicit̄ medium ad
queȝ mouet̄ terra: ꝛ vnus locus eſt a medio ſurſum ad
quē mouet̄ ignis ita vnus locus eſt qui dicit̄ circa me/
diuȝ ad quē nullum corpus mouet̄ q: omne corpus qd̄
mouet̄ ad aliquē locū ſm̄ nām q̄eſcit quādo eſt in illo:
ſed ſupiora mouent̄ in ipſo circulariter ꝛ partes illiꝰ lo/
ci ſiue ſitus nō ſunt ꝯtrarie ad inuicē ſicut ꝯtraria ſurſuȝ
ꝛ deorſum ſed tm̄ h̄nt diuerſitatē in eadē natura ſitus ꝛ
loci: ꝛ ideo diuerſi orbes in diuerſis partibꝰ ſuis pn̄t in/
cipe motus rōne diuerſarū diſpoſitionū que ſunt in mo
toribus ꝛ mobilibus. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cum circu
lus mouet̄ contra circulū dicere oportet ꝙ moueant̄ in
eiſdē polis ꝛ in eodē axe: qd̄ non faciūt orbes planetaꝝ
cum ꝑmo orbe. Uel dicat̄ melius ꝙ motores inferiores
nō ſunt ꝯtrarij motori ſupiori immo intēdūt ꝛ appetūt
ſibi ſimulari ꝛ ideo etiam mouēt motu ſuo. ſ. motu diur
no ꝛ inſup h̄nt ꝓpriū ut dicet̄ infra qui nō eſt cōtrarius
motui ꝑmo ſed habet ordinē ſub ipſo ad ꝯſiſtētiam nāe
q: ꝓpter diuerſitatē inferioꝝ neceſſe eſt eē diuerſos mo
tus in ſupioribus ut ꝓbat̄ in 2° de generatione. ꝛ 2° de
celo ꝛ mūdo. Tn̄ Aneualpetras ꝯcedit rōnes illas ꝛ po
nit ꝙ oēs orbes mouent̄ a motore vno ꝑmo cuius vir/
tus fortior eſt in orbe imediato q̄ȝ 2° uel 3°. ꝛ ideo in ꝑ°
facit motū diurnū reuoluēs ipſum de pūcto ad pūctum.
In 2° aūt ꝛ in inferioribus in tpe motus diurni non fa
cit ꝑfectā reuolutionē ſed pars manet ꝛ iterū in alio die
pars ꝛ ſm̄ huiuſmodi remanētias dicit̄ ꝙ planete vidē
tur moueri ab occidēte in oriētem cuȝ tn̄ nō moueant̄.
Qd̄ aūt diuerſimode moueant̄ hoc dicū cōtingere pro/
pter diuerſitatē poloꝝ ꝛ circuloꝝ. ¶ Notāduȝ autem ꝙ
dextrū ꝛ ſiniſtrū dicit̄ multis modis. ſ. abſolute ꝛ in cō/
paratiōe ad nos. Abſolute dicit̄ duobus modis. ſ. ſm̄ ſi
militudinē ꝛ ſm̄ virtutē. ſm̄ ſilitudinē in ſtatu. ſm̄ virtu
tem in illis in q̄bus ſunt motus diuerſi ſicut in aīalibus
ꝑncipiū motus eſt in dextrū ꝛ alterā partē. ſ. ſiniſtrū tra
h̄ūt poſt ſe: ꝛ ꝓpter hoc aīalia quādo incipiūt ambulare
dextrū pedē ponūt ꝑus ꝛ deinde ſiniſtrū q: facilior eſt
ſic ambulatio: ꝛ in celo ubi ꝑncipiū motus eſt ab oriēte
ꝛ regiratio ab occidēte. dico autē motus diuerſi propter
grauia ꝛ leuia que nō h̄nt niſi motū vnum a medio uel
ad mediū ꝛ ideo nō h̄nt motū dextrū uel ſiniſtrū. Quo
ad nos etiā dicunt̄ duobus modis. ſ. per ſolā relationeȝ
ſicut illa que ſunt uerſus dextrū uel ſiniſtrū in cōparati/
one ad nos. uel per relationē ad fatū ſicut obſeruant au
gures auem ſedētem a dextris ꝛ a ſiniſtris. Hoc tn̄ ideo
non dicimus ꝙ credamus fatum habere vim ſed quia
hec diſtinctio eſt antiquorum.

¶ De ante ꝛ retro celi Articulus 6ꝰ.

s **Ecundo querit̄** de ante ꝛ re
tro celi que ſm̄ ph̄m ſunt ꝑncipia motus altera
tionis. ¶ Et querit̄ q: alteratio nō eſt in celo ut ſupra ꝓ
batū eſt. Item ante eſt ubi ſunt ſenſus ut dicit philoſoꝰ.
Cum igit̄ in celo nō ſit ſenſus in celo nō eſt ante. Item
ante ꝛ retro differūt in figura ꝛ virtute: ſed in celo nō in
uenit̄ differētia ſm̄ figurā q: ubiq; celum eſt rotūdū er
go ante ꝛ retro nō ſunt in celo. ¶ CONTRA. Dicit
ph̄us ꝙ iſta ſex ante ꝛ retro ſurſum ꝛ deorſum dextrum
ꝛ ſiniſtrū ſunt ois corporis cōpleti: cum ergo celū ſit cō/
pletum cōpletiſſime ante ꝛ retro ſunt in celo. Item an/
te ꝛ retro ſunt ꝑncipiū ꝓfunditatis ꝛ cum ꝓfunditas ſit
in omni corpore videt̄ ꝙ an̄ ꝛ retro ſint in omni corpe.
Item reprehenditur Pythagoras qui loquebat̄ de dex/
tro ꝛ ſiniſtro ꝛ nō de ante ꝛ retro ꝛ ſurſum ꝛ deorſuȝ cū
tn̄ illa in pluribus corpibus inueniant̄ q̄ȝ dextrū ꝛ ſini/
ſtrum ergo ſi dextrū ꝛ ſiniſtrū ſunt in celo multo magis
ante ꝛ retro. ¶ Solutio dicimus ꝙ ante ꝛ retro ſunt in
celo ſm̄ diſpoſitionē circuli ſignoꝝ ſub quo mouet̄ ſol ſi
declinat ab aq̄lone uerſus meridiē ꝛ motores planetaꝝ
h̄nt declinationē ſm̄ ptem illam ꝛ ꝑcipue ſol. ¶ Ad id
qd̄ ꝑmo obijcit̄ dicimus ꝙ ph̄us loq̄tur ibi de an̄ in aīa
libus q: in aīalibus ante eſt ubi ſunt ſenſus. iſta eni ma
xime determinant̄ in corpe ſpirāte qd̄ eſt aīatū aīa ſenſi
bili ut ipſe dicit. ¶ Ad id aūt qd̄ querit̄ q̄liter ſit ꝑncipi
um alterationis in celo. Dicēdū ꝙ eſt ꝑncipiū alteratio
nis in ipſo effectiue. i. q: efficit alterationē. ex motu eniȝ
ſolis ad ante uerſus aq̄lonē ꝛ declinationē eius retro ꝟ
ſus meridiē ꝯtinua fit alteratio in inferioribus ꝛ ꝯñter
ꝯtinua fit gn̄atio ꝛ corruptio ꝛ hoc eſt qd̄ dicit ph̄s in 2°
de gn̄atione cōtinuitatis gn̄ationis ꝛ corruptionis totiꝰ
ſ. celi allatio cauſa. ꝑſentie ꝟo ꝛ abſentie contingit enim
quādoq; fieri lōge q̄nq; ꝓpe. ineq̄li ꝟo diſtātia ente in/
equalis erit motus. quocirca ſi in aduenīedo ꝛ ꝓpe eē
generat ꝛ in recedēdo ꝛ lōge fieri ad ipſum corrumpit.
Similiter etiam in aīalibus non fit alteratio niſi ſm̄ q̄li
tates ſenſibiles ꝓpe ut ꝓbat̄ in 7° ph̄i. cū igit̄ an̄ ſit ubi
ſunt ſenſus. qualiter an̄ ꝛ retro ꝑncipiū ſunt alterationis
in aīalibus. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ etiā illud non tenet
niſi in aīalibus ꝛ non in celo. ¶ Ad id qd̄ videt̄ dicere
ph̄us ꝙ in omni corpore cōpleto ſunt iſte ſex differētie
dicendū ꝙ appellat corpus cōpletum ꝑfectū ſm̄ princi
pia motus que habet in ſeipſo. ſ. ꝑncipiū motus localis
habētis diuerſitatē ſicut eſt motus aīalis: ꝛ ꝑncipiū mo/
tus alterationis per ſenſus: ꝛ ꝑncipium augmēti per ſur
ſum ꝛ deorſum. ¶ Ad id qd̄ obijcit̄ ꝙ ante ꝛ retro ſunt
ꝑncipia ꝓfunditatis que eſt in omni corpore. dicenduȝ
ꝙ intelligit̄ de ꝓfunditate aīatorum cuius termini ſunt
ante ꝛ retro ꝛ quo ad hoc dicuntur eſſe principia.

¶ Articulus 7°. De ſurſum ꝛ deorſum celi.

t **Ertio queritur** de ſurſum ꝛ
deorſum que ſunt ꝑncipia longitudinis in ce/
lo ut dicit philoſoꝰ. Si enim ſurſum ꝛ ſm̄ maximam di
ſtātiam a medio videt̄ ꝙ circūferentia celi ubiq; eſt ſur
ſum ꝛ nunq̄ȝ deorſum. Item dicit philoſoꝰ ꝙ ſurſum ꝛ
deorſum ſunt principia motus augmēti: ſed augmētum
non eſt in celo ergo nec ſurſum nec deorſum. Preterea
ſurſum ꝛ deorſum ſunt ad que mouentur graue ꝛ leue.
¶ Ad hoc dicūt quidam ꝙ ſurſum eſt ubiq; iuxta ce/
lum ꝛ in celo: deorſuȝ autem in centro terre ꝛ ꝙ vnum
iſtorum eſt in celo ꝛ non reliquum. ¶ Sed hec ſolu/
tio non habet rationem. Preterea eſt contra philoſo/
phum qui dicit ꝙ longitudo orbis eſt ſpatium in quo

ſunt orbes ⁊ ꝙ ex orbibus ſunt qdam qui ſunt ſurſum ⁊ ex eis ſunt qui ſunt deorſum ⁊ iſte locus.ſ.ſpatiū orbiuꝫ ex omnibus medietatibus orbiū eſt diuerſus. Cui nos cōſentiētes dicimus ꝙ ſurſum ⁊ deorſum ſunt in celo ⁊ eſt lōgitudo orbis de polo in polum ita ꝙ polus antarcticus ſit ſurſum ⁊ polus arcticus deorſum ſit ſm diuiſionem ꝑmi orbis. ſm diuiſiones aūt alioꝝ orbium in quibus ſunt planete: polus qui eſt in nr̄o hemiſpio eſt ſurſum: ⁊ polus qui eſt in inferiori hemiſperio eſt deorſuꝫ. Et hoc eſt quod intēdit dicere pħus ꝙ ex orbibus ſunt qui ſunt ſurſum ⁊ qdam qui ſunt deorſuꝫ ꝙ vna medietas orbis eſt deorſum ⁊ altera eſt ſurſuꝫ ſm ꝙ diſtinguūtur orbes occulti ⁊ orbes ſubiecti viſibus nr̄is. ¶ Qđ aūt dicit pħus ꝙ iſte locus eſt ex oībus medietatibus diuerſis intelligit ꝙ orbes qui ſunt citra ꝑmum orbem diuerſificanť in polis ⁊ oriētibus ⁊ occidētibus ⁊ per conſequēs diuerſificanť in ſurſum ⁊ deorſum ⁊ in dextro ⁊ ſiniſtro. ¶ Ad id ergo qđ ꝑmo obyciť de ſurſum ⁊ deorſum dicēdū ꝙ duobus modis dicunť.ſ. ſm ꝙ ſunt ꝑncipia motus localis recti ⁊ ſm hoc ſunt contraria ⁊ ſm hoc moueť ad ip̄a graue ⁊ leue. dicunť etiā ſm ꝙ ſunt ꝑncipia ut termini motus augmēti ut ꝑncipia ut termini lōgitudinis ⁊ ſic non ſunt contraria. Unde dicit philoſophus in li° de aīalibus ꝙ in pueris mēbra ſupiora maiora ſunt ꝓpter abūdātiam caloris impellētis alimētum ſurſum poſtea aūt fit ecōuerſo. Per hoc patet ſolutio ad ꝑmū ⁊ 3m ⁊ 4m. ¶ Ad 2m dicēduꝫ ꝙ ſurſum ⁊ deorſum nō ſunt in celo ꝓut ſunt ꝑncipia augmēti ſed in aīalibus ſed ꝓut ſunt in celo ſunt ꝑncipia longitudinis tm̄. ¶ Et nota ꝙ iſte ſex differētie ꝓut ſunt in celo ⁊ in aīalibus duobus modis accipiunť.ſ. ꝓut ſunt principia dimenſionum ⁊ prout ſunt ꝑncipia motuū. ꝑmo modo eſt ꝑus ſurſum ⁊ deorſum ⁊ ꝯſequēter dextrū ⁊ ſiniſtrū ⁊ ultimo āte ⁊ retro ſicut ꝑmo eſt lōgitudo ⁊ poſtea latitudo ⁊ ultimo ꝓfunditas ⁊ hūc ordinē attēdit Ariſtoteles quādo repħēdit Pythagorā qui ꝑus loquebať de dextro ⁊ ſiniſtro q̄ꝫ de ſurſum ⁊ deorſum. ¶ Si autem cōſiderenť ſm ꝙ ſunt ꝑncipia motuū ſic ꝑus eſt dextrū ⁊ ſiniſtrū ⁊ cōſequēter an̄ ⁊ retro ⁊ ultimo ſurſum ⁊ deorſuꝫ. q: ꝑor in mūdo eſt motus localis ⁊ cōſequenter alteratio ad generationē ⁊ corruptionē in inferioribus ⁊ ultio augmētū poſt generationē: ⁊ hūc ordinem conſiderauit Pythagoras quē ⁊ nos cepim° in diſputatione

¶ Articulus 8°. Utrum figura celi ſit circularis.

**d** **Einde redeundum** eſt ad 2m ſupioris diuiſionis. Et querendū eſt de figura celi utrum ſit circularis. Et videtur ꝙ non. Dicit enim Damaſcenus ꝙ celū qdā hemiſperiū.i. ſemicirculum eſſe imaginati ſunt q: diuinoꝝ annunciatoꝝ Dauid dicit. Qui extēdit celū ſicut pellē. quo oſtēdit tabernaculum. Et beatus Yſaias. Qui ſtatuit celū ſicut cameram .i. arcum ergo videť ꝙ figuratum ſit ut ſemicirculus. Si cōtra dicať ꝙ in hac parte magis credēdū eſt pħis videtur ꝙ nō cum dicat Aug° ꝙ nō eſt credēdū de celo hijs qui de patre celeſti alieni ſunt. ¶ CONTRA. Si celum eſt ſemicirculus aut moueť aſtra in ipſo qeſcente celo aut mouetur celum ⁊ motu ip̄ius aſtra mouentur. Si ꝑmo modo tūc ſupius aſtra moueť in ſemicirculo ⁊ ſubtus in dyametro. Cum igiť pūctū ultimū ſit actu finis ſemicirculi ⁊ actu ꝑncipiuꝫ dyametri aſtra que mouenť in ipſo ut duobus utenť vno ergo qeſcē accidit ut ꝓbatū eſt in 4° phi°ꝝ. ergo eſt aliqđ tēpus in quo quieſcūt aſtra ⁊ ſimiliter motus eoꝝ nō erit cōtinuus qđ eſt cōtra poſitionē. ¶ Si aūt dicať ꝙ celuꝫ ipſum moueť: tūc aut eſt extra ipſum locus aut nō. Si non cum igiť arcus dyametri min° diſtet a ſemicirculi centro q̄ꝫ anguli dyametri oportet ꝙ anguli eius moueantur in nihilo. ¶ Similiter arc° ſemicirculi plus diſtat a cētro q̄ꝫ dyameter ⁊ ita ſemicirculus ſubtus erit in nihilo. ¶ Similiter oportet ꝙ aliqñ videremus formā celi ſup nos rectam ſm lineā dyametri ⁊ aliqñ acutā ſm diſpoſitioneꝫ anguli que oīa ſunt ꝑter rōnē. ¶ Si aūt dicať ꝙ extra ſit locus tūc ille locus aut eſt ut plenū: aut ut uacuuꝫ. Si ut plenū tūc extra erit locus ⁊ de illi° figura ſimilis eſt queſtio ⁊ ſic in infinitū. Si autem ut uacuū tūc uacuum erit in natura ⁊ ꝙ aliqđ moueať in uacuo qđ totū eſt ꝑter rationē. Propter hoc dicimus ꝙ celū eſt rotundum tribus de cauſis. Primo ꝓpter motū ſuum quē oportet eē ꝯtinuū ⁊ ingenitū ⁊ hoc nō pōt eē niſi in circulo. Scđo ꝓpter naturā ip̄ſius celi q: aliter haberet ꝯtrariū ⁊ eſſet corruptibile. Tertio q: figura illa ſola ſimplex eſt ⁊ capaciſſima oīum ⁊ ꝑor oībus. Et ideo cōpetit corpori ſimpliciſſimo ꝑmo cōtinēti oīa corpa. ¶ Ad hoc auteꝫ qđ obyciť de dauid dicēdū ꝙ ipſe loqtur vulgariter de hemiſpio qđ eſt ſup nos uerſus polū arcticū ⁊ ſil'r Yſaias.

¶ De celo trinitatis.

**c** **Onſequen**ter tranſeunduꝫ ad queſtionē de partibus celi que ſunt orbes. ſed q: celi multi enumeranť a ſcriptura ⁊ a ſanctis celū trinitatis: empireū: criſtallinū: firmamentum. Et Joannes Damaſcenus tāgit ſeptē celos planetaruꝫ. Et Rabanus ſup Deuteronomiū tāgit ſeptē celos.ſ. empireū criſtallinū: firmamētū: igneū: olympiū: ethereū: aereuꝫ. Ideo querēduꝫ eſt ꝑmo de ſingulis hoꝝ celoꝝ: ⁊ poſtea in cōmuni de eiſdē. Quereť ergo ꝑmo de celo trinitatis ⁊ querunť q̄tuor. Primo an ſit corpus. 2° ſi nō eſt corpus utrum ſit idē ꝙ deus. 3° que contineri habeāt in celo trinitatis. 4° ⁊ ultimo ſm quē modū exaltationis ſit eleuatum ſuper alios celos.

¶ Articulus 9°. Utrum celum trinitatis ſit corpus.

**a** **D primum proce**ditur ſic. Quecūq; ſunt eiuſdē diuiſionis ſunt eiuſdē nature celū trinitatis cum alijs celis eſt eiuſdē diuiſionis: ergo eſt eiuſdē nāe. Probatio ꝑme eſt q: diuiſum manet in diuidētibus ut vna nā gn̄is. minor aūt ꝓbať ex hꝫ ꝙ nō ueniūt ad eūdē numerū niſi res diſcrete ꝯueniētes in aliquo cōmuni patet ex hoc ꝙ latrabile ⁊ marinū nō dicunť duo canes ſed due ſignificationes canis. Similiter hō mortuus ⁊ hō viuus non ſunt duo hoīes ſed due ſignificationes hoīs. ¶ Cuꝫ igiť dicať celū trinitatis ⁊ empireū ⁊ firmamētū ſunt tres celi eſt in eis cōmunis natura celi. Et iſta rō eſt Auguſtini in li° de trinitate. ubi per eādē rōnē ꝓbat ꝙ p̄ri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſancto cōe eſt qđ pſona eſt. Itē oē qđ eſt ſupra ⁊ infra determinabile eſt ſm locū uel ſitū ad minus: celū trinitatis eſt ſupra empireū ergo determinabile eſt ſm ſitū. maior patet ex hoc ꝙ ſupra ⁊ infra ſunt differētie ſitus ⁊ loci. minor accipiť in .ix°. Yſaie. Ubi lucifer exiſtens in celo empireo dixit in celū cōſcēdam. qđ non dixiſſet niſi celum trinitatis eſſet ſup empireū. ¶ Ad oppoſitū arguiť ſic deus eſt in celo trinitatis ſicut dicūt ſancti ⁊ fides catholica ponit hoc qđ dicit Damaſcenus. ꝙ deus incircūſcriptibilis eſt loco ⁊ tp̄e ⁊ intellectu creato ergo non eſt in celo trinitatis ſicut in loco ⁊ ita celū trinitatis nō pōt eſſe corpus. ¶ Item lucifer per hoc ꝙ uoluit aſcēdere in celuꝫ trinitatis uoluit eſſe ſimilis altiſſimo ⁊ eſſe ſup angelos ſed per nullius corporis aſcēſum poſſet hoc cōſequi ergo celum trinitatis non pōt eſſe corpus. Quod cōcedimus rn̄dentes ad ꝑmum ꝙ celū quādo diuidiť per celum trinitatis ⁊ alios celos diuidiť ſicut cōmune per proportionē ⁊ non ſicut cōmune ut genus. eſt aūt cōmunitas proportionis ut dicit Boetius in ſimilitudine habendi ſe ad aliquid ⁊ hij celi ſimiliter ſe habēt ad vnum actum qui eſt continere ⁊ ſaluare contenta ⁊ per hunc moduꝫ numeratur cum alijs celis ſicut dicitur ꝙ rector

ciuitatis ⁊ rector nauis ſunt duo eligibilia nō ſorte ſed arte ⁊ ſm hūc modū celū trinitatis ⁊ celū empireū ⁊ firmamētū ſunt tres celi quātū ad ꝯueniētiam ꝯtinēdi ⁊ ſaluādi iferiora ꝯtēta. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ſupra ⁊ ifra dicūtur multipˣ ſicut ⁊ prius ⁊ poſterius. Dicit̄ enim ſup ordine ⁊ loco ⁊ dignitate ⁊ ſm ultimū modū ſumit̄ in yſaia.

¶ Articulus 10ᵘˢ. An celuꝫ trinitatis ſit idem ꝙ deus.

bilis ſm quantitatem mobilis. Hoc etiam patet ex di/
cto Aueroys in liº de ſba orbis qui dicit. ꝙ celū nõ laſ/
ſat̃ in motu eo ꝙ motor mouet ipm ſm ꝯuenientiā for/
me mobilis ipſius: qualr nõ mouet aīa corpus aīatum
elemētatum: ⁊ ideo aīalia in motu corporis laſſant̃. Ex
iſta diffinitione patet rñſio ad oīa obiecta preter hoc qd
eſt primū. ¶ Ad qd dicendū ꝙ cauſa prima dicit̃ duo/
bus modis. ſ. in genere nature ⁊ extra genus in gene/
re nature motor celi intra dicit̃ prima cauſa ⁊ primū mo
bile dicit̃ cauſatū primū hñs ordinē ad gñationē ⁊ cor/
ruptionē: ⁊ hoc dico ꝓpter celum empireū qd eſt ſupra
ipm ⁊ nõ habet ordinē ad gñationē ⁊ corruptionem ſed
ad ſtatū cõtemplationis ut habitū eſt. Sed prima cau/
ſa extra genus nature eſt deus cuiꝰ cauſata ſunt oīa crea
ta. Si aūt obijcit̃ ꝙ motus vnus ſimpr nõ habet niſi mo
torem vnū: ⁊ ita cum primū mobile hēat motum vnum
ſimplicē nõ videt̃ hēre niſi vnum motorem. Dicendum
eſt ad hoc ꝙ hoc eſt uerū ſi illi tres motores ordinarent̃
ex equo ad motū illū: ita ꝙ vnus nõ eſſet in alio ſed deꝰ
qui eſt motor abſolute primus mouet in motore qui eſt
primus in natura ſicut cauſa prima mouet in cauſa ſcda
motor aūt ille qui eſt primus in natura mouet ſecundā
potentiā mobilis circularis ſicut forma ignis ſbalis mo
uet ignē ſurſum ſm potētiam leuis nec exigunt̃ diuerſi
motꝰ pp formā ſbalē ignis ⁊ potētiā leuis. ¶ Articꝰ 25º.

S Ecundo queritur Utrum

motoꝛ ille qui eſt intra ⁊ non eſt diuiſibilis ſm quantitatem mobilis ſit anima celi uel nō. Et videt̃ ꝙ ſic: quia hoc expꝛeſſe haberi pōt ꝓut videt̃ in 2° de celo ⁊ mūdo: ubi dicit pħus ꝙ ſi celuꝫ habet aiam ⁊ eſt in ipſo pꝛincipium motus tunc ꝓculdubio ſunt ei ſurſum ⁊ deoꝛſum dextrū ⁊ ſiniſtrū. Ex quo patet ꝙ pħus ponit pꝛo cauſa dextri ⁊ ſiniſtri celū hēre aiam. Item in p° celi ⁊ mundi Uita eſt in celo fixa ⁊ ſempiterna in ſecula ſcľoꝝ que nō finit̃ neqꝫ deficit ⁊ eſt melioꝛ vita. Uita aūt eſt actus aie ergo aia celi eſt motoꝛ celi. Preterea oīs ſuba ſpūalis ſepabilis a mā ꝯiuncta coꝛpori eſt aia ⁊ oēs iſte dn̄e pꝛobant̃ de motoribus ſpherarum in xj° metha^{ce}. ſ. ꝙ ſunt ſube ſepate cōiuncte mobilibus ergo ſunt aie. Preterea hoc expꝛeſſe dicit Cōmētatoꝛ ſup 2° de celo ⁊ mundo in pꝛincipio ubi dicit ꝙ celū habet itellectuꝫ qui eſt foꝛma indiuiſibilis ſm quātitatē celi ⁊ ille eſt aia. Item in lib° de ſuba oꝛbis dicit pħus: manifeſtū eſt ꝙ foꝛma mouēs celuꝫ natura eius ⁊ natura aie ⁊ plura talia ꝯtinent̃ ibidez ſicut eſt iſtud coꝛpus celeſte mouet̃ ex ſe ⁊ aia ergo habet aiam tm̄ ⁊ nō habet aliud pꝛincipiuꝫ ſui motus. ⁊ q: mouet̃ circulariter ſcimus ꝙ pꝛincipiū huius aie ſm ꝙ eſt aia eſt moueri circulariter. Item in eodez loco dr̄ ꝙ coꝛpus celeſte nō eſt neceſſarium in ſuo eſſe ſicut eſt diſpō in coꝛporibus aialiū que ſunt hic. aialia eniꝫ que ſunt hic apparet ꝙ aie eoꝝ ſunt neceſſarie in eſſe coꝛporum ſuoꝝ. Et ꝙ nō ſaluarent̃ niſi per ſenſibilez aiam ⁊ imaginatiuā. coꝛpus aūt celeſte q: eſt ſimp^{x} ⁊ intrāſmutabile ab aliquo extrinſeco nō idiget in ſuo eſſe anima ſenſibili nec imaginatiua: ſed tm̄ indiget aia ſpm̄ mouēte in celo ⁊ virtute que nō ſit coꝛpus neqꝫ ſit in coꝛpore ſm diuiſionē ipſius ad largiēdū ipſi ꝑmanentiā eternā ⁊ motū eternū qui nō habet pꝛincipiū neqꝫ finē. ¶ Ex quo accipit̃ ꝙ celū habet aiam ⁊ ꝙ hec aia nō eſt ſenſibilis ſed motiua ſm locū que largit̃ ei ꝑmanētiā ⁊ motum que nō habet pꝛincipiū ⁊ finē per gn̄ationē in tpe: lꝫ per creationē habeat pꝛincipiuꝫ: ut ſupꝛa habitum eſt. Item in ſex pꝛincipijs habet̃ de aia mūdi: ⁊ hec ponitur eſſe motoꝛ pꝛimi mobilis ergo pꝛimū mobile hēt aiam. Si foꝛte dicat̃ ꝙ hoc hereticum eſt ⁊ nō ꝯſentiēdum in hoc pħis quid rn̄debit̃ Auguſtino ſup geneſim ad lr̄aꝫ qui relinquit pꝛo dubio. Utruꝫ ſtelle ſint aialia uel nō. Naꝫ ſi eſſet hereſis videt̃ ꝙ ipſe determinare deberet. Item Hiero^{9} ſuper eccleſiaſten ſup illud Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpūs. dicit ſic ipm ſolē ſpm̄ noiauit eo ꝙ aial ſit ⁊ ſpiret ⁊ vigeat ⁊ oēs oꝛbes curſu ſuo expleat. Item Raby moyſes. Celi ſunt aialia rōnalia. ſ. appꝛehenſores creatoris. hoc aūt eſt ueritas ꝓbata etiam ex parte legis ⁊ nō ſm coꝛpora motiua ſicut ignis ⁊ terra ſicut putant inſipiētes: ſed ſicut dixerūt pħi. aialia obedientia creatori ⁊ laudāt ipm ⁊ cantāt ei cāticū ⁊ laudez ſublimē ⁊ hec auctoritas iacet in 2^{a} collatione neutroꝝ. Item Auicēna in 6° de nālibus ⁊ in ſuo li° de celo ⁊ mūdo expꝛeſſe dicit ꝙ celū habet aiam ⁊ fantaſiam cui obedit vniuerſa materia mundi: ſicut coꝛpus aialis obedit aie aialis: ⁊ ſicut coꝛpus aialis imutat̃ ſm imagines delectabilis uel triſtis appħenſas ab aia aialis: ita materia elemētoꝝ mutat̃ ad imaginationem motoꝝ celi: ⁊ ideo ſiunt qn̄qꝫ terremotus ⁊ ſciſſure terre in inferioribus. ¶ Sed cōtra ꝓbat̃ in libꝛo de aia ꝙ nullū coꝛpus ſimplex pōt eſſe aiatum. ⁊ ratio eſt: q: cum aia diuerſas habeat potētias opoꝛtet diuerſitatē eſſe aliquā in oꝛganis que ꝑficit ſm diſtinctionē ſuarū potentiarū habituꝫ eſt aūt ſupꝛa ꝙ celum eſt coꝛpus ſimp^{x} ergo nō pōt eē aiatū. Item in li° de aia ꝓbat̃ ꝙ ubicūqꝫ eſt itellect^{9} ibi eſt ſenſus ⁊ uegetatio ſed nō ꝯuertit̃. ⁊ ubicunqꝫ eſt ſenſus ibi eſt uegetatio: ſed nō ꝯuertit̃. Si ḡ in celo eſt aia que eſt intellectus ut ſupponitur a quibuſdam tunc erit ibi ſenſibile ⁊ uegetabile ⁊ ita ibi ad minus erit tactus iter ſenſus ⁊ nutritiua inter potentias uegetabiles. omne autē qđ nutrit̃ coꝛruptibile eſt ergo celum eſt coꝛruptibile. Similiter nō videmus ibi oꝛgana ſenſuuꝫ. ergo nō habet animam ſenſibilem. Si foꝛte dicat̃ ꝙ habet animaꝫ intellectualē pꝛeter ſenſibilē ⁊ uegetabilē ⁊ illa nō indiget oꝛganis neqꝫ in ſe neqꝫ in ſuis opatiōib^{9}. ¶ Cōtra intellectus nō efficit̃ in actu niſi per abſtractionē a fantaſmatibus. ſi igitur habet intellectū aut ille intellectus nunq̄ꝫ erit in actu ⁊ ſic erit ſicut doꝛmiēs. aut opoꝛtet ꝙ habeat fantaſiā ⁊ ſenſibilē aiam: ⁊ hoc abſurdum eſt ponere in celo. Si foꝛte dicatur ꝙ intelligit vniuerſalia ſicut dicit yſaac in libꝛo de diffinitionibus. Contra ſcientia rei in vniuerſali nō eſt niſi ſcia rei in potētia: q: inferioꝛa in ſuis ſuperioribus nō ſunt niſi in potētia. Cum ergo nō habeat potētias per quas deſcēdit̃ ad particularia nunq̄ꝫ videt̃ ſcire rem in ꝓpꝛia natura. Preterea cū intellectus celi ſit directiuus operis ſui videt̃ ꝙ ſemper erret in particulari cū intellectus pꝛedeterminans opus nulla rōne poſſit deſcēdere ab ulib^{9} ad particulare hoc uel illud niſi cum hic ⁊ nunc ⁊ alijs diſpōnibus particularibus: ſm hoc ergo deficeret intellectus illius coꝛporis nobilis ab intellectu humano in duobus. ex parte enim ſpeculatiui intellectus deficeret: q: ſcia eius eſſet in potētia cuꝫ eſſet in ul'i tm̄ uel eſſet impfecta q: nunq̄ꝫ cognoſceret ꝓpterquid. ex parte aūt pꝛactici intellectus qui ꝑdeterminat opus etiam deficeret per errorē opis: q: opus nō eſt circa ul'ia ſed circa particularia. Si pꝛopter iſtas rōnes aliquis dicat ꝙ quatuoꝛ ſunt dn̄e aie. ſ. uegetatiuū ⁊ ſēſitiuū itellectiuū ⁊ motiuū ſm locū ſicut dicit Ariſtoteles in 2° de aia ꝙ multip^{r} ipo viuere dicto ſi vnū eoꝝ aliqđ inſit ſolū viuere ipm dicimus: ut intellectus ⁊ ſenſus motus ⁊ ſtatus ſm locū. Adhuc aūt motus ſm alimētū ⁊ augmentū ⁊ detrimentū vita eſt ⁊ ſicut ibidem dicit aiatuꝫ ab inanimato determinat̃ in viuendo. Si inq̄ꝫ ſic dicatur ⁊ ꝙ in celo eſt tm̄ motiuum ſm locū ⁊ nō alie dn̄e aie ⁊ ꝓpter hoc ipm dicit̃ aiatuꝫ ⁊ hēre aiam. ¶ Contra aut igit̃ pꝛincipiū eſt motiuum motu locali aut ſm nām. Si hoc ultimo mō dicat̃ tunc omne qđ mouet̃ ſm nām ſurſum uel deoꝛſum haberet aiam cum hēret pꝛincipiū motus ſm locuꝫ in ipſo perſe ⁊ nō ſm accidens. Si aūt pꝛimo mō dicat̃ ſequunt̃ multa incōueniētia: quoꝝ pꝛimū eſt ꝙ hoc eſt cōtra pħum: q: ipſe in 2° de celo ⁊ mūdo loquēs de ſtellis ⁊ oꝛbe pꝛobat ipſa nō hēre motū pꝛoceſſiuū ſic dicēs ut natura poſuerit ſtellas mobiles motu ꝓceſſiuo extra rōnem eſt ⁊ nō ꝑparauerit eis inſtrumentū motus ⁊ natura quidez nō poſuit aliud aliqd uacuum abſqꝫ cauſa. quaſi diceret cum in rebus inferioribus nō inueniat̃ uanum aliqđ multo minus in rebus ſupioribus. Et quia aliqs poſſet dicere ꝙ natura ingeniauit inſtrumēta motus alijs aialibus ſed nō celo. obuiat pħus dicēs: impoſſibile eſt ut natura ingeniet aialibus ⁊ intendat in eis ⁊ recedat ab iſtis coꝛporibus ſublimibus mobilibus hn̄tibus ꝓpꝛietates in naturas ultimas. Et ut expoliet rebus quibus poſſibile eſt ut incedāt perſe: ⁊ elonget ea a reb^{9} que habent inſtrumētū motionis ſue. ⁊ hoc quidez dicit pħus de ſtellis. ſed eadē ratio de ſpheris eſt in qbus mouent̃ ſtelle q: neutrū illoꝝ videmus hēre alas uel pedes uel aliqd huiuſmodi. Aliud incōueniēs eſt quia ſicut dicit pħus in libꝛo de aia. mot^{9} ꝓceſſiuus eſt ad oēm partē. ſ. ante retro deoꝛſum ſiniſtroꝛſum ſurſum ⁊ deoꝛſum. pꝛincipiū aūt motus celi nō mouet niſi in vno circa mediū. Tertiū icōueniēs eſt q: ſicut dr̄ in 8° phi^{oꝝ} illa mouent̃ a ſeipſis motu ꝓceſſiuo que qeſcūt qn̄ uolunt ⁊ mouent̃ qn̄ uolunt: celū aūt ſemp vnifoꝛmiter mouet̃. Quartuꝫ incōueniēs eſt q: nihil eſt dictū: celū hēre tm̄ pꝛincipiuꝫ motus ꝓceſſiui ⁊ nō intellectū ⁊ ſenſibilē aiam. q: ꝓbat̃ in libꝛo de aia ꝙ nihil mouet motu pꝛoceſſiuo niſi intellectus ⁊ fantaſia. Cuius ſignū eſt ꝙ plantas que nō hn̄t itellectū uel fantaſiā videm^{9} imobiles per locū. Quin

tum incōueniēs eſt ꝙ motus ꝓceſſiuus eſt propter diſtātiā delectabilis ꝯuenētis: ī celo aūt nō eſt diſtātia talis delectabilis ꝯuenientis. ¶ Si forte dicat̄ ꝙ aīe celi nō eſt eadē ratio cū aīabus aīaliū que ſunt actus phiſici ⁊ organici corporis poᵃ vitā hñtis. ¶ Adhuc obijcit̄ in cōtrariū aliter. in omni enim motu aīato motus corporis cōtrariat̄ motui aīe. Huius probatio eſt per inductionē ⁊ ſyllogiſmū q: inductio quidē eſt in oībus aīalibus natātibus ⁊ uolātibus ⁊ repētibus. hoꝝ enim oīum corpora grauia ſunt ⁊ tēdunt deorſum ex natura corporis: cum tñ ab aīa ferant̄ ſurſum ⁊ retrorſuꝫ ⁊ dextrorſuꝫ ⁊ ſiniſtrorſum. Per ſyllogiſmū ſic. nullū corpus laſſatuꝫ ⁊ corruptū multitudine motus alicuius mouet̄ motu illo ſm nām ſuā: ſed extra nām omne corpus motū multitudine motus ꝓceſſiui eſt laſſatū ⁊ corruptū. ergo nullum corpus motū motu ꝓceſſiuo eſt motū motu illo ſm nām ſuā. Ad hoc rñdet quidā phus in libro de ſuba orbis ꝙ motus circularis in celo eſt aīe ſm ꝙ eſt aīa ⁊ ꝙ in celo nō eſt niſi motus aīe ⁊ nō corporis: ⁊ ideo nō inducit̄ ibi laſſitudo ex cōtrarietate motoꝝ. ſ. aīalis ⁊ naturalis. Sed cōtra quicqd eſt aīe ſm ꝙ eſt aīa eſt oīs aīe. ſi ergo motus circularis eſt aīe ſm ꝙ eſt aīa eſt oīs aīe qḋ ad oculū patet eſſe falſum. Si dicat̄ ꝙ eſt aīe intellectualis adhuc patet eſſe falſum: q: homo nō mouet̄ circulariter. Si dicat̄ ꝙ aīa celi ⁊ aīa hoīs intellectualis nō ſunt vnius rōnis ⁊ ideo aliqḋ ꝯuenit aīe celi qḋ nō cōuenit aīe hoīs: ſed ſic motor celi nō erit aīa niſi ſm ꝯuenientiam in noīe tñ. Preterea hoc erit cōtra phos qui utrāqꝫ aīam. ſ. celi ⁊ hoīs diffiniūt duobus. ſ. per intelligere ⁊ mouere ſm locū. Si forte dicat̄ ꝙ ille motus dī aīe ſm ꝙ eſt aīa q: eſt aīe preter cōiunctionē ad corpus illud. hoc erit cōtra Ariſtotelē in de celo ⁊ mundo. quia ipe vult ꝙ omne corpus hēat nālem motū uel a medio uel ad mediū uel circa mediū. Si ꝓpter hoc dicatur ꝙ motus aīe celi nō eſt diuerſus a motu corporis eius. ſ. ꝙ celū de natura ſui fertur circulariter ⁊ aīa celi mouet motu eiuſdē: ⁊ ideo dicit phus nō eſt ibi alius motꝰ niſi motꝰ aīe tñ. ¶ Cōtra quicūqꝫ motores in vno ⁊ eodē mobili efficiūt vnū motū numero ipſi ſunt vnius nature. Ueritas huius ꝓpōnis habet̄ ex. xjᵒ methaᶜᵉ. ubi numerus motoꝝ ꝓbat̄ per numerū motuum ⁊ ꝑpetuitas motoꝝ ex perpetuitate motuū. Prima ratio eſt ad hoc ꝙ potētie actiue ⁊ motiue diffiniunt̄ per actus ⁊ operationes ſuas. Si igit̄ aīa celi ⁊ natura corpis celi mouet̄ motu eodē numero ipſa erit eiuſdē nature ⁊ eiuſdē eēntie numero. ¶ Hanc qōnem totā determinat Damaſcenus in 2ᵒ libro capᵒ 6ᵒ. per iterꝑtationē vnius partis ſic dicens. nullus aūt aīatos celos uel luminaria exiſtimet: inaīati eniꝫ ſunt ⁊ īſenſibiles: q: ⁊ ſi dicat diuīa ſcriptura letent̄ celi ⁊ exultet terra: eos qui in celis ſunt angelos ⁊ qui in terra hoīes ad letitiaꝫ uocat. nouit enim ſcriptura ⁊ ꝓſopeia. i. ꝑſonarū fictione uti ⁊ ut de animatis de inaīatis loqui. ſicut illud quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti ⁊ tu iordanis ⁊c. ⁊ ita videtur ꝙ celū nō hēat aīaꝫ. ¶ Solutio nos cuꝫ ſanctis ꝯfitemur celos nō hīe aīas nec eſſe aīalia ſi aīa ſm ꝓpriā rōnem ſumat̄. Sed ſi uellemus phos ad idem reducere cuꝫ ſanctis dicemus ꝙ quedā intelligētie ſunt in orbibus deſeruiētes primo in motu orbiū. ⁊ intelligētie ille dñr aīe orbiū ⁊ nō vniuoce cum intelligētijs hoīum eo ꝙ nō egrediunt̄ in actuꝫ per abſtractionē a fantaſmatibus ſed ipſe reuertunt̄ ſup eſſentiā ſuā: ⁊ per eſſentiā ſup aliud reditiōe cōpleta. ſicut enim dicit in libᵒ de cauſis in xijᵃ ꝓpōne. Oīs enim intelligētia intelligit eſſentiā ſuā. Et uerū in ꝓpōne 14ᵃ. Oīs ſciens qui ſcit eſſentiā ſuā eſt rediens ad eſſentiaꝫ ſuā reditione cōpleta ⁊ ideo ille intelligētie nō habent duas potētias. ſ. intellectū ⁊ appetitū mouentē ſm locū nec hñt cōparationē ad orbes ſm iſtā rōnem aīe que dī ꝙ aīa eſt endelechia corporis organici phiſici potētia vitam hñtis. q: iſta ratio ꝑ prius ⁊ poſterius ꝯuenit intellectui ⁊ ſenſibili ⁊ uegetabili. intellectus enim nullius corporis eſt actus q: nō utitur organo corporis: nec in ſe nec in ſuis opationibus. Aliogn non hēret aliquā opationem extra corpus ⁊ oporteret ipm deſtrui deſtructo corpore: ſicut deſtruitur uegetabile ⁊ ſenſibile in brutis. operat̄ aūt ad corpus ut nauta ad nauē hoc eſt ſm rōnē mouēdi ipm ⁊ regēdi ſicut dicit̄ in liᵒ de aīa. ⁊ in ſecunda ꝓpōne de cauſis. Oīs intelligētia diuina ſcit res per hoc ꝙ eſt intelligētia ⁊ regit eas per hoc ꝙ eſt diuina ⁊ dicit̄ diuina intelligētia ibi participās oēs bonitates diuinas a primo motore qui eſt deus. Qḋ aūt hec ſit ſententia phoꝝ patet ex uerbis eoruꝫ. ſic enim dicit Raby moyſes 2ᵃ collatiōe ducis neutroꝝ. Nullus ſic dicit cito ꝙ celū hēat aīam. hoc aūt cōprehēdit labore itellectus. auditor autē putat ꝙ illud longe ſit a ſcīa qñ aſcendit in cor eius: cum dicimus ꝙ hēt aīam ꝙ illa aīa eſt ſicut hominis uel aſini: ſed nō eſt iſta ratio dicti. eſt aūt rō eius ꝙ motus ipſius localis oñdit q: in ipſo eſt principiuꝫ a quo mouet̄ ſine dubio ⁊ illa virtus prima dicit̄ aīa. Eandem ſnīam dicūt Aueroys ⁊ Auicenna ⁊ fere oēs phi. ¶ Ad pmū ergo qḋ obijcit̄ de libro aīe patet ſolutio: q: nō per hunc modū determinat̄ aīa in libro de aīa ꝑ quē dicit̄ intelligētia mouēs orbem aīa: q: nō eſt de ſpeculatione nālis cum ſit ſuba ſeparata a materia cōmixta cōtrarijs ſed potius determinat̄ in xjᵒ methaᶜᵉ. Per hoc etiam patet ſolutio ad ſcōm. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ intelligētia mouēs orbem intellectū nō habet abſtrahentē a fantaſmatibus. Et ſi obijcit̄ qḋ Auicēna dicit ꝙ habet fantaſiā ⁊ imaginationē. Rñdendū eſt ꝙ ipſe uocat fantaſiā ⁊ imaginationē applicationē intellectus ad particularia nature. ¶ Ad hoc aūt qḋ querit̄ utrū ſua ſcientia ſit ulis. dicēdū eſt ꝙ nec eſt ulis nec ꝑticularis nec vniuoca nr̄e ſcie ulis nō eſt ꝑꝑ rōnē iductā. ꝑticularis non eſt: qa illoꝝ nō eſt diſciplīa ut dicit Plato. Uniuoca nr̄e ſcie nō eſt q: non oritur ab ente per abſtractionē ut nr̄a ſcīa. Qualr̄ aūt ſit intelligendū accipit̄ ex hoc ꝙ omnis cauſa cognoſcēs ſe inquātū cauſa eſt cognoſcit cauſatuꝫ ſuum: omne cauſatū cognoſcēs inquantū cauſatum eſt cognoſcit cām ſuā. vnde dicimus ꝙ motores ſpherarū per motū cauſarū cauſant oēm diuiſibilitateꝫ que eſt in inferioribus ſm nām: ⁊ ideo cognoſcētes ſe inquantuꝫ cauſe ſunt cognoſcunt nālia oīa. ſilr̄ inferiores motores ſpherarū cognoſcūt ſupiores per hoc ꝙ ſunt moti ab eis ut deſideratū mouet deſideriū. Et ita patet ꝙ hec ſcientia nō eſt in uli nec in particulari: per hoc eñ ꝙ cognoſcunt ſe cognoſcunt ulia ⁊ particualaria cauſata a motoribꝰ ſuis. ⁊ hoc eſt qḋ dicit phus in 7ᵃ ꝓpōne libri de cauſis. Oīs itelligētia ſcit qḋ eſt ſupra ſe ⁊ qḋ eſt ſub ſe. Et ſcit qḋ eſt ſub ſe qm̄ eſt ei cauſa. ⁊ ſcit qḋ eſt ſupra ſe qm̄ acquirit ab eo bonitates. Per hoc etiam patet ꝙ intellectus motoꝝ completior eſt intellectu humano: ⁊ habent ſciam ꝓpterquid ⁊ intellectus eorū eſt motus ſm predeterminationē determinati operis ⁊ non erroneus ſicut videt̄ ꝓbare obiectio ⁊ ſemp eſt rectificatus in ope eo ꝙ nunqꝫ accipit rem niſi per illud quod eſt uere cauſa ſm nām. ¶ Ad hoc aūt qḋ obijcit̄ de Yſaac, dicimꝰ ꝙ ipſe appellat ule ſpēm ⁊ rōnem per quā intelligunt motores. hec enim eſt ratio ſube motoꝝ ſm ꝙ eſt cauſa etiam ipſi ſunt cauſe ules in tota natura que cauſe determinant̄ ad hoc ⁊ illud ſm ꝙ portiones cauſatas ex diuerſo ſitu ſtellarū ⁊ diuerſo motu orbium. ¶ Ad id qḋ obijcit̄ ꝙ in celo tm̄ ſit principiū motus ſm locum dicimus ꝙ hoc nō eſt uerū: immo eſt in celo ſm phos intellectus ⁊ motiuū ſm locū. ¶ Ad hoc aūt qḋ querit̄ utrū moueat ſm nām uel motu ꝓceſſiuo dicimus ſm phm in libro de ſuba orbis ꝙ ſm nām ⁊ nō eſt ſimile de leui ⁊ ḡui in elemētis: q: ſuba leuis ⁊ grauis nō diuerſificāt̄ in eodē corpore ſm ante ⁊ retro ⁊ dextruꝫ ⁊ ſiniſtrū

⁊ ſuperius ⁊ inferius: ⁊ ideo motus iſte nō eſt motus intelligentie ſed talis diuerſitas non eſt in corpore celi ⁊ ideo motus eius eſt motus intelligētie. oīa aūt que oſtēdunt ꝙ nō eſt motus ꝓceſſiuus cōcedimus de plano. ⁊ ideo q: ꝓceſſiuus motus eſt ad ſalutē ſubiecti que ſalus diffuſa eſt in locis diuerſis ad que mouet͂ aīal ⁊ tali ſalute nō indigēt corpora celeſtia ut dicit͂ in libro de ſba orbis. Cōcedimus aūt ꝙ intelligentia que dicit͂ aīa ⁊ motor orbis non ƀm eandē rōnem dicit͂ aīa cum intellectu hoīuȝ: ſed per prius ⁊ poſterius lȝ enim utraqȝ determinent͂ per itelligere ⁊ mouere nō ſunt vnius rōnis hinc inde ut patet ex ꝑdictis. ℭ Ad hoc aūt qđ obijcitur de cōtrarietate motus corporis ad motū aīe. Dicēdum ꝙ hoc eſt uerū in hijs que mouent͂ ꝓceſſiue: ſed in hijs in quib⁹ aīa mouet ƀm nām corporis nō accidit laſſitudo uel labor ex motu aīe. ℭ Ad hoc qđ dicit phs ꝙ eſt ibi motus aīe tm̄. Dicendū ꝙ hoc intelligit͂ ꝙ aīa non mouet alio motu q̄ȝ ƀm nām illius corpis. ℭ Ad id quod obijcit͂ in cōtrariū dicendū ꝙ hoc nō cōuenit omni aīe mouere enim nō eſt vnius rōnis in motore ſuperiori ⁊ in motore aīaliuȝ. ℭ Ad aliud dicēdū ꝙ motor q eſt intelligentia ⁊ motor qui eſt ex parte nature corpis ſunt diuerſi: q: lȝ cōparent͂ ad vnum motū nō tm̄ eadem rōne: in celo enim motū eſt cōſiderare dup^x^. ſ. ƀm circulū ſimplicē ⁊ ſic ordinat͂ motus ad motoreȝ qui eſt natura ⁊ forma ſubālis corporis celeſtis ⁊ diſpōnes mālcs ad ipſum ſunt lumen ⁊ figura. Item inuenit͂ in motu ratio dextre vnde īcipit motus: ⁊ ratio ſiniſtre per quā eſt regiratio motus: ⁊ ratio ante ⁊ retro ƀm quā eſt obligatio motus: ⁊ ratio ſupra ⁊ ratio infra ƀm quarū imobilitatē mobile nō egredit͂ de loco ſuo: ⁊ ƀm has rōnes cōparatur motus ad intelligentiā que dicit͂ aīa ⁊ motor celi. ad motorē aūt primuȝ abſolute qui eſt deus habet cōparationē ut ad mouens nō ꝓportionatum motui ⁊ mobili. ℭ Iſta oīa diximꝰ ƀm phos qui nō cōtradicūt qbuſdā ſctis negātib⁹ celū aīam hr̄e niſi in noīe ſolo qui abhorrēt nomē aīe: ⁊ tm̄ bn̄ ꝯcedūt ꝙ itelligētie quedā ſiue angeli mouēt celū iuſſu dei: ſicut ponimus ƀm catholicā fidē quoſdā angelos miraculoſa facē: ⁊ legib⁹ nature cōcurrere: ita nō eſt ꝯtrariū fidei quoſdā angelos iuuare nām in mouēdo: ⁊ gubernādo ſpheras celoꝝ quos angelos mouētes ſiue intelligētias phi dicūt aīas. Sancti ꝟo timētes ne forte dicere cogant͂ celos eſſe aīalia ſi cōcedunt ipſos hr̄e aīas negāt motores celoꝝ eſſe aīas. Et ita patet ꝙ nō eſt ꝯtradictio inter eos. antiqui enim deos ⁊ angelos dicebant aīas mūdi. Et hoc eſt qđ dicit Auguſtinus in fine quarti de ciuitate dei. Hij ſoli uidētur aduertiſſe qđ eſſet deus: qui crediderūt eū eſſe aīam motu ac rōne mūdū gubernātem. Et per hoc patet etiā ſi nondū tenebāt qđ ueritas habet. deus eniȝ uerus nō aīa ſed aīe quoqȝ effector ⁊ cōditor ſi tm̄ ꝯtra preiudiciū cōſuetudinis ſue liberi eſſent vnū deū colendū faterentur atqȝ ſuaderent motu ac rōne mundū gubernantem ut ea cum illis de hac re quo remaneret ut deuȝ dicerēt aīam nō potius ⁊ aīe creatorē. Alibi in qōnibus de aīa redibimus ad hanc qōnem. ℭ Articulus 26°.

## Tertio queritur

de cōparatione motoris primi ad motores inferiores. ⁊ videt͂ ꝙ cōparant͂ p eque: q: oēs mouēt motu durāte per totum tēpus: cum igit͂ motus illi ſint equales motores equales eſſe vident͂. ℭ Item videt͂ ꝙ pn̄t eſſe cōtrarij: quia in nobis ſunt duo motores. ſ. intellectus ⁊ fantaſia ⁊ fantaſia q̄nqȝ cōtrariat͂ intellectui ergo videt͂ ꝙ ſimilr in ſupioribus inferior poſſit cōtrariari ſupiori. ℭ Itē videt͂ ꝙ iferiores pn̄t errare in motu ⁊ nō ſupior: q: fantaſia pōt eſſe recta ⁊ nō recta itellect⁹ ſemp rectus: ut dicit phus. igitur ſimilr in ſupioribus iferiores pn̄t errare ſuperiore nō errāte. ℭ Solutio dicēdū ſicut ꝑus obiectū eſt ꝙ motores cōparant͂ ƀm eque quātuȝ ad durationē motus: ſed in alijs quatuor cōparant͂ nō ƀm eque quoꝝ primū eſt ꝙ primus motor mouet non motus ⁊ mouet inferiores ut deſideratū mouet deſideriū inferiores aūt mouent moti. Huius ſignū eſt ꝙ omnes inferiores ſequunt͂ motuȝ ſupioris ⁊ ideo dicit͂ in libro de cauſis ꝙ primū eſt diues in ſe ⁊ diues in alijs. ℭ Secūdum eſt ſimplicitas in mouēdo: primus enim mouet vno motu ſimplici: inferiores aūt mouēt pluribus motib⁹. ℭ Tertium eſt in vigore mouēdi: primus enim motor circulū multo maiorē ⁊ corpus multo maius circūuoluit in eodem tēpore in quo motor inferior circulū inferiorē circūuoluit. ℭ Quartū eſt in fine motus: primus eniȝ motor ƀm alationē cōtinuā mouet ⁊ vniformē que eſt cauſa vniformitatis ⁊ cōtinuitatis in natura: inferiores aūt mouēt ƀm alationē ꝯtinuā ⁊ non vniformē q: obliquat͂ a meridie uerſus aquilonem ⁊ ſunt cauſa difformitatis que eſt in gn̄atione ⁊ corruptiōe. Per hoc patet ſolutio ad primū. ℭ Ad aliud dicit͂ ꝙ nō eſt ſimile de fantaſia ad motores inferiores q: fantaſia mouet cum apprehēſione hic ⁊ nunc ⁊ particulariuȝ in quibus accidit error ⁊ cōtrarietas ad intellectū eo ꝙ frequēter ſequit͂ bonuȝ ſimplr. ℭ Utrū aūt numer⁹ illorū motoꝝ ſit ƀm numerum mobiliū uel ſtellarū uel motuū. Hic querere relinquimus ⁊ hoc ideo q: vna ſphera plures habet motus ⁊ dubiuȝ eſt Utrum illi motus ſint a motore vno uel a diuerſis. Videtur enim Ariſtoteles uelle ꝙ ſint a diuerſis in xi° metha^ce^. q: ibi ipſe ꝓbat numerū motoꝝ eē numerum motuū ⁊ tangit plures eſſe motus in ſole ⁊ luna ⁊ alijs. Sed alij quidam phi dicunt vnum motorem eſſe de vna ſphera ⁊ ex ſtelle natura que eſt in ſphera dicūt illum motoreȝ influere diuerſos motus ipſi ſphere uel vnū. Tertia aūt ſecta vult ꝙ ſit numerus motoꝝ ƀm numerū ſtellarū in celo. Quarta aūt vult ꝙ ſit vnus motor oīum ſpherarū ⁊ extra oēs eas ⁊ hic eſt deus ⁊ hoc credimus eſſe uerius. In qōnib⁹ tamen de anima quedaȝ iterum de hac materia dicentur.

## Conſequenter

Queritur de motib⁹ ſuperioꝝ. Et querunt͂ duo. ſ. De ſimplicitate motus ſuperiorum. ⁊ de rōne mēſure ƀȝ quā dr̄ mēſurare iferiora

ℭ An motus celoꝝ ſit ſimplex. Articulus 27°.

## Ad primū

ꝓcedit͂ ſic. Nullū ꝯtinuum eſt ſimp^x^: mot⁹ celi eſt cōtinuus ḡ mot⁹ celi nō eſt ſimplex. Itē nihil hn̄s ꝑtes differētes inter ſe eſt ſimplex. mot⁹ celi hēt ꝑtes iter ſe differētes: q: pri⁹ ⁊ poſteri⁹ ergo ⁊c̄. Si pp lȝ dicat͂ ꝙ ſimplex eſt in cōparatione ad motū rectum ſiue ſit violent⁹ ſiue nālis. ℭ Cōtra motus celi eſt in maiori ſpatio q̄ȝ aliqđ alioꝝ ⁊ in maiori ſubiecto: ⁊ ita videt͂ ꝙ cōpoſitior ſit. Deinde queritur ad quid indiget deus motu celi: pfectioris enim agentis pfectior debet eſſe opatio. Unde cum deus ſit perfectiſſimū agens perfectius fuiſſet ſi uoluiſſet ⁊ per ſeipm̄ iferiora q̄ȝ per celū. ℭ Solutio dicim⁹ ꝙ mot⁹ celi ſimplex dicit͂ tribus modis. Uno mō q: ipſe eſt cauſa oīuȝ motuū nālium. Unde cuȝ ƀm viā reſolutiōis cauſati in cām motus celi ſit ultimū in genere motuuȝ oportet ꝙ ipe ſit ſimpliciſſim⁹. Scđo mō dr̄ ſimpliciſſim⁹ reſpectu tēporis q: nullus motus in tāto ſpatio pōt eſſe in tā breui tpe. Tertio mō dr̄ ſimpliciſſim⁹ q̄ȝtuȝ ad regularitatē q: in oībus partib⁹ eſt eque uelox qđ nō ꝯtingit in motu naturali recto nec violēto. Uiolētus enim uelox eſt in principio ⁊ tardus in fine vincēte motore nāli motorem violentū. nālis aūt rectus tardior eſt in principio ⁊ uelocior eſt in fine. motus aūt celi vniformis eſt in principio medio ⁊ in fine. Et per hoc patet ſolutio ad primo obiecta quia motus celi nō ſic dicitur ſimp^x^ ut ꝓcedunt

obiectiones ille. ¶ Ad aliud dicendū q̄ deus nō indi
get motu celi niſi ꝑpter imꝑfectionem materie inferio/
rum. ꝑpter enim illius transmutationem oportuit eſſe
corpus quod motu ſuo transmutaret eam ⁊ illud eſt ce/
lum. ¶ Articulus 28°.

s **Ecundo queritur** ſm quā
rōnem dicat motus ꝑmus mēſura aliorꝫ. Et vi
det q̄ ipſe nō ſit mēſura. dicitur enim in prima phīa q̄
vnūquodq̄ mēſurat ſui generis minimo. multi autē ſunt
minores motus q̄ motus celi. Sed q2 multa de hoc di
cta ſunt in qōne de tēpore: ideo huic diſputatiōi hic im
ponimus finē dicendo q̄ motus celi minimus eſt in na
tura ⁊ in partibus ſuis ⁊ ſm ſe ⁊ ſm partes ſuas menſu
rat alios oēs motus: ⁊ ſi ꝯtingat motū ſupiorꝫ mēſurari
ad motū iferiorꝫ hoc erit quo ad nos ⁊ nō ſimpliciter.

d **Einde queritur** de ef
fectu motus celi ⁊ ſtellarum in inferiori
bus. ¶ Et querunt duo. ſ. quis ſit effe
ctus. ⁊ quis ſit finis motus celi.
¶ Articulus 29°. Quis ſit effectus motus celi.

a **D primum proce**ditur ſic.
Dicit in geneſi q̄ fecit deus ſolem ⁊ lunam ⁊
ſtellas ut ſint in ſigna ⁊ tēpora ⁊ dies ⁊ menſes ⁊ annos
ergo uariatio tēporꝫ per hiemē ⁊ eſtatē ꝑ uer ⁊ autūnū
ſicut dicit Damaſcenus eſt effectus motus celi ⁊ ſtella/
rum: dicit enim nos dicimus qm̄ ſigna q̄ ⁊ ex ipſis fiūt
ymbris ⁊ ſiccitatis ⁊ frigiditatis ⁊ caliditatis ⁊ uentorꝫ
⁊ horꝫ talium. Silr̄ q̄ñ q2 dicūr ſigna eſſe mortis aliquorū
ſicut dicit Damaſcenus. qualitas aeris facta a ſole ⁊ lu
na ⁊ aſtris: alij ⁊ alij diuerſas cōplōnes ⁊ habitus ⁊ di/
ſpōnes ꝯſtituta. intelligit aūt per cōplōnes diūꝫ diuer
ſuꝫ qd eſt humoribus ſm q̄ alij dicūr cholerici ⁊ alij ſan/
guinei ⁊ huiuſmodi. per diſpōnes aūt intelligit infirmi
tates ⁊ ſanitates. per habitus aūt intelligit inclinatiōes
ad opera. vnde ipē dicit in lr̄a. habitus ſunt eorum que
ſunt in nobis hoc eſt in poteſtate noſtra. Item ipſe dicit
q̄ comete ꝯſtituunt ad ſignū mortis regū. Iteꝫ in eodē
cap° 7° li° 2° dicit q̄ fortaſſe aliquis dixerit q̄ñ hec prelio
rum ſunt ſigna aſtra. Ex hijs colligit q̄ aſtra hn̄t virtu/
tem in trāſmutatione elemētorꝫ ⁊ in mutatiōe cōplōnū
⁊ in mortibus hoiūm ⁊ inſup etiā in habitibus inclinā/
tibus ad opa ⁊ etiam in euētibus pliorꝫ. Cum ergo opa
⁊ plia ſint de hijs que ſubſunt libero arbitrio videnṫ ha
bere ptātem ſup liberū arbitriū. Item dicit Aug° in qr/
to de ciuitate dei q̄ ſydera dicūr ualere ad trāſmutationē
oīum corporꝫ. Item ſm phōs ꝑnoſticātes in aſtris ſicut
Ptolomeus docet in tetraſcuꝫ. ⁊ Albumaſar ⁊ Acabir
⁊ Meſcella ⁊ Ariſtoteles ⁊ Gorgis ⁊ multi alij in hora
ꝯiunctionis reſpicit aſcēdens: ⁊ domus aſcēdentis ⁊ cō
fert cum alio planeta qui reſpicit aſcēdēs perſe uel aliū
⁊ cum luna que magnū hēt dn̄ium fere in qualibet cō/
iunctione niſi ſit exn̄s in cōbuſtione ſolis. Si aūt nō eſt
alius reſpiciens aſcēdens cōfert cum ſola luna domus
aſcēdentis cuꝫ domo domus rei queſite ⁊ ſm q̄ illi con
iungent uel nō ꝯiungent uel reſpiciēt ſe uel non reſpi
cient: fit iudiciū de re queſita fienda uel nō fienda. ergo
videt q̄ aſtra in oībus vigorē habeant ⁊ virtuteꝫ. Item
yſaac in libro de diffinitionibus dicit q̄ deus fecit re/
gnare orbem ſup inferiora ⁊ diſponit ſm imperiū eius
regna ⁊ bella ⁊ cetera que regunt ab oībus. Sed cōtra
hoc eſt qd dicit Damaſcenus. noſtrorꝫ actuū ſydera ne
quaq̄ ſunt cauſa: nos enim liberi arbitrij a cōditore fa/
cti domini noſtrorꝫ actuum exiſtimus. Et ad cōfirman/
dum hoc iducit quatuor rōnes hijs uerbis. Si ex aſtro
rum oīa agimus ifluxu ſm neceſſitatē agimus que agi
mus. qd aūt ſm neceſſitatē fit neq̄ virtus eſt neq̄ mali
tia. Si aūt neq̄ virtutē neq̄ malitiā habemus neq̄ lau
dibus neq̄ coronis neq̄ vituperationibus nec etiam tor/
mētis exiſtimus digni: inuenieṫ aūt deus iniuſtus hijs
quidē bona uel tribulationes dans: ſed neq̄ guberna/
tionē neq̄ ſuarū creaturarū deus faciet ꝓuidentiā: ſed
etiam rōnale ſupfluuꝫ in nobis erit nullius exn̄tes act°
dn̄i ſupflue cōſiliamur: rōnale aūt oīno cuꝫ finis gr̄a no
bis datū eſt. Unde omne rōnale ⁊ arbitrio liberum eſt.
¶ Solutio dicimus ad ꝑdicta q̄ aſtra hn̄t vim ⁊ rōneꝫ
ſigni ſup ea que ſunt in materia trāſmutabili ⁊ etiaꝫ ſup
illa que ſunt obligata ei ⁊ dico ea eē in materia que ſūt
gn̄abilia ⁊ corruptibilia ⁊ mutabilia. Et dico illa obliga
ta materie que de neceſſitate ſequunṫ trāſmutationem
materie ſicut eſt aīa uegetabilis ⁊ ſenſibilis. quedā ſunt
que depēdentiā hn̄t ad mām ⁊ obligationē ſm qd ⁊ nō
ſimpr̄ ſicut eſt animus hoīs. Unde dicimus ſanguineꝫ
accenſum circa cor inclinare ad iram animuꝫ hoīs: ⁊ tn̄
nō de neceſſitate iraſcit ⁊ ſm q̄ animus inclinat ad ma
teriā ⁊ cōplōnē ſic etiam in eum hēt vim cōſtellatio ſm
quid ⁊ nō ſimpr̄: aliter enim periret caſus ſm liberum
arbitriuꝫ ⁊ cōſilium ſi nihil eſſet cōtingens ad utrūlibet
dici de futuro. ſicut optime diſputat phus in fine primi
perhyarmenias ⁊ ſicut oñdit in 2° phi°r. Sed adhuc di/
ſtinguēdū eſt q̄ eſt cauſa imediata ⁊ ꝓpterquid. Et pri/
ma cauſa eſt ulīs ⁊ mouēs ⁊ inclinās cauſas imediatas
⁊ q̄ñ dicit ſtelle hn̄t vim in inferioribus intelligit q̄ ha
bēt vim ſicut cauſe prime ulēs mouētes cauſas imedia
tas ⁊ ꝓpterqd ⁊ ideo nō ſemp ſequit de neceſſitate effe
ctus ad cōſtellationē: ⁊ hoc oñdit Damaſcenus dicens.
Nos dicimus q̄ñ ſydera nō ſunt cauſa alicuius eoruꝫ
que ſunt neq̄ corruptiōis eorꝫ que corrūpunt: ſigna aūt
ſunt magna ymbrium ⁊ aeris trāſmutationis fortaſſis
utiq̄ quis dixerit q̄ñ ⁊ pliorꝫ nō ſunt cauſa ſed ſigna. ſꝫ
⁊ qualitas aeris facta a ſole ⁊ luna ⁊ aſtris ⁊ alijs diuer/
ſas cōplōnes ⁊ habitus ⁊ diſpōnes cōſtituit: intēdit eniꝫ
Damaſcenus q̄ ſignū minus dicit q̄ cauſa. cauſa enim
ut dicit Boe° in topicis eſt quā de neceſſitate ſequit ef/
fectus. ſignum aūt eſt cauſa remota ⁊ nō de neceſſitate
cauſans ſine ꝯiunctione aliarū cauſarum. Et hoc idem
phus dicit in 2° de gn̄atione ⁊ corruptione. q2 lꝫ tp̄s ge/
nerationis oīum ſm aſcēſum circuli ſit equale: tn̄ qdaꝫ
gn̄ant citi° ⁊ qdā tardi° ꝑp mäe ꝯfuſionē maiorē uel mi
norē. Qd aūt hoc catholicū ſit dicē patet ex ṽbis Augu
ſtini i 5° de ciuitate dei ubi dicit ſic nō uſqueq̄ abſurde
dici pōt ad ſolas corporꝫ dr̄ias afflatus quoſdā ualere ſy
dereos ſicut ibi in ſolaribus acceſſibus ⁊ receſſibus vi
demus etiam ipī anni tēpora uariari ⁊ luminaribus in
cremētis ⁊ decremētis augeri atq̄ minui quedā gene/
ra rerum. fatum aūt qd imponat neceſſitatē liberi arbi/
trij etiā contra phiam eſt ponere niſi per hunc modum
quo dicimus aīam hoīs inclinari ⁊ mutari. Uñ Aug°
in qrto de ciuitate dei ꝯtra Tulliū negantē pſcientiam
dei ⁊ fatuꝫ ſic dicit. Nos aduerſus eos ſacrilegos auſus
atq̄ impios ⁊ deū dicimus oīa ſcire anteq̄ fiant ⁊ uolū
tate nos facere quicqd a nobis niſi uolentibus fieri ſen
timus ⁊ nouimus. oīa ṽo fato fieri nō dicim°: imo nul
la fato fieri dicimus q̄ñ fati nomē ſoluꝫ a loquentibus
poni in ꝯſtitutiōe ſyderū ſolet qua qſq̄ ꝯceptus aut na/
tus eſt. Ex hijs patet ſolō ad oīa qſita. ¶ Artic° 30°.

u **Ltimo querit** de fine mot° celi
Et videt q̄ gn̄atio ⁊ corruptio iferiorꝫ ſit mot°
celi: q2 hoc expreſſe oñdit in de gn̄atione ⁊ corruptione
qd ex latione ſupiorꝫ cōtinuat gn̄atio ⁊ corruptio. Iteꝫ
in glo. ſup aplm ad Romanos 8° ca° dicit q̄ ſuperiora
motu ſuo nobis ſeruiūt. ⁊ multi ſanctorū dicunt q̄ mo/
uent ad implendū finalr̄ mām elementorꝫ. Sed hic eſt
obiectio Auerroys. q2 nihil mouet ꝑpter indignius ſe.
gn̄atio aūt ⁊ corruptio inferiorꝫ indignior eſt celo ergo

non mouet finaliter ꝑpter illā. Preterea in 2° de celo ⁊
mūdo dicit ꝙ celum ſupͥmū vno motu ꝯſeqtur bonita/
tem pͥmi ⁊ orbes inferiores pluribus motibus: ſꝫ id qδ
ꝯſeqtur motor per motū eſt finis motus ergo aliq̈ boni
tas pͥmi finis eius eſt. ¶ Juxta hoc querit utruꝫ motus
celi idē habeat pro fine qδ habet pro pͥmo mouēte ut fiat
ab eodem in idem ex pte mouētis ſicut ab eodē in ideꝫ
ex pte fugnr. ¶ Jtem iuxta hoc querit utruꝫ ꝯſequit fi/
nem ſuū per motū qui eſt in toto tpe uel per circulatio/
nem vnam q: pfectior motor pauciore motu cōſequitur
finem ⁊ bonitatē ut dicit 2° de celo ⁊ mūdo. cū ergo mo/
tor celi pfectiſſimus ſit in natura videt ꝙ vna circulatio
ne deberet cōſequi finē ſuum. Si aūt hoc dat tūc oēs ſe/
quētes circulationes ſupflue erūt. ¶ Solutio dicimus
ad pͥmū ꝙ gn̄atio ⁊ corruptio inferioꝝ non ſimpl'r eſt fi/
nis motus celi ſed cōſequunt finē: finis aūt intēt° a mo/
tore eſt ut aliqd bonitate ⁊ nobilitate aſſimilet pͥmo mo
tori. ſ. deo. illa aūt bonitas ⁊ nobilitas eſt q: cum de° ab/
ſolute ſit cauſa oīum intēdit motor nālis celi imitari euꝫ
ex hoc ꝙ ſit cauſa pͥma in natura rerum nālium gn̄abili
um ⁊ corruptibiliū. Et ex hoc patet ſolutio ad primum.
¶ Ad id qδ iuxta hoc querit dicēduꝫ ꝙ idem numero
eſt pͥmum mouēs mouētem ⁊ finis qui acqrit per motū
eius. bonitas enim ⁊ nobilitas de qua dictum eſt ut deſi
deratum mouet motorē celi ⁊ eidem bonitas eſt quam
ſeqtur per motum. ¶ Ad id qδ poſtea querit dicēduꝫ
ꝙ dupx eſt finis. ſ. finis ut terminus: ⁊ finis ut finis. finis
ut terminus eſt quem ꝯſeqtur motor in opatione vna p
fecta ⁊ ideo dicit terminus q: terminat op° pfectū vnuꝫ.
finis ut finis eſt quem ꝯſeqtur motor in oībus opationi
bus ſuis ⁊ ille dicit finis ut finis q: getat ſimpr mouētē.
¶ Dicēdum ergo ꝙ motor celi per rotationē ſuā vnaꝫ
cōſeqtur finem ut terminū: ſed per motum qui eſt in to/
to tpe ꝯſeqtur finem ut finem: ⁊ eſt ſimile de motore in
gn̄atione qui intēdit pmanētiam in ſimili ⁊ conſequit fi
nem illum ut terminū in gn̄atione vna ſed pmanētiam
ut finem ſimpl'r nō cōſeqtur niſi per gn̄ationem indefeſ
ſam uel ingetam exp̄ſſius. ſimile eſt in motore augmēti
qui intēdit pfectam quātitatē ⁊ hāc ꝯſeqtur ut terminuꝫ
in augmētatione vna ſed ut finem ſimpl'r cōſequitur in
augmētationibus oībus ⁊ tūc geſcit: q: ſicut dicit phs 2°
de anima omnium natura cōſtantium terminus eſt ⁊ ra
tio magnitudinis ⁊ augmenti.

¶ De quarto Coequeuo.        Qō quinta.

c **Onſequenter** Que/
rit de q̈rto coequeuo qδ eſt angelica
natura de qua querunt tria. Primo
de natura eius in ſe. 2° de natura eius
in compatione ad aīam rōnalē. 3° de
ſtatibus. ¶ Circa nām angeli querū
tur tria. p° querit utrū angelus ſit cognoſcibilis. 2° qd ſit
angelus. 3° de attributis angelice nāe. ¶ Circa pͥmum
querunt duo. ſ. Utrū cognoſcibilis ſit angelus. ⁊ utrum
eodē itellectu cognoſcit ul'e ⁊ pticulare in angelo.

¶ Articulus pͥmus. Utrum angelus ſit cognoſcibilis.

a **D primum ꝑce**ditur ſic. Dicit
Aug° ꝙ duobus modis cognoſcit res per itel
lectum. ſ. aut per ſil'itudinem ſuam exiſtēdo in aīa ſicut
res ſenſibiles. aut per eēntiam ſuam exiſtēdo in ea ſicut
cognoſcit fides ⁊ charitas ⁊ cetera ſpūalia in aīa: ange/
lus nec per ſil'itudinem eſt in aīa cū nō ſit ſenſibilis nec
per eēntiā eſt ibi: q: per eēntiam eſt in loco exteriori dif
finitione ergo nō cognoſcit per intellectū. ¶ Jtem qc/
qd cognoſcit aut cognoſcit intelligētia indiuiſibiliuꝫ in
qua nō eſt falſum ut dicit phus. aut cognoſcit intelligen
tia diuiſibiliū. i. cōplexoꝝ. angelus nō cognoſcit itelligē
tia diuiſibiliū cum nō ſit in rōne cōplexi: ergo ſi cogno/
ſcit intelligētia cognoſcit indiuiſibiliū: ſed qcqd cogno
ſcit intelligētia indiuiſibiliū cognoſcit per formā abſtra
ctam ab ipſo. Cuꝫ igit ab angelo nō poſſit eē abſtractio
cum ipſe nō ſit res ſenſibilis angelus nō cognoſcit intel
ligētia indiuiſibiliū nec alio mō ergo nullo mō cogno/
ſcit. ¶ Jtem nihil intelligit niſi per aſſimilationem in/
tellectus nr̄i: ſed angelus non pōt aſſimilari intellectui
nr̄o ergo nō intelligit. Probatio minoris ad hoc ꝙ itel
lectus aſſimilet intelligibili duo exigunt. ſ. fantaſia mo/
uēs: ⁊ intellectus agēs. ſed quādocūqꝫ itelligit angelus
non eſt fantaſma mouēs ergo angelus nō intelligitur.
¶ Jtem dicit phus pereūte vno ſenſu perit demōſtra/
tio illius ſenſus: ⁊ ex hoc accipit ꝙ oīs itellectus nr̄ orit
ex ſenſu ergo cuius nullo modo eſt ſenſus illius nō eſt
intellectus ſed angeli nullius eſt ſenſus ergo nullus in
tellectus. ¶ CONTRA qδ nō cōtingit intelligi nō
ꝯtingit ſignificari ergo a deſtructione ꝯn̄tis qδ ꝯtingit
ſignificari ꝯtingit intelligi: ſed angelos ꝯtingit ſignifica
ri multotiēs in ſcriptura ḡ cōtingit eos intelligi. ¶ Qδ
ꝯcedimus dicētes ꝙ multis modis aliqd intelligit a no
bis. aliqn̄ enim aliqd accipit a nobis per ꝓpͥā ſpeciem
abſtractā ab ipſo ſicut lapis ⁊ aſinus ⁊ hō ⁊ cetera que ſē
ſibus ſubījciunt. aliqd etiam nō intelligit per ſpecieꝫ ꝓ/
pͥā ſed per ſpeciē opis ſui uel actus ſicut cognoſcit vir
tus magnetis per attractioneꝫ ferri. ¶ 3° modo cogno/
ſcit aliqd per ordinem ſiue ꝯn̄tiam rōnis ⁊ ordinem na
ture ſicut cognoſcit immobilitas pͥmi motoris. Cū eniꝫ
aliqd ſit motum nō mouēs ⁊ aliqd mouēs motum erit
aliqd mouēs immobile ſm ordinem nature ⁊ ꝯſequen
tiam rōnis. ¶ 4° modo accipit aliqd ab intellectu per
lumen fidei ⁊ nō per ſpeciem ꝓpͥam ſicut nos intelligi
mus deum eſſe trinū ⁊ vnum in ſpeculo ⁊ in enigmate
⁊ nōdum videmus eum per ſpeciē aptam. ¶ 5° modo
intelligit aliqd per reuelationem ⁊ hoc accipit per intel
lectum ex lumine infuſo qδ habet ſimilitudinem lumi/
nis incircūſcripti ſicut videt dicere beatus gregorius in
dialogo ubi loquit de reuelatiōe que facta eſt beato bn̄/
dicto. ¶ 6° modo cognoſcit aliqd ſm Augm ꝙ ſm ſui
pn̄tiam eſt in aīa ſicut intellectus intelligit ſe ⁊ cetera ſpi
ritualia que ſunt in ipſo. ¶ Ultimo modo aliqd cogno
ſcitur ſymbolice quādo ſcilicet ſpūalis ex ꝓpͥetatibus
qbuſdam corporalibus intelligit fortis ad pugnandum
ꝯtra diabolum ⁊ mortem. ⁊ dicit lapis ⁊ intelligit firmū
fundamētum ſpūalis edificij ꝙ. ſ. edificat ſup ipſum. an
geli igit accipiunt oībus hijs modis pͥter pͥmū ⁊ ultimū
Et per hoc patet ſol'o ad pͥm. q: ibi Aug° non loquit niſi
de illis duob° modis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ angeli ac/
cipiunt per intelligētiā īdiuiſibiliū ⁊ tn̄ nō oportet ꝙ co
gnoſcant per formā abſtractā ab ipſis cuꝫ ſint multi alij
modi cognoſcēdi ut dictū eſt. ¶ Ad aliud ſil'r dicēduꝫ
ꝙ ſit ibi aſſimilatio ſꝫ nō oportet ꝙ ſpēs p quā ſit aſſimi/
latio abſtrahat a ꝓpͥo fantaſmate angeli. Et per h̄ etiā
patet ſol'o ad ultim q: nō oportet ꝙ illδ de quo eſt demō
ſtratio ſit pſe ſenſibile: ſed ſufficit ꝙ opus eius ſit ſenſibi
le uel illud ſupra qδ operatur.        ¶ Articulus 2°.

s **Ecundo queritur** Utꝝ ea/
dē potētia accipit ul'e ⁊ pticulare in angelo. Et
videt ꝙ ſic. nulla enim potētia acceptiua eſt īmālis niſi ī
tellect°. pticulare aūt in angelo eſt īmāle ḡ nō accipit ni
ſi per intellectū. Probatio pͥme eſt q: ſenſus non accipit
aliqd ſine pn̄tia māe. fantaſia aūt q̄uis accipiat ſine pn̄/
tia materie aliqd tamē non accipit ſine hijs que habent
eē in materia ſicut eſt figura color ⁊ huiuſmodi. ergo re
linquit ꝙ id qδ eſt oīno immāle non accipit niſi per in
tellectum. Probatio ſecūde eſt per diffinitionem ange/
li poſitam a Damaſceno: q: eſt ſubā intellectualis ſemp
mobilis arbitrio libera incorporea deo miniſtrās. Sil'i
ter Dionyſius dicit ꝙ angeli ſunt intellectualia lumina.

¶ Item nõ ſit abſtractio uĺis niſi per intellectū q̄ ſimpˣ eſt ⁊ immãlis ⁊ opoꝛtet ꝙ itelligibile ſibi ꝓpoꝛtionetur ⁊ ideo abſtrahit a materia ⁊ a mãe ꝓpꝛietatibus. Si ergo nec determinet̃ in materia nec in mãe ꝓpꝛietatibus nõ opoꝛtet ꝙ abſtrahat̃: ſʒ pticulare angeli nõ eſt in materia nec in ꝓpꝛietatibus ergo ſine abſtractione põt accipi ab itellectu. ¶ Cõtra nihil itelligit̃ niſi ꝙ ẜm aliquē modū eſt in itellectu: ſed pticulare angeli ut pticulare p nullū modū eſt in intellectu ut ꝓbat ſequēs obiectio ergo per intellectū nõ itelligit̃. ¶ Itē ẜm rõnē obiectoꝝ differūt actus ⁊ ẜm rõnē actuū differūt potētie. ſed uĺe ⁊ pticulare diuerſam hñt rõnē obiecti ergo nõ eſt actᵘ vnius rõnis ſup illa nec potētia. ¶ Itē querit̃ qđ determinet intellectū ut accipiat determinate hūc angelū uel illum. ¶ Solˀo dicēdū ꝙ vna potētia eſt ad uĺe ⁊ pticulare in angelo qui eſt itellectᵘ ut ꝓbãt ꝑme rões. ¶ Ad id aūt qđ in ꝯtrariū obijcit̃ dicēdū ꝙ hec eſt falſa ꝙ pticulare ut pticulare nullo mõ ſit in itellectu: eſt enim ibi per noticiã actuū ⁊ officioꝝ que oĩa ſignum ſunt ut dicit phus. ſed uerū eſt ꝙ nõ eſt ẜm ſubam ibi. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ in ſenſibilibus ſūt foꝛme ꝯtrarie reducte ad diuerſa gña ẜm q̄s diſtinguunt̃ ſenſus ⁊ potētie mãles: ſed in intelligibilibᵘ aliud eſt q: eadē eſt rõ oĩum intelligibiliū ẜm ꝙ itelligibilia ſunt lʒ nõ ſit eadē rõ ſenſibiliū ẜm ꝙ ſenſibilia ſunt ⁊ ideo eodē intellectu accipit̃ uĺe ⁊ pticulare lʒ nõ eodē mõ ſe hñte. ¶ Ad ultimū dicēduʒ ꝙ itellectus ſimplr̃ accipit uĺe: ſed itellectus cū diſtinctione opis ⁊ officij determinat̃ ad pticulare diſtincta eni opa ⁊ officia ſunt loca collationis indiuiduantium que impoſſibile eſt in alio inuenire.

¶ Articulus 3ᵒ. Quid ſit angelus.

D Einde queritur de diffinitione angeli quã Damaſcenus in 2ᵒ liᵒ ponit dicēs ꝙ angelus eſt ſuba itellectualis ſemp mobilis arbitrio libera incoꝛporea deo miniſtrans. Sed videt̃ ꝙ angelus nõ ſit ſuba q: ſuba dicit̃ multiplr̃. ſ. materia: foꝛma ⁊ cõpoſitū: diffinitio ⁊ genus ⁊ dr̃ia ⁊ id quo deſtructo deſtruit̃ res. Cū ergo nullo hoꝝ modoꝝ dicat̃ de angelo angelus nõ videt̃ eē ſuba: ⁊ de oĩbus modis patet ꝙ angelus nõ dicit̃ ſuba niſi de cõpoſito. ¶ Sed ꝓbo ꝙ nõ eſt ſuba cõpoſita q: ſuba cõpoſita nõ eſt ſine cõponētibus: cõponētia aūt ſunt materia ⁊ foꝛma: cū ergo in angelo nõ ſit materia ⁊ foꝛma angelus nõ erit ſuba cõpoſita. Si aūt dicat̃ ꝙ eſt foꝛma ſola ⁊ ſepata ſicut dicūt qdaʒ cõtra foꝛma nõ hēt eē niſi in materia lʒ hēat eēntiã perſe: ergo nihil eſt dicere ꝙ angeli ſunt foꝛme ſepate. Preterea oĩs foꝛma quãtū eſt in ſe eſt uĺis qđ ꝓbat̃ per hoc ꝙ foꝛma pſe nõ eſt diuiſibilis niſi diuiſione dr̃iarū qđ patet diſcurrēti per oĩa ꝑdicamēta: ⁊ habet̃ etiã per hoc qđ dicit phus in 3ᵒ de celo ⁊ mūdo capᵒ ꝑᵒ. qui dicit ꝙ foꝛma que eſt idiuiſibilis nõ eſt icōueniēs ꝙ diuidat̃ duobus modis. ſ. per eēntias dr̃iarū: ⁊ per diuiſionē ſubi. ergo ceſſante illa diuiſione que eſt per ſubm nõ remanet niſi illa que eſt per dr̃ias ⁊ illa nõ ꝯfert ei ꝙ ſit pticulare eo ꝙ nõ deducit niſi ad ultimam ſpēm que eſt uĺis. Ex hijs ergo habet̃ ꝙ oĩs foꝛma pſe ſine ſubo uĺis eſt ergo ſi angeli ſunt foꝛme ⁊ ſube perſe ſepate a ſubiectis: angeli qdē ſunt uĺes ⁊ nõ pticulares ypoſtaſes. Qđ aūt non ſint in materia nõ idiget diſputatione. Preterea querit̃ de hoc qđ dicit̃ itellectualis cū enim dr̃ia ſit de ꝑncipijs eē videt̃ ꝙ nõ debeat ſumi a ꝯñtibus. potētia aūt intelligēdi ꝯñs eſt eſſe ſpūs itellectualis ergo dr̃ia diffinitiua nõ debet ſumi ab ipſa. ¶ Itē q̄re dicit intellectualis potius q̄ȝ rõnalis. Poſtea querit̃ de hoc qđ dicit ſemp mobilis. cū enim in rebus ꝑpetuis idē ſit poſſe ⁊ eē tunc videt̃ q: ſi ſemp mobilis eſt angelus ꝙ ſemp mouet̃ ⁊ ſic nunq̄ȝ q̄eſcat. Preterea aut dicit̃ ſemp mobilis motu nãli pſe: aut motu uolūtario pſe: aut motu per accñs. Si ꝑmo mõ aut q̄ mouet̃ per gñationē uel coꝛruptionēʒ uel per motū alimēti uel ẜm locuʒ ⁊c̃. Et patet ꝙ nõ mouet̃ motu ſube. ſ. motu gñationis ⁊ coꝛruptionis: nec etiam motu quãtitatis. ſ. augmēti ⁊ diminutionis ergo ſi mouet̃ hoc eſt ẜm alterationē uel ẜm locū. Qđ nõ ẜm alterationē. ꝓbatio q: dic̃ phs ꝙ nõ eſt alteratio niſi in vna ſpecie q̄litatis que eſt paſſibilis q̄litas uel paſſio ⁊ tales q̄litates hñt cõtrariū ⁊ mãm ſenſibilē que nõ põt eſſe in angelis. Si aūt dicat̃ ꝙ alterant̃ ẜm ſciētias ⁊ ignorãtias hoc erit ꝯtra beatū Bernardū qui dicit ꝙ accipiunt ſcias ſucceſſiue ſicut nos. Preterea dicit Augᵒ. 12ᵒ. cõfeſſionū. duo repio que feciſti carētia tꝑibus cum tibi neutrū coeternū ſit vnū q: ita foꝛmatum eſt ut ſine ullo defectu cõtēplationis ſine ullo interuallo mutationis q̄ȝuis mutabilis nõ tñ mutat̃ tua eternitate atq̄ȝ imutabilitate ꝑfruat̃ alteꝝ qđ ita infoꝛme erat ut ex qua foꝛma in quã foꝛmã mutationis uel ſtationis mutaret̃ quo tꝑe ſubderet̃ non hēret. Ex quo patet ꝙ angeli ſunt ſupra tēpus ⁊ nõ mutant̃ ẜm alterationē de foꝛma in foꝛmaʒ. Si dicat̃ ꝙ mobiles ſunt ẜm locū. Cõtra oē mobile ẜm locuʒ eſt quãtū ⁊ ꝯſtat ex quãtitatibᵘ: angelus nõ eſt huiuſmodi ergo nõ eſt mobilis ẜm locū. Si ꝓpter hoc dicat̃ ꝙ habet motū uolūtariū. Cõtra motus ille eſt ꝓceſſiuus ẜm locū hñs oꝛgana determinata ad ꝓcedēdum ut pedes ⁊ alas ⁊ huiuſmodi ⁊ talia nõ hñt angeli. Si dicat̃ ꝙ mouent̃ motu per accñs hoc nõ põt eē niſi duobus modis ſ. ut moueant̃ a cauſa extrinſeca uel a cauſa ifinita ꝙ ẜm phm eſt idē ei qđ eſt per accñs. Si ꝑmo mõ tūc motᵘ eſſet violētus ⁊ per potētiã ad illū nõ debet diffiniri angelus. Si ſcđo mõ tūc motus erit ei ifinitus. hic enim motus in oĩbus eſt ⁊ ideo de eo nõ eſt diſciplina q: infinita eidē accidūt ut dicit phs ⁊ ſic nõ eſt ꝑncipiū cognoſcēdi nec dr̃ia poſitiua in diffinitione. Preterea q̄re dicit ſemper mobilis cū oĩs dr̃ia ꝯueniat ſemp: ẜm hoc enim videt̃ abūdare in appoſitione ſupflui. Deinde obijcit̃ de hoc qđ dicit̃ arbitrio libera. libertas enim arbitrij cognoſcit̃ in electione boni ⁊ mali ⁊ cū angelis nõ ꝯueniat eligere bonū ⁊ malū q: ꝯfirmati ſunt in bono uel in malo nõ vident̃ habere libtatē arbitrij. ¶ Poſtea querit̃ de hoc qđ dicit incoꝛpea. dicit enim infra ꝙ angelus nõ eſt incoꝛpea ſuba niſi quo ad nos. compatione eniʒ dei coꝛpus eſt. Preterea hõ dicit̃ res coꝛpea q: habet coꝛpᵘ ergo ſiĺiter cū angelus hēat coꝛpus debet dici ſuba coꝛpoꝛea. Qđ aūt angelus hēat coꝛpus videt̃ q: dicit Apuleius phus in liᵒ de deo ſocratis. ꝙ demones ſunt aĩalia itellectualia coꝛpe aerea ⁊ tꝑe eterna. ⁊ iſta diffinitio mĺtū tractat̃ a btõ Aug̃ in multis libꝛis ⁊ nõ contradicit ei. Preterea Bernardus ad eugeniū ꝙ opinabile eſt angelos habere coꝛpa. ¶ Itē Gregoᵒ dicit ꝙ ſtella creatura. ſ. irrõnalis oſtēdit gētibus chꝛiſtū. ſ. tribus magis. ſed iudeis rõnale aĩal ꝑdicauit. ſ. angelus. ergo angeli ſunt rõnalia aĩalia ⁊ per ꝯñs ſuba coꝛporea ut patet in diuiſione Poꝛphirij. ¶ Itē Plato qui ponit calodemones: ⁊ catho dū ponit eos hēre coꝛpa. Poſtea querit̃ de hʒ qđ dicit deo miniſtrãs. miniſtrare enim deo eſt actus grẽ ⁊ ita videt̃ ꝙ natura angeli nõ ſit determinabilis per illuʒ actū. Preterea differētia illa nõ videt̃ ꝯuenire oĩbus angelis ſed tñ bonis. ¶ Item cū qdã aſſiſtãt ⁊ qdã miniſtrēt ſicut dicit̃ in Daniele. milia miliū miniſtrabãt ei ⁊ decies cētena milia aſſiſtebãt ei. q̄re potiᵘ determiat̃ angelus per miniſtrare q̄ȝ per aſſiſtē. ¶ Ultᵒ q̄rit̃ de hʒ qđ dicit ẜm grãm ⁊ nõ ẜm nãm imoꝛtalitatem ſuſcipiēs. videt̃ enim hoc nõ eē uerum cum in natura nõ hēat ꝯtrarium ⁊ nihil coꝛruptibile ſit niſi qđ cõponit̃ ex ꝯtrarijs. Preterea dicit phus ꝙ oĩs ſuba coꝛruptibilis aut eſt cõpoſita aut ſup cõpoſitam delata. Si ergo angelus natura coꝛruptibilis eſt aut eſt ſuba cõpoſita aut delata ſuper ſubam cõpoſitam ſicut eſt ſenſibilis ⁊ uegetabilis in ſbſtãtijs: ⁊ patet ꝙ nõ ultimo mõ q: ãgelus nõ eſt aĩa de/

ꝓportionabiliter aſcēdit. ¶ Ad id qd̓ obijcit̃ de obtuſi/
one ⁊ mālitate videt̃ cōcedēdū eſſe. ¶ Articulus 7°.

6 **Ecundo queritur** ſȝ quid
ꝯueniat angelis purgare illuminare ⁊ pficere.
Et videt̃ ꝙ ſm idē q: in iuſtificatione impij ad infuſio/
nem gr̃e ſeqtur purgatio a culpa ⁊ pfectio ſm virtutes. ſi
cut habet̃ in glo. ſup 6° ad Ro. ſup illud quos p̄deſtina
uit hos ⁊ uocauit ⁊ quos uocauit hos ⁊ iuſtificauit ⁊ q̊s
iuſtificauit hos ⁊ magnificauit. eadē enim eſt gr̃a uocās
⁊ iuſtificās ⁊ magnificās. igit̃ a ſil'i videt̃ ꝙ idem ſit pur
gās ⁊ illuminās ⁊ pficiēs ⁊ ideo nō vident̃ eē tres actus
Jtē qcqd ꝯſeqtur aliqd ſemp i ſubto hoc videt̃ eē idiui/
ſum ab ipſo: ſed purgatio ſemp ſeqtur illuminationē in
ſubto purgato igit̃ videt̃ eē indiuiſa purgatio ab illumi
natione ⁊ ita nō ſunt duo actus ſed vnus. Si forte dicat̃
ꝙ hic eſt vnus actus differēs ſm terminos ſicut etiaȝ in
naturis eſt vnus terminus a quo ⁊ ad quem. ¶ CON
TRA q: ſm hoc cū nō ſit niſi duplex termin⁹ in actu. ſ.
a quo ⁊ ad quē nō debēt hic eē niſi illa duo. ſ. purgare ⁊
illumiare ⁊ ſic ſuꝑuacuū erit pficē. Preterea q̊rū diffini
tiones ſunt diuerſe ipſa ſunt diuerſa: ſed diffinitiōes ho
rum ſunt diuerſe ergo ⁊ ipſa ſunt diuerſa. Probatio me
die. dicit Dio⁹ 3° cap° celeſtis hierarchie. Oportet itaqȝ
ut eſtimo purgādos qdam puros pfici oino ⁊ oi libera
ri diſſil'itudinis ꝯfuſione illuminādos ꝟo replexi diui/
no lumine ad ꝯtēplatiuā habitudinē ⁊ virtutē in caſtiſſi
mis mētis oculis reducēdos ⁊ impfectos reſtaurandos
pticipes fieri exploratoꝝ ſacroꝝ pfecte ſcie. Ex hijs patet
ꝙ diffinitiones hoꝝ ex pte paſſiuoꝝ ſunt diuerſe. ſ. pur/
gari illuminari ⁊ pfici. ¶ Si forte dicat̃ ꝙ iſta ſūt eadeȝ
ex pte agētis: hoc iterū videt̃ eē ꝯtra Dioᵐ. dicit eniȝ ꝙ
oportet purgationes magnitudine purgationis alij tra/
dere ꝓpria caſtitate. illuminationes autē ut lucentiores
aios ad pticipationē luminis ⁊ diſtributiones ꝓpe hñ/
tes ⁊ ditiſſime ſcē claritatis repleti oino ſummū ſuꝑex/
cellēs lumē in eos qui digni ſūt honores ſuꝑuehē. Per
fectiores ꝟo tanq̄ȝ p̄ceptores pfecte traditionis pficere
⁊ pficiēdos ſciſſima doctrina per inſpectoꝝ ſacroꝝ ſciam
Ex hijs videt̃ ꝙ purgatores purgāt caſtitate: ⁊ illumia/
tores illumināt lumine. ⁊ pfectores pficiūt p̄cepto perfe
ctiſſime traditionis. Cū ḡ iſta tria nō ſūt eadem nō erit
idē purgare pficē ⁊ illuminare. ¶ Juxta hoc querit̃ de
ordine illoꝝ triū. Et videt̃ ꝙ ꝑmū ſit purgare: q: anteq̄ȝ
iducat̃ forma oportet remouē a ſubto ꝓuationē ⁊ diſpō/
nē ꝯtrariā. Sed videt̃ ecōuerſo ꝙ pficē ſit ꝑmū q: pficē
eſt ſm actū ⁊ actus ꝓor eſt ut dicit phus 9° methaᶜᵉ tpe ⁊
rōne ⁊ ſuba. ¶ Jtē videt̃ ꝙ illuminare ſit ꝓus: q: per il
luminationē ſit purgatio ⁊ pfectio. ¶ Solo iſti⁹ qōnis
determiat̃ a Dio° in de celeſti hierarchia cap° 7°. ubi ſic
dicit. Cōprehēdēs aūt ⁊ hoc dixerim fortaſſis nō in me/
rito ⁊ purgatio eſt illuminatio ⁊ pfectio diuine ſcie ⁊ aſ/
ſumptio. ¶ Jgnorātia qdē utpote purgās ſm ordinem
inclyta ſcia pfectarū doctrinarū illuminās aūt ipſa diui/
na cognitione per quā ⁊ purgat nō ꝓus ꝯtēplatiue quaȝ
manifeſtat per altiorē illuminationē ⁊ pficiēs iterū ipſo
lumine ſm habitū ſcia luciditſſimarū doctrinarū: hoc eſt
ꝙ per illuminationē vnā ſolā fiūt iſta tria. ſ. purgatio: il/
luminatio ⁊ pfectio. ſed quātū ad remotionē ꝓuationis
que eſt ignorātia dicit̃ purgatio ⁊ quātū ad imiſſionem
luminis qd̓ nō ꝓus ꝯtēplat̃ niſi manifeſtet̃ ei altior illu/
minatio dr̃ illuminatio. Jnquantū aūt explorat ſacra in
ipſo ſcibili cuius accipit illuminationē dicit̃ pfectio. Et
ad hoc itelligēdū reuocādū eſt ad memoriam qd̓ ſuꝑ di
ctū eſt in theophanijs eē duo. ſ. lumē eleuās itellectuȝ ⁊
ſcibile diſtinguēs eūdē. Et qñ accipit̃ ſcia de ipſo ſcibili
diuino dicit Dio⁹ angelos pticipes fieri exploratoꝝ ſa/
croꝝ pfecte ſcie ⁊ per hoc reduci ⁊ reſtaurari ad pfectū.
Scdm̃ hoc igit̃ bñ ꝯcedim⁹ ꝙ iſta tria fiūt vna ſola illu/
minatione. ſed ſicut in motu tria ſūt. ſ. termin⁹ a quo ⁊ in
quē: ⁊ finis mot⁹. ita hic ſunt tria ⁊ penes terminū a quo
dr̃ purgatio. ⁊ penes terminū ad quē dr̃ illuminatio. pe
nes finē aūt ꝓpter quē eſt totū dr̃ pfectio. hic aūt finis ni
hil aliud eſt niſi ut fiat exploratio diuine ſcie illuminati/
one p̄cepta. ¶ Ad id igit̃ qd̓ obijcit̃ de Dio° ꝙ ipſe vi
det̃ dare diuerſas diffinitiones. Dicēdū ꝙ ipſe ꝯſiderat
iſta tria penes drĩam terminoꝝ ⁊ finis ⁊ penes drĩaȝ ei⁹
qd̓ eſt ad finē ⁊ nō penes ſubam illuminationis qua oia
iſta fiūt. oia eniȝ iſta tria ſūt idē in ſuba ſȝ differūt penes
eē ⁊ rōnes. ¶ Ad id qd̓ obijcit̃ de caſtitate ⁊c. dicēdū ꝙ
caſtitas dr̃ ibi appropinqͭtio itellect⁹ ad vnū quātū enim
magis appropinqͭt ad vnū ꝑmuȝ tāto magis pficitur in
multis ⁊ uariatur lux in illis. hoc autem contingit quia
finis eſt vnus: ea aūt que ſunt ad finē ſunt multa ⁊ ptita.

¶ Ad id aūt qd̄ dr̄ de pcepto traditiōis. dicēdū ꝙ pceptuz dicit ibi pncipiū ⁊ regula reductionis ad finē: ſicut etiam dicit ars collectio pceptoꝝ ad eūdem finē tēdētiū vnde pceptū ibi traditionis non eſt niſi illuminatio per quā anagogice reducunt ⁊ in explorationē ⁊ inſpectionem ſacroꝝ que ſunt doctrina ⁊ ſciētia illuminationis. ¶ Ad illud qd̄ querit de ordine dicēdū. ꝙ tripl'r conſiderādo tres hnt ordines iſta tria. Si enim ꝯſiderant iſta tria ex parte ſubi tūc eſt pmuz purgatio. 2m illuminatio. 3m eſt pfectio. ⁊ iſte ordo eſt ſm rōnem gnationis eoruz in ſubo. Si aūt ꝯſiderent ex pte agētis tūc pmū eſt illuminatio. 2m purgatio. 3m eſt pfectio. q2 agēs pmo formā ſm quam eſt actus coicat que cōſequent remouet a ſubiecto priuationem oppoſitam ⁊ ultimo inducit finē. Si vo ꝯſiderent ſm rōnem pfecti ⁊ optimi ſic pfectio eſt pmum. illuminatio 2m. ⁊ purgatio 3m. ¶ Ad hoc aūt qd̄ obijcit ꝙ phus dicit ꝙ actus eſt por tpe. dicēduz ꝙ hoc uerū eſt in diuerſis ſed nō in vno. in vno enim ⁊ eodez potentia prior eſt actu tempore ſed ſubſtantia ⁊ ratione poſterior. ¶ Articulus 8us.

## t Ertio queritur

Utrū cōueniant eis ſm diſtinctionē hierarchiarum uel ordinuz uel pſonarū. Et videt ꝙ rōne hierarchiarū: q2 dicit beatus Dionyſius de pma hierarchia que eſt ſeraphin ⁊ cherubin ⁊ thronoꝝ 7o cap. ſic in pmis eſſentijs que poſt ſubſtantificā earū diuinitatē collocate ſunt ⁊ ueluti in ueſtibulis ipſius ordinate oēm ſunt inuiſibilē ⁊ viſibilē ſupexcedētes factā virtutē ppriā eſtimādū eſt eē ⁊ oino eqformē hierarchiā. lra ſic ordinat: ppriā ⁊ oino eqformē hierarchiā eſtimādū eſt eē in pmis eētijs. Ex h̄ accipit ꝙ cū pma hierarchia tota ſit eqformis nō illuminat in ea ordo ordinē uel pſona pſonā. igit cum angelis ꝯueniat purgare ⁊ purgari ⁊c. videt ꝙ hoc cōueniat eis rōne diuerſarū hierarchiaꝝ ⁊ nō rōne vnius hierarchie Idē habet ex hoc ꝙ uocat eā ppriā hierarchiā. qd̄ enim aliūde eſt nō videt eē ppriū. ¶ Sed ꝯtra Dionyſi9 dicit in 4o cap celeſtis hierarchie. Et in eqpotētibus iſta lex diffinit ab omni ſupeētialis ordinis pncipatu ⁊ p vnaquāq3 hierarchiā pmos ⁊ medios ⁊ ultimos eſſe: ut ordinationes ⁊ virtutes ⁊ minoꝝ eſſe diuiniores doctores ⁊ manuductores in diuinā adductionē ⁊ illuminationē ⁊ coicationē. Ex hoc accipit ꝙ in hierarchia eqpotēte vnus illuminat aliū ⁊ pficit aliū. ¶ Itē videt ꝙ vnaquaq3 pſona hēat alios actus ad ſeipſam ⁊ ad aliā: q2 ita dicit Dionyſi9 in 10o cap celeſtis hierarchie. Secūdum ſeipm vnuſqſq3 ⁊ celeſtis ⁊ humanus aīus ſpeciales habet ⁊ pmas ⁊ medias ⁊ ultimas ordinationes ⁊ virtutes addictas per vnaquāq3 hierarchiā ⁊ illuminationū proprias anagogas hierarchiarū illuminationū anagogas dico dictas per vnūquēq3 angeluz. Ex hoc habet ꝙ glibet angelus pōt ſeipm illuminare ex anagoga illumiationis ſupioris: ⁊ pōt illuminare etiā aliū angelū ſm illuminationē inferioris anagoge. ¶ Solutio dicēdū ꝙ hierarchia hierarchiā pōt illuminare ⁊ ordo ordinē ⁊ pſona pſonā: ſed nō pſona ſeipam. ¶ Ad pm aūt dicēdū ꝙ tres ordines in pma hierarchia dicunt eqformes quātū ad actū ppriū hierarchie de quo dicet inferius. ſ3 nō ſunt eqformes quātū ad illuminationes ſpāles. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ hierarchie dicunt pprie que ſunt in primis trib9 ordinib9 eo ꝙ nō habent niſi a ſolo deo. Alie aūt inferioꝝ habent etiā ab angelis ſm quēdā moduz. ¶ Ad ultim dicēdū ꝙ nō intēdit Dionyſius ꝙ angelus ſeipm illuminet: ſed in quolibet angeloꝝ ſūt triformes illuminationes appropriabiles tribus hierarchijs quod planum erit in ſequentibus. ¶ Articulus 9us.

## q Uarto queritur

cui ꝯuenit per pri9 ⁊ cui per poſteri9. in natura eni vnū eſt mouens pmum qd̄ nullo mō mouet. ⁊ vnū eſt motū ultimū qd̄ nullo mō mouet: ⁊ ſunt media īter hec que mouēt ⁊ mouent. ¶ Et ſi querat cui pſe cōuenit mouere. Rūdet ꝙ illi moueti qd̄ nullo mō mouet. Silr motuz ꝯuenit ei pſe pmo qd̄ nullo mō mouet: maxie eniz mouet qd̄ ab oibus motorib9 mouet: ⁊ maxime mouet qd̄ oēs alios motores ⁊ mobilia mouet. igit ſilr cū deus ſic illuminet ꝙ nullo mō illuminet ⁊ oia illuminata illuminātia illuminet ſibi illuminare erit ppriū. Et qd̄ ſic illuminat qd̄ nullū aliud illuminet poſt ſe ⁊ illuminatur a quolibet illumiare q2 a deo ⁊ angelo ſibi maxime erit ppriū illuminari. Et hoc videt dicē Diony9 in 4o capo celeſtis hierarchie. ubi dicit de ſupiorib9 eētijs ꝙ pmo in ſe educūt diuinā illuminationē ⁊ in nos pſe deferunt que ſup nos ſunt manifeſtationes. Et hoc videt eſſe cōcedēdū: q2 quāto ſupior eſt itellectualis aīus tāto magis eſt ei ppriū illuminare eo ꝙ plures illuminat ⁊ a paucioribus uel a nullis illuminat. Et quāto inferior eſt tāto ꝯuenit magis ei pſe illuminari ⁊ nō illuminare q2 a pluribus illuminat ⁊ pauciores uel nullos illuminat.

## d Einde queritur

Qualiter hijs actibus utunt ad aīas hoiuz. Et querunt tria. quoꝝ pmū eſt Utrū in nobis poſſint facere itellectū diuinū. 2m per quē modū faciūt ſi faciūt. 3m per quem modum poſſunt nos perficere in affectu.

¶ Utrū angeli faciāt in nobis itellectū diuinū Ar9 10o.

## a D primuz proceditur ſic.

Dicit Dio9 in de celeſti hierarchia capo 11o. ꝙ archāgeli angelis coicāt illuminationes ⁊ angeli nobis ſm vniuſcuiuſq3 illuminatoꝝ analogiaz. Et ita videt ꝙ dāt nobis illuminationes ⁊ ita faciūt in nobis itellectuz diuinū. ¶ Item ibidē poſt aliquātū. Prima qdē hierarchia manifeſtius illa vo que eſt poſt ipſaz occultius. pncipatuū aūt archāgeloꝝ ⁊ angeloꝝ hierarchia diſpoſitionē humanis hierarchijs per ꝓuītiam pcipe ut ſit per ordinem ad deū aſcēſus ⁊ ꝯuerſio ⁊ vnitas. ex hoc accipitur idē. ¶ Itē Aug9 in 12o ſup geneſim ad lrām. ſicut ī iſta luce corpea eſt celū qd̄ ſupra terrā ſuſpicimus vn̄ luminaria clarēt ⁊ ſydera que corpa longe ſunt meliora terreſtribus: ſic in illo gn̄e ſpūali in quo videnī corpoꝝ ſilītudines luce qdā incorpali ac ſua ſunt quedā excellentiſſima ⁊ merita diuina: que demōſtrat Aug9 diſtinguens miris modis. Utrū viſa facili qdā ⁊ ppoteti iūctiōe etiā nr̄a faciētes: alij ſciētes neſcio quo mō ī ſpū nr̄o iformare viſionem difficil' pceptū ⁊ diffinitiones. Ex hoc accipit ꝙ angeli formāt in nobis viſa ſua miris modis ⁊ ita manifeſtāt nobis ſuas illuminationes. ¶ Itez angelus illuminat angelū ergo multo fortius illuminat animas. Preterea ſicut ſupra ſepe habitū eſt lex hierarchiarū eſt per pa 2a reducere. Cum igit angelus ſit pmus ⁊ aīa ſit 2a aīa reducit per angelū: ergo multo fortius illuminat aīas. ¶ Item habitū eſt ſupra in auctoritatibus iductis ꝙ pphete illuminati ſunt per angelos ſicut Zacharias qui ait: angelus qui loquebat in me. ⁊ ſilr antiqui patres. ſ. abrahā yſaac ⁊ iacob moyſes ⁊ ioſue ⁊ alij qui docti ſunt multa per angelos. ergo videt ꝙ tradāt nobis illuminationes. ¶ Cōtra dicit Aug9 ꝙ nihil eſt īter mētem nr̄am ⁊ deū. ergo videt ꝙ ſicut in mētem deſcēdūt illuminationes a deo in ſummā hierarchiā ꝙ immediate debeant deſcēdere in nos. Item hoc idem videt dicere pſalmiſta. Audiā qd loquat in me dn̄s deus. ¶ Itē ſicut a ieſu ſm Diom ſupiores immediate in mēte recipiūt illuminationes ita ⁊ nos. recipimus aūt reſurrectionem per pdicationē: ⁊ poſt reſurrectionem quādo duobus diſcipulis eūtibus in emaus interptabat de oibus ſcripturis ⁊c. ¶ Solo dicim9 ꝙ aīe recipiūt illumina/

tiones ab angelis. ¶ Sed notãdũ ꝙ aliud eſt immitte re cogitationẽ: ⁊ aliud intẽdere ⁊ dare illuminationem. Immittẽ enim (ut dicit Beda) eſt intus creare ⁊ facẽ cognitionẽ. intẽdere aũt eſt intus factã inflãmare: ⁊ de hijs duobus erit ſermo in qõne de deceptionibus demonũ. Dare aũt illuminationẽ eſt dare reuelationẽ de aliquo itelligibili occulto. ¶ Ad illud qđ obijcit̃ de Aug̃ dicendũ ꝙ quãtũ ad btificationẽ ⁊ rõnem imaginis nihil eſt inter nos ⁊ deũ. imediate enim creauit nos ad imaginẽ ſuam: etiã imediate ſiliter ſic btificabit nos per ſeipꝫ ſed nihil ꝓhibet quãtum ad modũ pcipiẽdi illuminationes aliqđ eẽ mediũ inter nos ⁊ ipm. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ lꝫ dauid dicat ꝙ deus loquat̃ in ipſo ꝙ ex hoc nõ ſequit̃ ꝗn etiã per angelũ poſſint fieri tales illumiatões: q: dicit Dionyſius in de celeſti hierarchia capᵒ 5ᵒ. Excellẽtes quidem ordines hñt inferioꝝ ordinũ illuminationes ⁊ virtutes non aũt ꝑticipãtes excellẽtiũ ſe ſunt ultimi. Vñ qcqd inferior põt ⁊ ſuperior ſed nõ ꝯuertit̃. ¶ Ad ultiᵐ dicẽdum ꝙ chriſtus nobis tradidit imediate illuminatiões q: ipſe ſuꝑmus illuminator eſt qui oĩa põt que poſſunt inferiores ſed non conuertitur. ¶ Articulus 11ᵒ.

**S**ecundo queritur per quẽ modũ faciũt in nobis angeli intellectũ diuinũ. Cum enim duo ſunt in illuminatione lumẽ. ſ. ⁊ ſcibile. ¶ Querit̃ utrũ utrũqꝫ poſſit fieri ab angelo in aĩa aut alterum tñ. Et videt̃ ꝙ utrũqꝫ: q: cũ reuelationes ſint de occultis quoꝝ noticia neqꝫ per ſtudiũ: neqꝫ per nãm eſt in aĩa videt̃ ꝙ utrũqꝫ oportet hẽre ab angelo illuminante. Itẽ ſic legit̃ de ꝓphetis ꝙ diſtincte ꝑnũciabãt futura ⁊ illuminationẽ ⁊ hoc nõ poterat eẽ niſi hẽrẽt illuminationẽ diſtinctã ⁊ hãc illumiatiõnẽ hũerũt per angelos (ut dicũt ſcti) igit̃ angeli diſtincte illuminãt. Silr̃ expſſe legit̃ ꝙ quoſdã illuminauerũt ad ſenſum ſicut abraham ⁊ loth ⁊ qſdã alios: quoſdã aũt ad imaginationẽ ſic danielẽ fecit itelligẽ viſionẽ. ¶ Querit̃ ḡ utrũ illuminationẽ imediate pñt impmẽ in itellectu ſine ſenſu ⁊ fãtaſia. Et videt̃ ꝙ nõ q: hec eſt altiſſima ꝑs aĩe nr̃e inter quam ⁊ deũ nihil eſt mediũ (ut dicit Augᵒ) in qua ſumus eq̃les angelis: eq̃lis aũt non eſt equalẽ illuminare. ¶ SED CONTRA dĩ de moyſe in exodo ꝙ angelus qui in pſona dñi dedit ei legẽ loquebat̃ ei ore ad os ſicut hõ loquit̃ ad amicũ ſuũ. vñ etiã cornuta facta eſt facies moyſi Et dicũt ſcti ꝙ ore ad os loq ⁊ facie ad faciẽ ad itellectuꝫ loq eſt. Itẽ dicit iacob geneſis. 32ᵒ. Vidi dñm facie ad faciẽ ⁊ ſalua facta eſt anima mea. Itẽ itellectualis viſio eſt magis cõformis intelligẽtie angelice q̃ꝫ imaginaria uel ſenſibilis ſeu corpalis: ḡ videt̃ ꝙ magis pñt angeli ꝑꝫ illã illuminare q̃ꝫ ꝑm alias. ¶ Solutio dicimᵒ ꝙ tripˣ eſt modus q̃bus angeli illuminãt aĩas. ſ. ad ſenſũ: ⁊ ad imaginationẽ ⁊ intellectũ ꝑm tripˣ genᵒ viſiõis diſtinctũ ab Aug̃ ſup geneꝭ ad lr̃am xijᵒ. illũiatio tñ pfecta nõ fit niſi ꝑm itellectũ. vñ ꝯcedimus ꝙ angeli in itellectũ pñt imprimẽ lumẽ ſub quo fit cognitio ⁊ ipſa cognoſcibilia ꝑm ſpẽs ſuas. Dicimᵒ eniꝫ ꝙ ſicut obedit eis materia ad aſſumptionẽ corpoꝝ ſic obedit eis ⁊ ad abſtractionẽ ſpẽrũ Vñ ſicut itellectᵒ agẽs ſpẽs abſtrahit a fantaſmatibus ⁊ vnit eas itellectui poſſibili ꝑm ordinẽ ad ſciam ⁊ opᵒ ſic itelligẽtia angelica lumine ſuo abſtrahit ſpẽs a fantaſmatibus ⁊ cõponit cũ itellectu aĩe ꝑm ordinẽ ad reuelationem occultoꝝ. ¶ Si aũt querat̃ ubi ſint fantaſmata a q̃bus abſtrahit. Dico ꝙ ſint in aĩa ⁊ pñt fieri in aĩa utroqꝫ duoꝝ modoꝝ. põt enim angelus facẽ in ea de nouo per viſionẽ ſenſibilẽ uel imaginatiuã. Põt etiam in ea facta nãliter ordinare ⁊ cõponere ⁊ diuidere ꝑm exigẽtiaꝫ reuelationis ꝑm quã intẽdit illuminare. Et hos modos dicit Augᵒ miros modos q̃bus angeli viſa ſua impmunt in aĩas. Qualr̃ aũt hñ modi ꝯueniãt viſioni ꝓphetice ⁊ viſioni ſupioꝝ ⁊ alijs modis reuelationis alibi dicetur.

¶ Ad obiectũ aũt in ꝯtrariũ dicẽdũ ꝙ quãtũ ad nãm igñe ſumus eq̃les angelis ꝑm intellectũ. quãtum ꝟo ad ꝑtẽ cõparatã ad actũ ſumus ineq̃les q: ipſi intelligunt deiformiter: nos humane ut dicit Dionyſiᵒ. Ex hijs patet ſolutio ad totum. ¶ Articulus 12ᵒ.

**T**ertio queritur per quẽ modum pñt nos pficere in affectu. Qđ enim hoc pñt videt̃ per hoc ꝙ triplex eſt actᵒ eoꝝ. ſ. purgare pficere illuminare. ⁊ lꝫ ſe inuicẽ nõ purgẽt a pctĩs q: non hñt tñ nos idigemᵒ purgatione illa. Purgatio aũt illa a peccato nõ fit niſi per grãm ⁊ ita pficiũt affectũ nr̃m ꝑm gratiã ut videt̃. Itẽ hoc expſſe videt̃ in vjᵒ. Yſaie ubi dicit̃. Volauit ad me vnus de ſeraphin ⁊ calculo queꝫ forcipe tulerat de altari tetigit os meũ ⁊ dixit. Ecce hoc auferet̃ iniq̃tas tua ⁊ pctm̃ tuũ mũdabit̃. Itẽ dicit Beda ꝙ incẽdũt nr̃as cogitationes ⁊ nõ pñt accẽdere niſi apponant ignẽ in affectum. ignis aũt affectus nõ eſt niſi charitas. Preterea demones pñt mouẽ ꝯcupiſcẽtiã in malũ ergo multo fortius angeli boni pñt mouẽ affectũ in bonum. Sed ꝯtra Yſaie. 43ᵒ. Ego ſum qui deleo iniq̃tates tuas ꝓpter me ⁊ pctõꝝ tuoꝝ nõ recordabor. ergo videt̃ ꝙ nemo delet iniq̃tates niſi ſolus deus. Silr̃ ſic crearẽt graꝫ creare aũt nõ ꝯuenit angelis. Preterea grã nõ eſt ab homine chriſto ꝑm ꝙ hõ eſt: igit̃ multo minus ab angelis: q: etiã angeli ab humanitate chriſti recipiũt illuminationem. Qđ aũt grã nõ ſit ab hoĩe chriſto ꝑm ꝙ eſt hõ. Dicit beatus Bernardus ſup capᵒ. 7ᵒ. ſic. Proculdubio capit magis qui grãs agit qñ deũ tãgit ⁊ nõ hoĩem nõ q: nõ ſit hõ qui deus eſt ſed q: deus ⁊ hõ vnus eſt chriſtus: ſꝫ q: omne bonũ a deo nõ ab hoĩe eſt etiã ipm qđ per hominẽ miniſtrat̃. ꝑfecto enim ſpũs eſt qui viuificat caro aũt nõ ꝓdeſt qc̃qꝫ. Preterea maledictus qui ponit ſpeꝫ ſuã in hoĩe. qñ ⁊ ſi ſpes nr̃a tota pẽdet ex hoĩe deo non tñ q̃a hõ ſed q: deᵒ eſt. Itẽ Jacobi pᵒ. Omne datũ optimum ⁊ oẽ donũ pfectũ deſurſum eſt deſcẽdẽs a pr̃e luminũ. ¶ Solutio cõcedimus ꝙ grã nõ eſt ab angelis nec etiã remiſſio pcti ſed a ſolo deo. vñ purgare angelorũ ineſt ex ꝑte itellectus nõ ex ꝑte affectus. Purgãt aũt a tribus aĩe intellectũ. ſ. ab ignorãtia ⁊ a nubilo fantaſiarum ⁊ a falſis opinionibus ꝓhibitarũ rõnũ que ꝯtrariãtur reuelationi. ¶ Ad hoc aũt qđ obijcit̃ de Yſaia dicẽdum ꝙ angelus miſſus ad eũ qc̃ũqꝫ fuerit purgationeꝫ illam opabat̃ in miniſterio ſicut ſacerdotes hoĩes habẽt opationẽ grẽ in exhibitione ſacramẽtoꝝ ⁊ hoc notat̃ expreſſe in mõ loquẽdi. Innuẽs enim angelus miniſteriũ ſuũ dixit. Ecce tetigi hic labia tua. opationeꝫ aũt grẽ retorquens ad alterũ dicit. ⁊ auferet̃ iniq̃tas tua ⁊c̃. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ intẽdũt per modum ammonitionis nõ ꝙ faciunt ignem. angeli enim (ut ꝑus habitũ eſt) opant̃ in intellectu illuminationem: ⁊ intellectus illuminatus per modũ ammonẽtis ⁊ cõſulentis ſe habet ad affectũ. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ cauſa ꝑma duplicem habet cõparationẽ. vnam ad uolũtatem impantem ⁊ ſic in ea nõ põt ludificare demon. altera cõparationeꝫ habet ad carnem ⁊ ſic in ea ludiſicabilia facit. Unde demon immediate ſuper uolũtatem ⁊ affectum non operatur ſed ex parte carnis trahit eum.

¶ De hierarchijs angelorum. Qõ ſeptima.

**C**onſequenter Querit̃ de hierarchijs angeloꝝ ⁊ queruntur ſex. quorũ ꝑmum eſt quid ſit hierarchia in cõmuni. 2ᵐ de diuiſiõe hierarchie per partes ipſius. 3ᵐ de ordinibus hierarchiarũ. 4ᵐ utrũ ordines manebũt poſt dieꝫ iudicij uel nõ. 5ᵐ q̃re oẽs ordines dicunt̃ angeli ⁊ ꝟtutes. 6ᵐ de ꝯnexiõe ⁊ ſynagoga ãgeloꝝ ¶ Articulus primus Quid ſit hierarchia.

r **Edeamus ergo** ad primum
querētes qd ſit hierarchia in cōmuni. Et ponā
tur diffinitiones Dionyſij. Dicit enim Dionyſius in de
celeſti hierarchia capo 3o. Eſt quidē hierarchia ſm me
ordo diuinus ⁊ ſciētia ⁊ actio deiforme quātū poſſibile
eſt ſimilans ⁊ ad inditas ei diuinitus illuminationes ꝓ
portionabil'r in dei ſimilitudinē aſcēdens. ¶ Jtē infra
in eodē capo hierarchie nomē ſacrā quādā uſ'iter decla/
rat diſpōnē imaginē diuine ſpecioſitatis in ordinibus
⁊ ſciētijs hierargicis ꝓprie illuminationis ſacrificantē
miniſteria ⁊ ad ꝓprium principiū (ut lꝫ) aſſimilatiuam.
¶ Jtem diffinit a quibuſdā ſic. hierarchia eſt ſacroꝝ ⁊
rōnabilium ordinata ptās in ſubditis retinēs dñatum.
Objicit aūt cōtra primā diffinitionē de hoc ꝙ dicit or/
do. ordo enim eſt pars hierarchie ⁊ ideo nō debet cade
re in diffinitione totius. Preterea dicit in ſententijs ꝙ
ordo eſt multitudo celeſtiū ſpirituū qui iter ſe in aliquo
munere gr̄e ſimilant: ſicut etiam nālium donoꝝ munere
cōueniūt ſm hunc modū cōſtat ꝙ nō ponit ordo in dif
finitione hierarchie q: nō oēs angeli in quibus eſt hie/
rarchia cōueniūt in munere gr̄e alicuius uel dono na/
ture. Preterea oīs ordo ſm pus ⁊ poſterius determiat
ſed dicit Dionyſius ꝙ illi qui ſunt vnius hierarchie ſunt
vniformes ⁊ eqpotētes in illa ergo hierarchia per ordi
nem nō debet determinari ſed potius per eqpotentiā.
Jtē diuinus ordo aut dr̄ ordo qui eſt in deo aut qui eſt a
deo: aut qui eſt ſm grāſ dei: aut qui eſt ſꝫ diſtributionē
officioꝝ dei. Si p°° ꝯtra dic Augus ꝙ in deo nō eſt ordo
niſi nāe. ordo nō quo altera pſonaꝝ ſit por altera: ſꝫ q̊ al
tera ſit ex altera. ḡ ſi talis ordo eēt in hierarchijs opteret
ꝙ vna hierarchia eſſet ex altera ⁊ vnus angelus ex alte
ro ⁊ nō prior eo: ⁊ hoc eſt incōueniēs: q: hoc non poſſet
eſſe niſi eſſent idem in eſſentia ⁊ diuerſi in pſona. Si ſe
cūdo mō tunc oīa eēnt in hierarchijs diſpoſita: q: (ſicut
dicit Augus) Deus oīa creauit in mō ſpecie ⁊ ordine. Si
tertio mō tunc oēs ordines diſtinguerent ſm dignitatē
⁊ ſpēm virtutū: qd nō eſt uerū cum nō ſint niſi ſeptē vir/
tutes. Et pterea multi ordinū a nulla ſeptē ꝟtutū deno/
minant ſicut throni: dñationes: pncipatus: ptātes: angeli
archāgeli. Si q̄rto mō dicat cū ſm apl'm vnuſqſqꝫ ordi
net ad deū in ꝓprio officio ſicut qui docet in doctrina
⁊ qui preeſt in ſollicitudine ⁊c. oporteret ꝙ hierarchia
multiplicaretur ſm talia officia ⁊ ſic eēnt multo plures
hierarchie q̄ꝫ tres qd nō eſt uerum. ¶ Preterea cū or/
do determinet ſm prius ⁊ poſterius: ⁊ prius poſterius
ſint eoꝝ que multipl'r dñr: querit per quē modū dicit
prius ⁊ poſterius in ordine hierarchie ⁊ nō pōt dici niſi
ſm illū modū quo pus dicit id qd dignius eſt: ⁊ ſic cū
ſm beatū Dionyſiū in vno ordine ſit dignius ⁊ indignius
etiam in vno ſolo agmine eſſet hierarchia qd falſū eſt.
Cum hierarchia vna ſpecialis cōſiſtat ad minus in tri/
bus ordinibus. Si ꝟo dicatur ꝙ ordo ſumit ibi ſicut di
cit cōmētum pro ordinata ptāte. Hoc nō videt quia ſm
hoc duo ſequētia. ſ. ⁊ ſciētia ⁊ actio oblique deberent ca
dere in diffinitione. nō enim ordinata ptās eſt ſciētia ⁊
actio: ſed ſciētie ⁊ actionis: uel ſm ſciam ⁊ actionē: ⁊ ita
deberet dici hierarchia eſt ordo diuinus ſcie ⁊ actionis.
uel ſm ſciam ⁊ actionē. ¶ Deīde querit de hac pte ſcia
⁊ querit ſm quē modū ponat in diffinitione ſcia. Cum
enī vnus ſolus ordo dicat a plenitudīe ſcie. ſ. cherubin
videt ꝙ nō in diffinitiōe claudēte oēs ordīes debet po/
ni ſcia. Jtē aut ſumit ibi ſcia pro illo que eſt de ſcibili cre
to: aut pro illo que eſt de ſcibili icreato. Si p°° tūc nō vi
det eſſe pars hierarchie: q: ſcia que eſt de ſcibili creato
eſt de pfectione cognitionis nālis ⁊ eſt ueſpera (ut dicit
Augus) potius q̄ꝫ ſit lumē ⁊ illuminatio ſm quā diſtin/
guit hn̄t hierarchie. Preterea illā hn̄t etiā demones qui
tn̄ nō hn̄t ordinem ſacrū ſiue hierarchiā. Si aūt ſecūdo
modo tūc nō eſt niſi duobus modis. ſ. per ſpeculū ⁊ in
enigmate: ⁊ per ſpēm ⁊ apte. ⁊ ſi eſſet pmo modo tūc fi/
des eſſet pars hierarchie ⁊ cōueniret fides angelis: qd
falſum eſt. Et ſi ſcdo modo hoc videt falſum: eo ꝙ illa
eſt obiectū beatitudinis ⁊ vite eterne ſm quā ordinant
oēs imediate ad deū: ⁊ ita ſm illā nō deſcēdūt illumia/
tiones ab vna hierarchia in aliam. ¶ Jtem hierarchia
quātū eſt de vi nois non dicit niſi ſacrū principatū ⁊ de
pfectiōe illius nō eſt ſcia. igit ſupflue ponit in diffinitio
ne. ¶ Ulterius querit de hoc qd dicit actio. Cū enim
ſtatus prie magis ſit determinatus quieti cōtēplationis
q̄ꝫ actioni videt ꝙ incōgrue ponit actio in diffinitione
hierarchie. ¶ Jtem nō videt ꝙ omni hierarchie cōue/
niat actio: q: quecūqꝫ ultima eſt inter hierarchias illa ni
hil agit. ¶ Preterea videtur ꝙ iſta tria ordo ſcia ⁊ actio
nō ſint de eſſentia hierarchie: ſed potius actus tres cō/
munes de quibus ſupra determinatū eſt: cum illi omni
hierarchie cōueniūt ut dicit Dionus. ¶ Deinde queritur
de hoc qd dicit deiforme: q̄ꝫtū poſſibile eſt ſimilās. dei/
forme enī dicit aut creatū aut icreatū. Si creatū tūc ſimi
lare hoc nō erit glorioſum: q: ſimilitudo ad creaturam
inquantum huius non eſt glorie ratio. Preterea dicit in
canonica pmo ioānes. Cū apparuerit ſimiles ei erimus
⁊ nō dicit ſimiles erimus alicui creato. ¶ Si aūt dicit
increatū tunc nō videt eſſe deiforme q: deiforme videt
eſſe formatū ad deū ⁊ ita diuerſum a deo. Jtem ſimilitu
do eſt (ut dicit Anſelmus) ex aliquo vno exn̄te in pluri/
bus: ſed nihil vnū eſt in deo ⁊ angelis. ergo videtur ꝙ
hierarchia nō ſit ſimilans deiforme. Jtem in eodē capo
poſt ita dicit ꝙ interptatio eſt quātū poſſibile eſt ſimili/
tudo ad deum ⁊ vnitas. Querit ergo q̊ mō ſil'itudo ⁊ q̊
mō vnitas. Et ſi forte dicatur ꝙ eſt vnitas ſpūs (ſicut di
cit aplus pa corinth. 3o) Qui adheret deo vnus ſpūs eſt
Hoc videt eſſe parū: q: iſta vnio ſpūs nō eſt niſi in con
cordia ⁊ ꝯſonātia uoluntatū: qual'r etiā hic quidā vniū/
tur deo per charitatē. ¶ Preterea dic Hilarius in lio de
eſſentia pr̄is ⁊ filij uoluntatis tm̄ interpretat prē ⁊ filiū
vnitatē. heretici mētiētes vnitatis noſtre ad deū uteban
tur exēplo nobis tanq̄ꝫ ad filiū ⁊ per filiū ad prēm obſe
quio tm̄ ac ſi uolūtate religionis vnitas nulla per ſacra/
mētū carnis ⁊ ſanguinis nālis ꝯiūctionis ꝓprietas in/
dulgeret cum ⁊ ꝓpter honorē nobis datū dei filij ⁊ per/
manētem in nobis carnal'r filiū ⁊ in eo nobis corpal'r
Et inſepabil'r vnitis myſteriū nature ac nālis vnitatis
ſit pdicādum. Et ita videt ꝙ ꝓpter ſumptionē euchari
ſtie nāliter ſit in nobis chriſtus ⁊ ſimus nāliter ſecū vnū
ſicut dicit ī euāgelio ioānis. vjo. Qui mādūcat meā car/
nem ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo. Et
ulterius videt ꝙ ſicut chriſtus eſt vnū cū pre: ita ⁊ nos
efficiamur vnū. ſicut dr̄ in euanḡ ioānis. xvjo. ubi dicit
ad prēm de apoſtolis ut ſint vnū ſicut ⁊ nos vnū ſumus
tu in me ⁊ ego in eis ut ſint in vnū ꝯſumati. ¶ Deinde
querit de ultima pte hac. ſ. ⁊ ad īditas ei illuminatiōes
in dei ſimilitudinē ꝓportional'r aſcēdens. Aſcēſus eni
ille nō eſt ſm locū ſed ſm dignitatē ⁊ quantitatē glorie
ſm hoc ergo quelibet hierarchia ſit ⁊ poteſt fieri altior.
ergo videt ꝙ media pōt exaltari ad primā ⁊ cum prime
ꝓpriū ſit (ut dicit Dionyſius) Jlluminationes īmedia/
te a deo accipe media exaltata accipiet etiā īmediate a
deo ⁊ ita de media ſit pma: qm̄ cui cōuenit actus ꝓprius
hierarchie alicuius illi etiam hierarchia illa attribuitur.
¶ Preterea ſm hoc vident hierarchie mutari: q: cōti/
nue data vni aſcēſio diuerſitatē inducit per participatio
nem illuminationū. ¶ Jtem querit de hoc qd dicit ꝓ/
portional'r. aut enim ꝓportio accipit ad naturā: aut ad
conatū nature: aut ad meritū. Et ſi pmo mō tūc lucifer
qui ſm aliquos ſanctos meliora oībus habuit nālia de
beret hēre altiſſimas illuminationes ⁊ ſimilitudines di
uinas: qd nō eſt uerū cum ipſe cū ſuis ad fundamenta

loci ſit de pſſus. ❡ Si aūt 2°° tūc cū aliqs de inferioribꝰ poſſit magis conari q̃ȝ aliqs de ſupioribꝰ pōt aliqs de iferioribꝰ fieri ſupio: ⁊ econuerſo. ❡ Itē ſequit̃ ſi 3° mō dicat̃ q: nihil ꝓhibet inferiorē plura hēre merita q̃ȝ ſuperiorem cū meritū ſit in uolūtate ⁊ libero arbitrio gr̃a adiuuāte que nulli negat̃. ❡ Preterea cōtra totā diffinitionē ſimul obijcit̃: q: nō videt̃ hierarchia eē ordo diuinus ⁊ ſcia ⁊ actio ⁊c̃. ſed potius ſubſtaliter videt̃ eſſe ſimilitudo ad deū cuȝ ⁊ vnitas agēs ⁊ ſciēs in modū ipſiꝰ dei: q: ſicut dicit Dionyſiꝰ i de celeſti hierarchia cap° 3°. Interp̄tatio hierarchie eſt ad deū quātū poſſibile eſt ſimilitudo ⁊ vnitas ipm hn̄s. ois ſacre ⁊ ſcie ⁊ actiōis ducem ad ſummū diuiniſſimū decorē inuariabilr̃ quideȝ vidēs quātuȝ ꝟo eſt poſſibile reformat ⁊ ſuos laudatores algalmata diuina pficit ſpecula clariſſima ⁊ munda receptiua p̄ncipalis lumīs. ❡ Itē dicit magr̄ Hugo de ſctō victore. ꝙ in eo ꝙ illuminant̃ angeli fiunt gr̃e participes: in eo ꝟo qđ illumināt efficiunt̃ ptātis ꝯſortes ⁊ cōſtat hijs duobus modis hierarchia ⁊ pficit̃ gr̃a ex officio ⁊ ꝟtute ⁊ miniſterio. Sed in diffinitione predicta nulla fit mētio ptātis in hoc qđ illumināt nec fit mētio gr̃e ⁊ officij ⁊ ꝟtutis ⁊ miſterij. ergo videt̃ ꝙ oīno ſit iperfecta. Itē dicit in 3° cap° celeſtis hierarchie ꝙ hier archia idite qđē claritatis eſt repleta eāq; iterū glorioſe i ea que ſequunt̃ declarās ꝑm diuinas leges. ꝗ videt̃ ꝙ p illuminationē ſupioꝝ deberēt diffiniri. ❡ Artic° 2°.

d **Einde queritur** de ſecunda

Et queritur p̄mo de hoc ꝙ dicit nomē hierarchie ſacrā quādā ul'ter declarat diſpōneȝ. Per iſtū eni modū loquēdi iſta ſacra diſpoſitio remanet īfinita ⁊ ide terminata: ⁊ ita nō erit diffiniēs nomē hierarchie. Preterea ois diſpoſitio uel eſt ꝑm ſitū uel ꝑm qualitatē. dicit enim ph̄s ꝙ ſitus eſt quedā diſpoſitio partiū. ⁊ ſilr̃ dicimus ꝙ materia per qualitates diſponit̃ ad formā. Querat̃ ergo quo iſtoꝝ modoꝝ ſumat̃ diſpoſitio ⁊ conſtat ꝙ nō ꝑm ſitū q: ſitus in ſpiritualibus non eſt. Si ꝟo dicat̃ ꝙ ꝑm qualitatē tunc hierarchia erit aliqđ impfectuȝ qđ diſponit̃ ad pfectionē ulteriorē quod eſt inconueniēs. ❡ Preterea querit̃ quare dicat̃ ul'ter ſacraȝ: cū ea que ſunt in diffinitione hierarchie non ſunt ut multa ſed ut vnū. Item nō deberet dicere declarat cū potius nomē declaret̃ p diffinitionē q̃ȝ ecōtra. ❡ Poſtea obijcit̃ de hoc ꝙ dicit imaginē diuine ſpecioſitatis in ordinibus ⁊ ſciētijs hierargicis. Dicit enim Augꝰ in ſmone de imagine ꝙ ubi imago eſt ꝯtinue ⁊ ſimilitudo: ſed nō ubi ſimilitudo cōtinue imago: quia imago dicit ꝯueniētiam expreſſam ⁊ plenā: ſimilitudo aūt nō. Cū igit̃ angeli cōueniētiam expreſſam ⁊ plenā nō hn̄t qđ diuinā ſpecioſitatem nō videt̃ hierarchia eoꝝ eſſe imago ſpecioſitatis diuine. Preterea querit̃ quare potius dicat̃ diuine ſpecioſitatis q̃ȝ diuine bonitatis uel potentie uel ueritatis. Item cum in diffinitione p̄ma poſuerit ordinem ⁊ ſciētiam ⁊ actionē querit̃ quare hic uñ facit mentionē de ordinibus ⁊ ſciētijs ⁊ potētijs hierargicis ⁊ tacet de actione. ❡ Adhuc querit̃ de hoc ꝙ dicit ꝓprie illuminationes ſacrificantē myſteria. Videt̃ enim incōueniēter dicere ꝓprie: cum ſupra in diffinitiōe p̄cedēti dixerit ꝙ illuminationes ſunt idite diuinitus. Itē cū tria ſint in hierarchia. ſ. illuminatio purgatio ⁊ pfectio. quare dicit potius ꝓprie illuminatiōis q̃ȝ pfectionis ⁊ purgatiōis. Videt̃ enim ꝙ potius debet dici pfectionis cū penes pfectionē ſit cōplemētum. ❡ Item myſteria ſunt occulta ⁊ illa nō vident̃ cōuenire illuminationi ſed potius apta. Preterea viſioni faciei ad faciē nō vident̃ cōuenire myſteria ⁊ myſtica. Cuȝ igit̃ angelis in hierarchia exn̄tibꝰ cōueniat videre facie ad faciē: incōgrue videt̃ dicere ꝙ ſacrificet myſteria. Hoc etiam videt̃ haberi per auctoritatē inductā ꝑus in qua dicit̃ ꝙ hierarchia ſuos laudatores ſiue phyaſota. i. ſubditos agalmata diuina perficit ſpecula clariſſima ⁊ mūda receptiua p̄ncipalis luminis ⁊ diuini radij. ❡ Item querit̃ per quē moduȝ ſacrificij ſacrificat myſteria ipſa hierarchia. Si eni itētio ſacrificij ſumat̃ ex lege tunc res ſacrificat qñ res offert̃ deo ad tēplum: ⁊ ꝓpter hoc de nō ſacro ſacrū efficit̃. Sic aūt non videt̃ eſſe in hierarchijs. illuminatiōes enim potius vident̃ ſacrificare ex hoc ꝙ ſunt a deo q̃ȝ ex hoc ꝙ ſibi offerant̃ ex non ſacro. ❡ Ulterius querit̃ de hoc ꝙ dicit ad ꝓpriū principiuȝ ut lȝ aſſimilatiua. Et queritur quid ſupponat ꝓpriū principiū. Et ſi dicat̃ ꝙ ſupponit deum hoc nō videt̃ quia deus nō eſt ꝓpriū p̄ncipiū ſed cōmune creationi ⁊ hierarchie ⁊ oībus alijs que ſunt a deo. Si aūt ſupponit aliqđ creatū huic eſſe aſſimilatū nō eſt glorioſum. ❡ Item querit̃ de hoc ꝙ dicit ut lȝ quia dicit Augꝰ ſup ep̄lam ad corinth. ꝙ licitū eſt ꝙ nullo precepto ꝓhibet̃. ſed nullo mō ꝓhibet̃ quantūcūq; aſſimilari. ergo videtur nihil eſſe dictum qđ dicit ut licet.

❡ De tertia diffinitione hierarchie. Articulus 3°

d **Einde queritur** de tertia diffinitione que ponit̃ a quibuſdā. Et obijcit̃ de hoc ꝙ dicit ordinata ptās ⁊ nō facit mētionē de actione ⁊ ſcia. ❡ Item de hoc ꝙ dicit rerū ſacrarū ⁊ rōnabiliuȝ pōt enim eſſe eccleſiaſtica hierarchia in rebus rōnabilibus nō ſacris ordinata ptās ⁊c̃. prelati enim eccleſie ut in pluribus mali ſunt: tñ dicunt̃ hierarchie ⁊ hierarchia eſt in eis. Preterea cū hierarchie ſit recipe illuminationes ⁊ dare iferioribus: hec diffinitio nō tāgit niſi cōparationē ad inferiores tñ. Preterea cuȝ ieſus chriſtus ꝓhibet ſuis hierargicis hoc eſt ap̄lis dn̄atum ſup inferiores ubi dicit. Reges gētiuȝ dn̄antur earū ⁊ qui ptātem hn̄t exercēt in eos: ſic aūt nō erit inter uos quo mō dicit̃ in hac diffinitiōe ꝙ hierarchia in ſubditis habet dn̄atū. ❡ Item cū multa ſint dona diuina a quibꝰ dn̄ent̃ ordines angeloꝝ: quare potius attribuitur hierarchie ꝙ in ſubditis habet donū dn̄ationū q̃ȝ virtutū ⁊ principatuū uel alicuius alioꝝ. ❡ Item cū ſint diffinitiōes tres querit̃ penes qđ ſumant̃ ⁊ utrum oēs ſint cōmunes hierarchie diuine ⁊ celeſti ⁊ humane. ❡ Solutio ad ultimuȝ primo rn̄dentes dicimus ꝙ iſte diffinitiōes ſunt de hierarchia in cōmuni ad angelicā ⁊ humanā: ſed nō conueniūt diuine (ut patet) in terminis in ipſis diffinitiōibus poſitis que oēs dicūt uel aſſimilationē uel vnionem ad diuinā qđ nō ꝯuenit diuine hierarchie que ad nihil ulterius aſſimilat̃. ❡ Ad penultimū igit̃ dicimꝰ ꝙ p̄ma diffinitio datur per ea que ſunt eſſentialia hierarchie: ⁊ per effectū illoꝝ in ſubſtātijs illis que ꝑm hierarchiam diſponunt̃. ordo enim ⁊ ſcia ⁊ actio eēntialia hierarchie ⁊ ex hijs efficit̃ ſimilatio deiformis ⁊ aſcēſio ad inditas illuminatiōes in deū. Secūda aūt datur per cōparationem exēpli ad exēplar qđ magis patebit inferꝰ. Tertia ꝟo ꝓpriā ſbam hierarchie ꝯſiderat. ❡ Ad ſolutionem igit̃ argumētoꝝ p̄notādum ꝙ hierarchia eſt quoddā totum poteſtatiuū ⁊ eſt quedā ptās ⁊ ideo eſſentialia ipſiꝰ hn̄t naturam ptātis. In ptātibus aūt ordinatis ſic eſt ꝙ ſemp ſequēs ſupponit p̄cedentē ⁊ habet plus ⁊ hoc probat̃ tam in ptātibus nature q̃ȝ officioꝝ ⁊ gr̃e. In ptātibꝰ aūt nature uegetatiuū eſt in ſenſitiuo ⁊ ſenſitiuuȝ in rōnali ſed nō cōuertit̃ ut vult beatꝰ Dionyſius in cap° 6°. in libro de diuinis noībus. ❡ In officijs aūt ptās decani eſt in ptāte cēturionis: ⁊ ptās cēturionis in poteſtate thearce ſed nō cōuertit̃. ❡ In gratijs etiam ptās ſbdiaconi eſt in ptāte diaconi: ⁊ ptās diaconi in ptāte pſbri: ſȝ nō cōuertit̃. Unde partes totius poteſtatiui ꝑm ordinē cōſtituūt ipm totū ⁊ prima cōſtituit ꝑm qđ. ſcđa aūt ꝑm plus. ⁊ ultima pfecte. ſicut dicimus etiaȝ de diuiſiōe boni in delectabile ⁊ utile ⁊ honeſtū. Delectabile eſt bonū ꝑm qđ. ⁊ utile eſt bom plus. honeſtū aūt eſt bonū ſimpr.

¶ Item honeſtas ponit utile ⁊ delectabile ſed nō cõuertit. Eodē modo dicimus de partibus eſſentialibus hierarchiarum que ſunt ordo ſcia ⁊ actio. ꝙ ordo ponit hierarchiā ꝓm qd. ⁊ ſcia plus. ⁊ actio pfecte. ⁊ hoc patebit in ſolutiōe ſingularū rationum. ¶ Ad primū igitur dicendum ꝙ ordo dicit duobus modis: ſcilicet ratio ſiue ꝓprietas ſiue ordinans: forma ⁊ res ordinate. Et ꝓm quod eſt res ordinate ſic diffinit in ſententijs ⁊ ſic nō ſumitur hic. Secūdum aūt ꝙ ſumit pro rōne ordināte ſic ſumit duobus modis. ſ. ꝓm rōnem gnālem. uel ꝓm rōnem ſpecialez. ꝓm rōnem ſpecialē eſt pars diſtincta ſub hierarchia. Scōm ꝙ dicit cherubin ⁊ ſeraphin ⁊ throni ⁊c. ꝓm aūt rōnem gnālem eſt pars eſſentialis hierarchie que ponit in diffinitiōe eius. Et ad hoc intelligendum ſciēdū ꝙ in duobus cōſiſtūt hierarchie cōuenienter ordinatis (ut dicit magr̄ Hugo de ſctō victore in cōmēto). ſ. in participatiōe gr̄e illuminatiōis: ⁊ in effuſiōe ipſius ſup iferiores. Ad participationē aūt illuminationis exigunt tria. ſ. cōuerſio ad principium illuminationis ⁊ hanc cōuerſionē ponit ordo: niſi enim ordinet ad lumē nō accipiet illuminationē. Coīter eſt receptio luminis ⁊ hanc ponit ſcia. ⁊ tertiū eſt pfectio ꝓm illuminationē pceptā ⁊ hec pfectio eſt ꝓm eſſe ⁊ agere ⁊ hanc ponit actio. ¶ Et ꝙ hoc uerū ſit ex duabus auctoritatibꝰ Dionyſij accipit in de celeſti hierarchia capᵒ 3ᵒ. Quaꝝ ꝑma eſt hec: vnicuiqꝫ hierarchiā ſortitoꝝ eſt pfectio ꝓm ꝓpriā analogiā in dei imitationē aſcēdere ⁊ oium diuinius dicimus ut eloquia aiunt dei cooperatorē fieri ⁊ oſtēdere diuinā in ſeipſo actionē ꝓm ꝙ poſſibile eſt relucētem utpote qm̄ ordo hierarchie eſt alios quidē purgari alios aūt purgare: quoſdā illuminare: quoſdā illuminari: ⁊ quoſdā pficere ⁊ quoſdā pfici. ¶ Ex hoc accipit ꝙ ordo in diffinitiōe hierarchie poſitus dicit rōnem ordinatiōis ⁊ ꝯuerſionis ad primū principiū illuminationis ⁊ ꝯñter ad illuminabilia iferiora. Actio aūt dicit perfectionē ꝓm ſuā illuminationē pceptā ⁊ hec eſt actio acta: ⁊ ꝯñter dicit pfectionē ꝓm agere ꝓm quā eſt cooperatorē dei fieri ipm̄ illuminātem: ut. ſ. illuminet iferiores ſicut illuminatus eſt a principio primo. Et hoc expreſſius habet ex altera auctoritate que cōtinet in fine eiuſdē capituli. dicit eni ſic. Unuſqſqꝫ hierarchie diſpōnis ordo ꝓm ꝓpriā analogiā reducit ad diuinā cooꝑationē illa perficiēs gr̄a a deo data virtute que diuinitati nāliter ⁊ ſupnāliter inſunt ⁊ ab ea ſupeſſentialr̄ acta ⁊ ad poſſibilem deum diligētiū aīoꝝ hierarchie manifeſta. ſenſus eſt ꝙ ordo hierarchie eſt ꝙ illuminati a deo reducunt ad dei cooperationē in hoc ꝙ illuminānt alios ſicut ſunt illuminati ⁊ pficiūt alios per gr̄am ⁊ virtutē datā eis a deo. illa ꝟo que diuinitati nāliter inſunt que ab ipſo deo ſunt acta ſupeſſentialr̄ in eis ⁊ que ſunt manifeſta hierarchie eoꝝ ad poſſibilē imitationē aīoꝝ deuꝫ diligētiuꝫ. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ iſte ordo habet rōnem ꝑoris ⁊ poſterioris reſpectu diuerſoꝝ. ꝓm cōuerſionē enīꝫ ad principiū illuminationū habet rōnēm ſecūdā ⁊ ꝓm ꝯuerſionē ulteriorē ad ꝯñtia habet rōnē ꝑorē. Quod aūt dicit Dionyſius ꝙ eqpotētes ſunt illi qui ſunt in vna hierarchia nō intelligit de hierarchijs ſed de angelis agētibus in vna hierarchia exñtibus qui eqpotētes ſunt in actu illiꝰ hierarchie ⁊ nō in alijs ut patebit iferiᵒ. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ordo diuinus dicit ratio ordinationis ad deū aſſimilans deo: hoc eſt hijs que naturaliter iſunt deo in ſciētia ⁊ actione. Et in ſcia quidē aſſimilant in participatione illuminationis. In actione aūt aſſimilant ꝓm duplicem pfectionē. ſ. in eſſe ⁊ in agere. Et in eſſe quidem ꝓm ꝙ ipſa hierarchia eſt actu ad cōplemētū deiformis illuminationis. In agere ꝟo ꝓm ꝙ efficit cooperator dei agens in aliā qō a deo actū eſt in ſe: ⁊ iſte ordo eſt diuinus a deo ⁊ ad deū ⁊ ꝓm gr̄am dei que eſt illuminatio ⁊ ꝓm officiū diuinū qō eſt quoſdā illuminare ⁊ quoſdā illuminari ⁊c. ſed nō eſt ꝓm gr̄as ſpūaliū virtutuꝫ neqꝫ ꝓm qōcūqꝫ officiū ſed ꝓm ſupra dictuꝫ tm̄. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ cōmētator magis attēdit ſbam hierarchie totam in ſe qꝫ partes eēntiales ipſius. Et ideo dicit ꝙ ordo ibi eſt ordinata ptās. nihilominus tm̄ ſcia ⁊ actio nō predicabunt oblique cum ſint formalia reſpectu ptātis: quia pfectiua eſſe enim ptātis illius eſt in ſcia ⁊ actione ſicut in partibus eſſentialibus per hunc modum. ſ. ꝙ in ſcia illuminatiuū ſit ꝓm minus pfectū ⁊ in actiōe ꝓm pfectionē in eſſe ⁊ agere ſit in completione ultima. ¶ Ad primū qō obijcit in cōtrariū de ſcia dicēdū ꝙ aliter ſumit ſcia hic ⁊ aliter in ordine cherubin. Hic enim ſcientia dicit cōmunis modus participādi illuminationē ſiue a deo ſiue ab angelo. ibi aūt ſumit ſcia ꝓm modū coartatū ad altiores illuminationes ⁊ ad participationeꝫ a deo tm̄. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ (ſicut ſupra dictū eſt in qōne de theophanijs) ſcia hec eſt de ſcibili increato nō tm̄ ut eſt obiectū beatitudinis. Sed ꝓm rōnes qbus reuelant ſpūalia quedaꝫ que abſcondita ſunt a ſeculis in deo: ⁊ ꝓm iſtas rōnes nō oiuꝫ eſt imediata ordinatio in deū. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ vis nois dupr̄ pōt attēdi. ſ. ꝓm cōpōnem ⁊ ꝓm ſigtum. ⁊ ꝑmo mō ſumit interpretatio nois que eſt ſacer ꝑncipatus. 2ᵒ aūt mō oportet hēre plenā diffinitionē ipſius rei que ſigtur per nomen ⁊ ſic dant diffinitiones ſupra poſite. ¶ Ad hoc qō obijcitur de hoc qō eſt actio. dicēdum ꝙ actio illa que ponitur in diffinitione hierarchie cōpetit quieti cōtēplationis. iſta enim actio nihil eſt aliud qꝫ trāſfuſio illuminatiōis pcepte in alterū ſine labore doctrine ſicut maius lumē illuſtrat ſup minus ⁊ in hoc eſt gloria per hoc ꝙ ꝯformant diuino per hoc ꝙ ſunt cooperatores dei ſicut ſupra dictū eſt in auctoritatibus a Dionyſio inductis. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ infima hierarchia eſt humana que nō agit in aliā illuminationē in ſe actā: ſed exñtes in parte ſuperiori agunt illuminationes in iferiores: nec hoc eſt icōueniēs. Cum enim in eadē pſona poſſint eſſe triplices illuminationes. ſ. ſupreme medie ⁊ poſtreme: ꝓm ꝙ in vna pſona pōt eſſe appropriatio triplicis hierarchie. Uñ actio nō de neceſſitate ponit ꝙ agat in aliā hierarchiaꝫ: ſed pfectionē ꝓm facultatē agēdi in aliā hierarchiaꝫ uel perſonā eiuſdeꝫ hierarchie inferiorem. Et hec facultas eſt in oibus in ptāte ſacᵈ ꝯſtitutis. infimi aūt nō agunt in alios eo ꝙ ipſi nō hn̄t rōnem niſi ſubditoꝝ tm̄ quoꝝ ꝓpriū eſt reduci in diuina ⁊ nō reducere alios. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ tres actus ſupra dicti cōſequētes ſunt iſta tria que ponuntur in diffinitione iſta. Ex hoc eniꝫ ꝙ angelus habet ordinē ſciam ⁊ actionē ꝓm cōplementum ⁊ bene eſſe relinquit ex ꝯñti ꝙ ipſe ſit purgatus illuminatus ⁊ pfectus. Secūduꝫ aūt ꝙ habet iſta ꝓm cōplementum in agere ꝯñter efficit ipſe cooperator dei in purgare illuminare ⁊ pficere inferiores. Unde hierarchia per illos tres actus determinat ſicut per ꝯñtia per ordinē aūt ⁊ ſciam ⁊ actionē ſicut per partes eſſentiales. ¶ Ad id qō obijcit de illa parte que eſt deiforme quātum poſſibile eſt ſimilans. Dicēdum ꝙ deiforme quantum poſſibile duobus modis pōt attēdi. ſ. ex parte participantis deum. uel ex parte participati. ex parte participantis nihil aliud eſt deiforme qꝫ ſuba beata informata ꝓm lucē que eſt deus. ⁊ ex illa parte ſupponit creatū qō tm̄ eſt ratio glorie nō ꝓm ꝙ creatū ſed ꝓꝫ ꝙ participationi ſubeſt lux increata reſultans in ipſo: ſicut ſupra diximus in qōne de theophanijs. ⁊ in qōne de eternitate. ⁊ dicet in qōne de viſione dei. ⁊ in qōne de vita eterna. ¶ Si aūt cōſiderat ex parte participati cū participatuꝫ ſit deus ⁊ lux diuina tunc ſupponit creatū qō nihilominus dicit cōueniēter deiforme: q: nō eſt niſi vnum ſolū ſed duo. Unde participatū in participante inquātū poſſibile eſt ſil'e eſt deo in ſe ꝓm ꝙ nō eſt pticipans. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ſimilitudo attendit hic in vno qō eſt lu

men ⁊ eſt vnū in duobus.ſ.in increato ⁊ creato nō per numerum uel ſpēm uel per genus:ſed per analogiaꝫ ſiue ꝓportionem ſic:q: lumē qđ eſt in angelo eſt a lumine diuino ⁊ ad ipm̄ qđ imitat ipm̄ in forma quātū pōt. ſupra enim diximus in qōne de theophanijs ꝙ in theophanijs ſunt duo.ſ.vnum creatū ⁊ alterū increatum.Et quātum ad vnum eorū eſt ſimilitudo.quātum ad aliud vnitas.nō ſic ꝙ fiat vna ꝑſona uel vna natura de creato ⁊ increato:ſed ſit vnuꝫ per modū participantis ⁊ participati. Et per hoc patet ſolutio ad ſequētem auctoritatem Dionyſij.¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ tripr̄ vnimur chriſto ſcilꝫ per naturā ⁊ illa vnio eſt in ſpecie.⁊ per ꝯſenſuꝫ uoluntatis ⁊ illa vnio eſt in uolito ⁊ in forma uolēdi. quia uolumus hoc ꝙ ipſe vult ⁊ ex eadem charitate. Tertio modo per ꝯiunctionē nature ad noſtrā naturā in ſacramēto ⁊ hec eſt vnio per ꝑticipationē: q: uerā naturā eiꝰ participamus.⁊ hoc appellat Hilarius nālem vnioneꝫ.

¶ Ad aliud qđ obijcit dicēdū cōtra ultimā partem ꝙ aſcēſus ille eſt ſm̄ dignitatē:ſed attēdit ſm̄ numerum illuminationū ⁊ nō quātum ad diuerſum modū participādi:vnde nō mutant hierarchie propter hoc. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ex participatiōe multarū illuminationum nō generat diuerſitas ſed potius ꝑfectio ex ꝯiunctione ad vnuꝫ ſicut ſepius ſupra dictū eſt.¶ Ad aliud dicendum ꝙ ꝓportio dicit cōparationē ad duo ſimul.ſ. ad naturā ⁊ ad conatuꝫ.ſic eniꝫ dicit magr̄ in ſententijs qui natura magis ſubtiles ⁊ ſapiētia amplius ꝑſpicaces creati ſunt:hij etiam maioribus gr̄e muneribus prediti ſunt ⁊ dignitate excellentiores alijs ꝯſtituti ſunt.qui vero natura minus ſubtiles ⁊ ſapiētia minus ꝑſpicaces cōditi ſunt minora dona gr̄e habuerūt inferioreſqꝫ cōſtituti ſunt ſapiētia dei equo moderamine cuncta ordinantis.

¶ Ad hoc aūt qđ obijcit de diabolo dicendum ꝙ ſm̄ quoſdaꝫ ſanctos ipſe fuit de maioribus ſed auerſus eſt ꝓpria uoluntate anteqꝫ ꝯfirmaret. ¶ Ad id qđ contra totā diffinitionē obijcit dicēdum ꝙ Dionyſius cōſiderat ibi hierarchiā ſm̄ ꝙ refert ad deum ut ad efficiētem ⁊ exēplar ⁊ finem.Unde tangēs finē dicit ꝙ eſt ad deuꝫ ſimilitudo ⁊ vnitas.Tangēs aūt exēplar ⁊ efficiētem dicit ꝙ habet deum oīs ſacre ⁊ ſcie ⁊ actionis ducē ⁊ ideo loquit de ſcia ⁊ actione oblique:q: nō cōſiderat hierarchiam ſm̄ eſſentiā ſed potius ſm̄ cōparationē predictā.

¶ Ad aliud dicēdum ꝙ trāſfuſio in alios ſupponit per actionē ut patet ex ſupra dictis.Qđ aūt dicit mgr̄ hugo ꝙ in eo ꝙ illumināt alios efficiunt ꝑtātis ꝯſortes:intelligēdum eſt de ꝑtāte in actu:lꝫ enim ꝑtātem in ſe hēant quātum ad facultatē ipſam tm̄ actu hn̄t eam qn̄ efficiunt cooꝑatores dei in hoc ꝙ illuminant alios ſicut ipſi illuminant:gr̄a aūt eſt in ꝑticipatione illuminationis.virtus aūt in ꝑfectione ꝑtātis ſm̄ habitū.officium vero in ordine ꝑtātis ad actuꝫ.miniſteriū aūt in hoc qđ in officio ⁊ actu dicto non ſunt ex ꝓpria ꝑtāte ſed ut miniſtri obſequētes deo. Et ex hoc etiam patet ſolutio ad ultimum.

¶ Ad id qđ obijcit cōtra diffinitionē ſecūdā dicēdum ꝙ hec dictio quādā infinita eſt in ſe ⁊ indeterminata ſꝫ per adiūctum finit ⁊ determinat. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ diſpoſitio hic dicit ordinē q: hoc qđ in mālibꝰ ⁊ quātitatis eſt ſitus hoc eſt in ſpūalibus ordo. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ diffinitū vno ⁊ ſimplici noīe declarat diffinitionem ſm̄ ꝙ dicit ph̄us.qui dicit vnū quodāmodo dicit multa. ſimpr̄ tm̄ declarat diffinitio diffinituꝫ. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ imago dicitur hic ſimilitudo nō in vno tm̄: ſed in pluribus.Eſt enim ſimilitudo hierarchie ad deum in habitu gr̄e ⁊ officio ꝑtātis ſm̄ actum nō tm̄ ſumitur hic imago ſicut in gen̄.ubi dicit. homo factus ad imaginē dei.⁊ ſic loquitur Augꝰ in ſmone ſuo. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ſpecioſum in ſpūalibus dicit fulgēs ⁊ pulchrum in intellectu ⁊ hoc tangit per ꝓprie illuminationis ſm̄ quā bonitas aūt ⁊ potētia dicunt attributa diuina ſm̄ opera creationis uel gubernationis mūdi.ad opus enim exigit ꝑmo poſſe. 2° ſcire.3° uoluntatem ad opus habere.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ iſta diffinitio(ut ꝑus dictū eſt) dat in cōparatione ad exēplar.Actio aūt dicit cōparationē hierarchie ad inferiora:⁊ ideo tacetur hic actio ⁊ fit mētio de ordinibus ⁊ ſciētijs.¶ Si auteꝫ obijcit ꝙ diſpoſitio dicit hic ordinē ⁊ ꝑterea fit mentio de ordinibus in diffinitione ⁊ ita metha nugationis eſt in oratione. Dicendum ꝙ diſpoſitio dicit hic ordinem cōpletū in tota ꝑtāte ⁊ actione ⁊ ſcia.ſed ordines de quibus facit mētionē in diffinitione ſpecialē dicūt conuerſionē ad principiū illuminationum ⁊ ad inferiores ſm̄ hanc illuminationē ⁊ illā. Et iſti ordines ſunt partes diſpōnis q̄s noīat in ꝑncipio diffinitiōis.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ꝓprium dicit ibi qđ eſt ꝓportionatū ⁊ nō ex ꝓprijs habitū. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ(ſicut patuit ſupra)illuminationis aſſumptio eſt purgatio ⁊ ꝑfectio:ſed dicit illuminatio ſm̄ cōparationē ad ipm̄ agentē ⁊ formā agentis. Et cum iſta diffinitio detur in comparatione tali potius tangit illuminationē ⁊ purgationē ⁊ ꝑfectionē.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ſm̄ cōmētum ſupra inductum illuminationes ex intimis ⁊ occultis dei procedūt ⁊ quātū ad hoc dicunt myſtica ⁊ myſteria ⁊ nō ſm̄ ꝙ ſunt participata.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ſacrificium ſumit in illa ſimilitudine ut ꝓcedit obiectio.lꝫ enim illuminatio ſacra ſit eo ꝙ a ſacro ꝓcedit tm̄ angeli illuminatio nō eſt ſacra niſi iterū offerret eam deo per relationē ad ipm̄ in laudē ⁊ gloriā.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ꝓpriū principiū dicit ibi ꝓpriū ꝑncipiū illuminationis ſuꝑioris hierarchie ⁊ hec non eque ꝓxime hn̄t ſe ad oēs hierarchias:⁊ per ꝯn̄s nō eque ꝓpe.¶ Ad aliđ dicēdū ꝙ ut licet tāgit duo.ſ.ꝓportionē poſſibilitatis nāliter ⁊ debitū modū acqrendi illuminationes.ſ.ꝙ nō ꝑſumat ex ꝓpria ꝑtāte ⁊ viribus ꝓprijs ſed deuotione expectet a liberalitate ⁊ bonitate dei illuminationes. Sic eniꝫ dicit Anſelmus.Lucifer ꝓpter hoc cecidit qa ꝑter ordinē ex ꝓprijs viribus uoluit hēre ad quod ueniſſet ſi ſtetiſſet.

¶ Ad id qđ obijcit cōtra tertiā diffinitionē dicēdū(ut dictū eſt ſupra)ꝙ hec diffinitio tangit ſubām hierarchie ſm̄ totum ⁊ nō ſm̄ partes:⁊ ideo dicit eam ꝑtātem ordinatam eſſe que ordinatio attēdit in modo ꝑticipādi illuminationes ⁊ trāſfundēdi ſuꝑ alios.⁊ q: ſcia ⁊ actio dn̄r partes eſſentiales hierarchie ideo nō facit mētioneꝫ de eis.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ rerū ſacrarū non dicit ideo quia perſe ſunt ſacre:ſed q: ꝑtās earum ſm̄ ſacra diſtinguit.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cōparatio ad ꝑncipiuꝫ illuminationū ſupponit in ordine cum dicit ordinata ꝑtās.

¶ Ad aliud dicendū eſt quoddā dn̄ium eſt tyrāni ſm̄ oppreſſionē ⁊ arrogātiā faſtus ⁊ ſuꝑbie:⁊ eſt dominiuꝫ ſuperpōnis ꝓpter ꝓuidētiam ⁊ gubernationē ſubditorum de quo dicit chriſtus. Uocatis me magiſter ⁊ dn̄e ⁊ bene dicitis:ſuꝫ etenim ⁊c.primū dn̄iuꝫ intēdit a pluribus.2m dn̄ium eſt de ꝑfectiōe hierarchie.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ eſt dn̄ium ſpeciale in appetitu exaltationis ſuꝑ imutatiuā ſuitutē materie ⁊ hoc eſt ſpeciale donuꝫ de ꝑfectiōe dn̄ationuꝫ.Eſt etiā dn̄iuꝫ gnāle in prouidētia ⁊ gubernatiōe iferioꝝ ⁊ hꝫ igredit diffōnē hierarchie

## ¶ De diuiſione hierarchie.

s **Ecundo querit** de diuiſione hierarchie per partes.Et querunt duo.Quoꝝ primū eſt de diuiſiōe hierarchie in cōmuni.2m eſt de diuiſione ſpecialiter angelice hierarchie:quia de hac ſola intendimus.

¶ Articulus 4°.

a **D primum ꝓce**ditur ſic.Dicit cōmuniter ꝙ eſt hierarchia ſuꝑceleſtis que eſt diuia.⁊ eſt hierarchia celeſtis que eſt angelica.⁊ hierarchia ſubceleſtis que eſt humana.¶ Sed ꝯtra hanc

**Tertio queritur** de reductione opinionis Auguſtini ad opinionem aliorū ſanctoꝝ. Et videt non ↄſentire q: ↄtradictoria dicunt. Dicit eniꝫ Augꝰ. Oīa ſimul in vno momēto facta fuiſſe in materia ⁊ diſtincta in forma ⁊ loco ⁊ ornata in ꝓprijs ſpeciebus. Alij aūt ſancti. ſ. Gregoꝰ Hieroꝰ Ambroꝰ ⁊ ceteri dicūt oīa facta eſſe ſimul in ſubſtātia materie: ſed per ſpatia ſex dierū formata eſſe ⁊ diſtincta: ſimul aūt oīa facta eſſe in forma ⁊ non ſimul facta eſſe in forma ſunt cōtradictoria que ſimul non pūt uerificari ergo videtur q opiniones eoꝝ ad idem nō poſſint reduci. ¶ Itē diem eſſe ex pſentia lucis corporee ⁊ non eſſe ex pſentia lucis cōtradictoria ſunt: ⁊ cum vnum eoꝝ ſit de opinione Auguſtini ⁊ alterum de opinione reliquoꝝ ſanctorum non videt ſimul poſſe uerificari opiniones eoruꝫ. ¶ Sed CONTRA ſancti eodem ſpiritu inſpirāte locuti ſunt ſed ſpūs idem ſibi ↄtraria per diuerſos non dicit. ¶ Itē expſſe videt Augꝰ ↄſonare alijs ſic dicēs in 5° ſuper geneſ. Tertia die ſpecies maris ⁊ terre facta eſt atq̃ in terra potētialiter ut ita dicam natura herbarum atq̃ lignorum. ſic enim terra ad dei uerbum ea ꝓduxit anteq̃ exorta eſſent accipiēs oēs modos eoꝝ quos per tēpora exercet ꝑm ſuum genus. Similiter dicit Augꝰ de qnto die q aqua natatilia ⁊ uolatilia ꝓduxit ⁊ hoc potētialiter in numeris qui per ↄgruas tempoꝝ moras exercent. Similiter de ſexto die q tūc nihilominus potētialiter terra ꝓduxit aīalia quorum numeros tēpus poſtea viſibiliter explicaret. ꝑm hoc videt Augꝰ dicere q opa ſex dieruꝫ ſimul fuerūt creata duobus modis. ſ. in potētia ⁊ numeris. numeri autem ibi dicūt cauſarum ꝓportiones q forme rerum poſtea per tēpus fuerint explicate. hoc autem non ↄtrariat alijs ſanctis ⁊ ſic videt eſſe ↄſoni. ¶ Solutio dicēdum q Augꝰ in tribus locis ex intētione ⁊ ꝓpoſito ꝑncipium geneſ. expoſuit in libro. ſ. cōtra epiſtolam fundamēti ⁊ in ultimis duobus libris cōfeſſionum ⁊ in 12° li° ſup geneſ. ad litteram. ſed in nullo loco dicit oīa creata fuiſſe ſimul in materia ⁊ forma ⁊ ordinem dierum ponēdum eſſe in ordine rōnis ⁊ non in ſpatijs temporū niſi in li° ſup geneſ. ad litteram. In alijs enim duobus opibus magis intēdit myſterium q̃ hiſtorie uerificationem. Unde ſciēdum eſt q ſpūs ſanctus duobꝰ modis inſpirat expoſitiones ſacre ſcripture. ſ. quātū ad cōſentaneum rōni ⁊ non cōtrarium fidei. ⁊ quātum ad cōſentaneum auctoritati. Et q: in textu auctoruꝫ ſepius aliquid dicit aliter intelligēdum propter rudes ⁊ indoctos quos inſtruit ſacra ſcriptura. ideo Augꝰ magis eligit ſequi rōnem non cōtradicens tamen quin diſtinctio temporum neceſſaria ſit cum ꝓpter hoc ut oſtendat diſtinctio rerum per diſtinctionem temporuꝫ. tum etiam propter hoc: quia magis hoc modo inſtruuntur ſimplices qui neſciunt res diſtinguere niſi per tempora. Alij vo ſancti magis elegerunt ſenſum qui eſt iuxta auctoritatem non tamen negantes niſi quod eſt ꝑm rationem

ꝯſequens. Unde Aug⁹ in 5° ſuper geneſim ad litteram. Cum audis tūc facta eſſe oīa cū factus eſt dies illam ſenariam repetitionem ſine interuallis horarum ſpatiorū qz temporalium factam ſi poſſis apprehēdas. Si v̄o nō dum poſſis hec relinquas ꝯſpiciēda ualentibus. Tu autem cum ſcriptura non deſeruiēte infinitati tue materno inceſſu tecum tardius ambulāte ꝓficias que ſic loquitur ut ſuꝑbos altitudine irrideat: profunditate attētos terreat: ueritate uagos paſcat: affabilitate paruos nutriat. Et ideo dicit etiam Gregorius ꝙ ſacra ſcriptura eſt fluuius in quo agnus peditat ⁊ elephas natat. ¶ Ad id qḋ obijcit̃ de auctoritate Auguſtini dicēdum ꝙ ipſe reuera po nit omnia ſimul creata in materia ⁊ forma que. ſ. natura motus ſuꝑiorum ⁊ cōmixtionem elemētoꝝ per ſe ꝓducere non pōt. ⁊ ideo celum factum eſt a p̃ncipio cum ſtellis ſuis: ⁊ terra cum aīalibus ſuis: ⁊ aqua cū natatilibus ſuis ⁊ uolucribus. Et breuiter dicendo omnia in ſpeciebus ſuis ſimul educta ſunt que per virtutem motus celi ſimplicem ⁊ per virtutem ſtellarum ex cōmixtione elemētoruz ſine alio motore educi non poterāt ut homo ⁊ leo ⁊ cetera quedam que p̃ter virtutem celi ⁊ elemētoꝝ reqrunt cauſam motorem ſpecialem ad ſui generationē ſ̃m ꝙ homo generat hoīem ⁊ leo leonem ⁊ ſic de alijs. ſ̃m quem moduz dicit etiam ph̃us ꝙ homo generat hominem ex materia ⁊ ſol. Sunt tamen quedam non magnam habētia diuerſitatem in partibus corporis ut plāte. ⁊ quedam aīalia precipue reptilia quedam ⁊ quidaz piſces que non oportuit p̃mo cum alijs in ſpeciebus ꝓprijs fieri ſed tm̃ in cauſalibus rōnibus ſuis: qꝛ ad horuz ꝓductionem ſufficit motus celi ⁊ ſtellaruz ex materia diuerſimode cōmiſcibili. Et hoc eſt qḋ dicit ph̃us in 2° de generatione ⁊ corruptione. in equali ente materia ⁊ nō ubiqz eadem neceſſe eſt generationes inequales eſſe ⁊ has qdem motores titiores has v̄o tardiores ut dicit etiam Auicᵃ in li° de diluuijs. ꝙ mures generant̃ de terra quādoqz ⁊ ſerpētes de capillis. Et ideo dicit Aug⁹ ſuper illud. germinet terra herbam virētem. i. potēs eſt germinare. Per hoc autem ꝙ dicit opus qnte ⁊ ſexte diei primo factum eſſe in potētia ⁊ numeris intelligit potētiam cōpletam materie que nō eſt niſi quādo materia deſcindit̃ a motore ſpecificato ⁊ aīato ⁊ per numeros intelligit ſufficientiam cauſaruz in numero ⁊ ordine ad productionem animati corporis.

¶ De ſingulis operibus ſex dierum.

## (p) Oſtea queritur

de ſingulis operibus que in p̃ncipio Geneſis enumerant̃. ¶ Et querunt̃ tria. Quorū p̃muz eſt ſigillatim de opibus ſex dieruz. 2ᵐ in cōmuni de eiſdem. 3ᵐ de quiete ſabbati. ¶ Circa p̃mum p̃mo querit̃ de ope prime diei. Et querunt̃ duo. Primum eſt de creatis in p̃ma die. 2ᵐ de qbuſdam dubitationibus que oriunt̃ ex littera. ¶ Circa primum autem adhuc duo querēda ſunt. Primuz de celo ⁊ terra. 2ᵐ de luce.

¶ Ar⁹ 9⁹. De creatis in p̃ma die. Primo de celo ⁊ terra

## (a) D primum proceditur ſic.

Dicit Aug⁹ in 5° ſup geneſ̃. ad litteram. Prius facta eſt informis formabiliſqz materies ⁊ ſpūalis ⁊ corporalis de qua fieret qḋ faciendum eſſet cum ⁊ ipſa prius q̃z inſtituta eſt non fuiſſet nec inſtituta eſt niſi ab illo utiqz ſummo ⁊ uero deo ex quo ſunt oīa que ſiue celi ſiue terre noīe ſignificata ſit que in p̃ncipio fecit deus ante vnum illum diem quem cōdidit poſtea ſic appellata: qꝛ inde facta ſunt celuz ⁊ terra ſiue noīe terre inuiſibilis ſiue cōpoſite atqz abyſſi tenebroſe. Ex hoc accipit̃ ꝙ celum ⁊ terra ſunt ante diem p̃mum. ¶ Item Aug⁹ in 12° confeſſionum. Celum terre huius ⁊ maris que feciſti 3° die dādo ſpeciem viſibilem informi materie quam feciſti ante oēm diem. Jam enim feceras ⁊ celum ante oēm diem: ſed celum celi huius qꝛ in p̃ncipio feciſti celum ⁊ terram. Ex hoc habet̃ idem qḋ p̃us. Si v̄o dicat̃ ꝙ Auguſtinus uocat diem artificialem qui incipit ab illuſtratione lucis p̃mo die facte nihilominus tamen celū ⁊ terra ſunt opus prime diei naturalis qui in. xij. horis continet̃. ¶ Contra quicqd eſt extra omne tempus eſt extra oēm diem. ſed terra ⁊ celum ſunt extra omne tēpus ergo ſunt extra oēm diem. Probatio medie: qꝛ dicit Aug⁹ in 12°. cōfeſſionum. Doctor famuli tui cum te cōmemorat in p̃ncipio feciſſe celum ⁊ terram tacet de tēporibus. ſiliter de diebus. nimirum enim celum celi qḋ in p̃ncipio feciſti creatura aliqua eſt intellectualis q̃zq̃z nequaq̃z tibi trinitati coeterna particeps tamē eternitatis tue ualde mutabilitatem ſuam pre dulcedine feliciſſime contēplationis tue cohibet ⁊ ſine ullo lapſu ex quo facta eſt inherēdo tibi excedit oēm uolubilem viciſſitudinē tempoꝝ. Jſta v̄o informitas terre inuiſibilis ⁊ incōpoſite nec ipſa in diebus numerata eſt. ubi enim nulla ſpecies nullus ordo nec inuenit quicq̃z nec p̃terit ⁊ ubi hoc non fit non utiqz ſunt dies nec viciſſitudo ſpatioꝝ temporalium. Si forte dicat̃ ꝙ ibi celum accipit̃ pro angelica natura: ⁊ terra pro ſubſtātia materie informis que ſic non ſunt ſub tēpore ſunt tm̃ cum tēpore ſicut tp̃a coequeua. ¶ CONTRA dicit Aug⁹ in 5° ſup geneſ̃. Ante creaturam fruſtra tēpora relinquerent̃ quaſi poſſint inueniri ante tempora tp̃a: motus enim ſi nullus eſſet uel corpalis uel ſpiritualis nature quo per p̃ſens p̃teritis futura ſuccedunt nullum eſſet tēpus oīno moueri aut creatura non utiqz poſſet ſi non eſſet. potius igit̃ tēpus a creatura q̃z creatura cepit a tempore. Utrum autem ex deo ex ipſo enim ⁊ in ipſo ⁊ per ipſum ſunt omnia. ¶ Solutio dicēdum ꝙ ſ̃m oīuz ſanctoꝝ expoſitiones terra pro materia informi quādo dicit̃. Jn p̃ncipio creauit deus celuz ⁊ terram eo ꝙ informitati materie nihil eſt ita ꝓpinquum ſicut terra ſicut dicit Aug⁹ in 12° ꝯfeſſionum ſic dicens. ꝙ in oībus partibus mūdi repiri pōt ꝓpinquius informitati omnimode q̃z terra ⁊ abyſſus. minus enim ſpecioſa ſunt pro ſuo gradu infimo q̃z cetera ſuꝑiora plucida ⁊ luculenta omnia. Cur igit̃ accipiam informitatem materie quam ſine ſpecie feceras: vnde ſpecioſum mūdum feceras ita cōmode hoībus interminatam ſiue intimatam ut appellet̃ terra inuiſibilis ⁊ incōpoſita. Celuz autem ſ̃m quoſdam ſanctos ponit̃ pro angelica natura ⁊ ſ̃m quoſdam pro tota quinta eſſentia: ⁊ ſ̃m alios pro celo empireo. Et quocūqz modo ſumat̃ ipſum ſ̃m ſuum eſſe tempori nō ſubiacet ut ſupra in queſtionibus de tēpore eſt oſtēſum. ¶ Dicēdum ergo ſ̃m Augᵐ ꝙ ſi materia prima conſideret̃ ſ̃m ſuam ſubſtātiam ſine omni forma ⁊ ſine ordine ad formam tūc eſt extra tempus. Et ſimiliter celuz ꝓpter ſui immutabilitatem nihilominus tamē eſt cum tēpore ⁊ ſic cadit in opus p̃me diei ſ̃m ꝙ opus creationis p̃mo die ponit̃ eſſe factum. ¶ Ad id qḋ obijcit̃ de Aug̃ ꝙ tēpus incepit a creatura. dicēdum ꝙ ipſe ibi tēpus accipit ſtricte. ſ. pro mutationis mēſura que eſt in materia ut in ſubiecto. ſed ſancti qui ponunt tempus coequeuū materie intelligūt de tempore qḋ eſt mēſura cuiuſcūqz mutationis ⁊ adiacet omni rei ſiue mutabili ſiue immutabili que tamen in eſſe ex non eſſe ꝓcedit. ¶ Ar⁹ 10⁹

## (s) Ecundo queritur

de luce. Utrum ſit corporea uel incorporea. Et videt̃ ꝙ incorporea. qꝛ dicit Aug⁹ ꝙ per lucem intelligit̃ angelica natura ad deum conuerſa. ⁊ ꝓbat ꝙ non pōt intelligi de luce corporali. Si eniz corporalis lux facta eſt inquit Auguſtinus. que nam eſt illa quam cum ſol occiderit videre nō poſſumus. ¶ Item ſi dicat̃ ꝙ iūcta eſt ſoli que eſt cauſa huius iuncture. ut enim dicit Aug⁹ in 2° ſuper

geneſim ad litteraꝫ. Nullus debet refellere eos qui per
rōnem querūt quid in creatura eſſe poſſit ut dicat ſm oī
potētiam dei cui cūcta poſſibilia ſunt oportere nos crede
re aquas graues quas nouimus atqꝫ ſentim⁹ celeſti cor
pori in quo ſunt ſydera ſupfuſas eſſe. nunc enim quem
admodum deus inſtituerit naturas reruꝫ ſm ſcripturas
eius non ꝯuenit querere. Nam quid in eis uel ex eis ad
miraculuꝫ ſue potētie uelit opari. neqꝫ enim ſi uellet de
us aliquādo oleum ſup aqua manere non fieret non ex
eo tamen nobis olei natura cognita eſt incognita ꝙ ita
facta ſit ut in appetēdo ſuum locum etiam ſi ſubtus fuſuꝫ
fuerit ꝓrumpat aquas eiſqꝫ ſe ſuppoſitum collocet. Igi
tur a ſimili non eſt dicēdum aliqd de illa luce ꝙ ex natu
ra lucis oſtēdi non poterit. Q̄ō autem ſit corporea ſic ꝓ
baꝶ. Dicit Beda ſup geneſim. ꝙ per lucem illam intelli
giꝶ nubes lucida que non de nihilo ſed de preiacēte ma
teria formaliter facta eſt ut lux eſſet ⁊ vim lucendi habe
ret in qua dierum ꝑma exorta eſt: qꝛ ante lucem nec di
es fuit nec nox lꝫ tempus fuit. ¶ Item Damaſcenus 2°
li° cap° 7° dicit. ꝙ per lucem intelligiꝶ ignis. ignis autē
eſt corporeus ⁊ ſic lux illa videꝶ eſſe corporea. ¶ SO
LUTIO cum dicíꝶ in geneſi fiat lux. intelligiꝶ de luce
que eſt habitus corporum luminoſoꝝ. ¶ Ad primum
igiꝶ dicēdum ꝙ beatus Auguſtinus ꝓcedit ſm hūc mo
dum ſm quem per celum intelligiꝶ angelica natura in
formis ⁊ hoc myſtice. ſm eūdem enim modum intelli
giꝶ conuerſio eius ad deum. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ
Beda nō itelligit ꝙ lux illa fuerit nubecula ſm eſſenti
am ſed per ſimilitudinem. nubes enim non generaꝶ ni
ſi ex uapore infimoꝝ elemētorum ⁊ hoc modo non ge
nerabaꝶ lux illa ſed ſimilitudinem habuit cum nubecu
la in hoc ꝙ ſicut nubes exalata ⁊ obiecta ſoli recipit can
dorem illuſtrationis quem ulterius miniſtrat inferiori
bus illuminabilibus: ita lux illa fulgorem dedit corpori
bus que ulterius illuminabāt inferiora. ¶ Ad aliud di
cenduꝫ ꝙ Damaſcenus lucem exponit materialiter nō
tñ ponēs omne ſubiectum lucis ſed quoddā. ¶ Ar° 11°

## t Ertio queritur de dubitabi

libus que oriunꝶ ex littera. ¶ Et ꝑmo queriꝶ
quid uoceꝶ ꝑncipium cum dicíꝶ. In ꝑncipio creauit de
us celum ⁊ terram. gloſa enim exponit hoc tripliciter di
cens. In ꝑncipio tēporis: uel ante tēpora: uel in filio. Et
pro ꝑma parte videꝶ gloſa eſſe falſa: qꝛ tēpus poníꝶ vnū
de coequeuis ⁊ ſic non in eius ꝑncipio creata ſunt cete
ra ſed cum ipſo. ¶ Item tēpus eſt creatum ⁊ initiū eius
ſilr̄ ⁊ ita ꝑncipium tēporis erit creatum in ꝑncipio tē
poris ergo idem creaꝶ in ſeipſo. Similiter videꝶ falſa ꝓ
ſecūda parte: qꝛ ſi ſequamur ſentētiā Auguſtini oīa crea
ta ſunt ſimul ⁊ ita celum ⁊ terra non erūt ante cetera. Si
militer ſi ſequamur ſentētiam alioꝝ adhuc erūt plura co
equeua iſtis ⁊ ſic non erūt ante cetera. 3ª pars etiam vi
deꝶ falſa qꝛ nihil ens in filio eſt creatum. creatura enim
non eſt in filio ſm eſſe ꝓprium ſed ſm rōnes idearum
que ab eterno ſunt in filio ſm ꝙ eſt ſapiētia ⁊ ars patris.
¶ Ulterius queriꝶ quare dicíꝶ hic In principio creauit
deus ⁊c̄. ⁊ non poníꝶ hic uſitatus modus per omnes ſex
dies. ſ. dixit deus fiat hoc uel illud. ¶ Ulterius iterum
queriꝶ ſm quas ꝓprietates ꝑma materia uoceꝶ terra ⁊
abyſſus ⁊ aqua. ¶ Ulterius queriꝶ penes quam diffe
rentiam ꝑuationis dicaꝶ inanis ⁊ uacua. alterum enim
horum ſupfluere videꝶ. ¶ Preterea inane ⁊ uacuuꝫ vi
denꝶ eſſe priuationes ꝯuenientes receptioni loci ⁊ non
materie cum tamē ſm phm non ſit eiuſdem rōnis mate
rie ⁊ loci receptio. ¶ Item q̄re dicunꝶ tenebre eſſe ſup
faciem abyſſi ſi abyſſus dicíꝶ materia. ¶ Item ulterius
queriꝶ quare ex parte mouētis potius poníꝶ ſpiritus q̄ꝫ
pater uel filius. ¶ Item cum ferri ſit locuꝫ mutare ⁊ ſpi
ritus increatus non mutet locum videꝶ falſum qd̄ dicit.
Spiritus dñi ferebaꝶ. ¶ Preterea cum nulla ſit diuerſi
tas inter ſpiritum ⁊ dñm videꝶ male dicere. ſpiritus dñi
qꝛ obliqui trāſitiui ſunt ſm Priſcianum. ¶ Preterea q̄
re potius dicit ſup aquas q̄ꝫ extra uel ſub uel in aquis.
¶ Item ſi ꝑma materia ſignificeꝶ nomine terre ⁊ abyſ
ſi ⁊ aque: quare dicit potius. ſpiritus dñi ferebatur ſuper
aquas q̄ꝫ ſuper terram uel abyſſum. ¶ Ulterius queri
tur de expoſitione Auguſtini ſuper illud. dixit deus fiat
lux que eſt talis. Non corporaliter ſonuit uox dei: qua
enim lingua ſonaret cum linguarum diuerſitas non eſ
ſet nec erat quem oportebat audire ⁊ intelligere. bñ eniꝫ
accipiꝶ ad naturaꝫ uerbi per quod omnia facta ſunt hoc
ipſum ꝑtinere eternum ergo eſt qd̄ dixit fiat lux. qꝛ uer
bum patri eſt coeternum. Et hoc eſt qd̄ dicunt aliꝫ. dixit
deus fiat: hoc eſt uerbum genuit in quo erat ut fieret.
¶ Queriꝶ ergo cum ab eterno dixerat uerbum quare
non ſeqtur ꝙ ab eterno creauit ⁊ fecit lucem. ¶ Iteꝫ in
factione firmamēti ponitur fiat ⁊ fecit ⁊ factum eſt. ⁊ hic
omittiꝶ fecit ⁊ alia duo ponunꝶ ⁊ queriꝶ q̄re hoc. ¶ Itē
queriꝶ diuerſitas inter hec tria ⁊ diuerſitas eorum a cre
atione. ¶ Ulterius iterum queriꝶ quid ſit videre lucem
ꝙ eſſet bona. ante q̄ꝫ enim facta eſſet lux ſciuit deus ꝙ eſ
ſet bona. ¶ Item per quem modum diuiſit lucem a te
nebris. qd̄ enim non eſt a nullo diuidiꝶ ſed tenebra non
eſt ut dicūt ſancti ergo non diuidiꝶ a luce. ¶ Preterea
dicit Criſoſtomus ſup ioannem. ꝙ lux non lucet in te
bris niſi diſſipando ⁊ deſtruēdo tenebras ergo videꝶ ꝙ
potius debuit dicere deſtruxit tenebras per lucē quā di
uiſit lucem ⁊ tenebras. ¶ Item queriꝶ per quem mo
dum lucem appellauit diem. dies enim ille non videtur
eſſe eiuſdem rationis cum illo quem fecit ſol quarto die
qd̄ patet qꝛ dies eſt ſol lucēs ſuper terram ⁊ in hac ratio
ne non pōt ſumi dies prima uel ſecūda uel tertia. Eadeꝫ
queſtio eſt de nocte per oppoſitum. ¶ Item queriꝶ ul
terius quare ꝑma dies non habeat mane cuꝫ habeat ue
ſperam. Cum enim dicíꝶ. factum eſt ueſpere ⁊ mane di
es vnus. mane ꝑtinet ad initium ſequētis diei. ¶ Item
cum ſupra dixerit. tenebre erāt ſuper faciem abyſſi ⁊ te
nebre ſunt nox ut hic dicíꝶ videꝶ nox fuiſſe ante primaꝫ
diem ⁊ ita ꝑma dies habuit mane finem ſcilicet noctis ⁊
initium diei. ¶ Preterea opus dei videꝶ tunc incepiſſe
a tenebris. ¶ CONTRA dicit Beda non ſunt audi
endi qui reſpōdendo dicūt deum ante creaſſe tenebras
q̄ꝫ lucem. ¶ Item queriꝶ quare potius dicit. factum eſt
ueſpere ⁊ mane dies vnus q̄ꝫ dies ꝑm⁹. ¶ Solutio ad
ꝑmum dicēdum ſicut etiā ſupra habitū eſt ꝙ tēpus creaꝶ
non in aliquo neqꝫ in ſeipſo ꝓprie ita ꝙ in notet diuerſi
tatem mēſurantis ⁊ mēſurati. alia enim ratio eſt de men
ſura ⁊ mēſurato vnde tēpus ꝯſideratum ſm ſui ſubſtāti
am incepit in ſuo initio: nec hoc eſt incōueniens: qꝛ ſm
ſubſtātiam bene eſt indiuiſibile ſm ſuum eſſe tamen ac
cipiꝶ ut mēſura creationis alioꝝ non ꝙ ſit ante duratio
nē: qꝛ aliter menſura excederet menſuratum: ſed eſt an
te ratione ut mēſura ante mēſuratum. Sic igiꝶ ſm ſub
ſtātiam eſt coequeuum. ſm eſſe quo eſt mēſura. ⁊ ſm ra
tionem alia fiūt in ipō ſicut in ſua mēſura extrinſecus ad
iacēte. Et hoc notat li in quādo dicíꝶ. In ꝑncipio ⁊c̄. Et
per hoc patet ſolutio ad ꝑmam partem gloſe. ¶ Ad ali
ud dicēdum ꝙ ſm Augᵐ ſaluaꝶ bene prioritas ſm ordi
nem nature ut habitū eſt ſupra: lꝫ omnia facta ſint ſimul
in tempore: ⁊ hoc notat in principio quādo exponiꝶ per
ante cetera. Secūdum alios autem per celum intelligi
tur natura angelica ⁊ in materia fluida ſuperponitur ⁊
hec omnia dicuntur facta ante cetera. ¶ Ad aliud dicē
dum ꝙ ſm tertiam partem gloſe in quando dicitur in
principio non notat continentiam uel rationem men
ſure: ſed notat modum relationis filiꝫ ad opus creatio
nis. filius enim eſt virtus ⁊ ars patris: ⁊ ſic pater cre
at in filio ſicut in virtute ⁊ arte non ꝙ pater perſe non

poſſit creare:ſed q: pater quicqd habet filius habet a pa
tre.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ creare ⁊ dicere ⁊ facere dif-
ferunt in operibus diuinis.Creare enĩ pertinet ad edu
ctionem alicuius de nihilo ſm ſuam ſubſtātiam.dicere
autem ptinet ad determinationem ſapientie ſm quā fit
res ⁊ formatur. Et ꝓpter hoc dicere eſt eternuꝫ.ab eterno
enim determinauit deus ꝙ tunc incepit hoc ⁊ illud.Un
de nihil aliud eſt dicere.dixit deus fiat.ꝙ̃ ab eterno de-
terminaſſe ꝙ tunc uel tunc res oriatur. Unde Aug⁹ in
ꝑncipio ſuper geneſ.ad litteram.dicit ꝙ uerbum iſinu-
at reuocationem creature create ad ſe.Unde cuꝫ per ce-
lum ⁊ terram informis creatura itelligitur ſpiritualis ⁊ cor
poralis non ponitur ibi dixit deus.ſed per luceꝫ formatio
eiuſdem creature intelligitur:⁊ ideo ibi ponitur.dixit deus
fiat lux.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ vna ꝓprietatum mate
rie eſt retinere formam ⁊ ſm hanc dicitur terra eo ꝙ om-
nia que faciunt retentionem ſunt in terra. Retentioneꝫ
autem faciunt tria.ſ.ſoliditas ut diſpoſitio.ſiccitas autem
ut materia.⁊ frigiditas ut efficiens.Et ideo dicit Auic^a.
ꝙ vis retentiua vigorem ſuſcepit a frigido ⁊ ſicco.2^a pro
prietas materie eſt recipere.⁊ ſm hanc ꝓprietatem dicitur
aqua:q: humidum aque non eſt terminabile in ſe ſꝫ ter-
minatur ad quālibet figuram tangentis.3^a ꝓprietas mate
rie eſt non ſubſiſtere actu ⁊ hanc habet inquantū eſt ſub
iecta priuationi:⁊ ſm hanc dicitur abyſſus ab ea qđ eſt ſi-
ne ⁊ baſis.baſis enim materie ſuper quam fundatur eius
eſſe ſm actum eſt forma ſubſtātialis.¶ Ad aliud dicen
dum ꝙ receptibilitas materie ſm aliquid comparatur re-
ceptibilitati loci.Eſt enim quidam locus ſimpliciter lo
cus.⁊ quidam eſt locus ut uacuum.ille vero qui ſimplici-
ter eſt locus immobilis eſt ⁊ eſt motus ad ipſum ⁊ ab ip
ſo.qui vero eſt locus ut uacuū mouetur cum re mota ⁊ quo
ad hoc ꝙ locus ſimpliciter immobilis eſt ⁊ recipit id qđ
mouetur ad ipm habet ſimilitudinem cuꝫ materia.⁊ ideo
dicit phus in 4° phi^r.ꝙ vno modo dicitur uacuuꝫ in quo
non eſt aliquid.eſt enim forma ſubſtātialis ⁊ corporea ⁊
ideo ſequitur neqꝫ ſubſtātia corporea aliqua.Unde dicūt
quidam uacuum eſſe corporis materiam quo ad hoc au
tem ꝙ locus diſtinctus eſt a re locata ⁊ non facit vnū cū
ipſa non habet ſimilitudinem cum materia.¶ Itē quo
ad hoc ꝙ locus continet materia aut continetur iteruꝫ nō
habet ſimilitudinem.Dicitur ergo materia inanis reſpe-
ctu forme que pertinet ad diſtinctioneꝫ.uacua vero reſpe
ctu forme que pertinet ad ornatum.¶ Ad aliud dicen-
dum ꝙ tenebra eſt priuatio luminis.lumen autem eſt ꝑ
ma forma per quam ſupiora mouent materiam elemen
torum.Et q: adhuc proportio ſufficiens non erat inter
ꝑncipium primum mouens in genere corporum ꝓpter
hoc dicitur tenebra fuiſſe.Quia vero abyſſus dicit materiā
ſm ꝙ eſt ſub ꝑuatione ⁊ non terra uel aqua ꝓpter hoc
dicitur potius illa tenebra fuiſſe ſup faciem abyſſi ꝙ̃ ſuper
faciem terre uel aque. Tñ qdā ſancti dicūt ſicut Baſili⁹
ꝙ per tenebras intelligitur aer ꝑuatus lumine.¶ Ad ali
ud dicēdum ꝙ ſpiritus eſt ꝑncipium vite ſicut dicit dñs
in euāgelio.Spūs eſt qui viuificat.Et in geneſi ꝑmo.in
ſufflauit in faciem eius ſpiraculum vite.Pater vero ⁊ fili
us ſm hec noīa non dicūt ꝑncipium vite:⁊ ideo potius
ponitur ibi ſpiritus ꝙ̃ pater ⁊ filius.lꝫ enĩ non oīa forma-
ta viuāt tamen vita eſt actus anime ⁊ aīa eſt ultima for-
ma intēta a natura ⁊ ideo precedētia.ſ.elementa ⁊ mixti-
ones elemētorum ordinantur ad aīata ⁊ ſaluantur in illis
¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ ſpiritus dñi ferebatur nō loci mu
tatione ſed exhibitione diuerſarum formarum in diuer
ſas materie partes.¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ſm rē nul-
la eſt trāſitio inter ſpūm ⁊ dñm.quātum vero ad modum
loquēdi per dñm ſignificatur pater ꝓpter auctoritatem:q:
ſicut dicit Aug⁹ in patre eſt ꝑncipium totius diuinitatis
q: ab illo generatur filius ⁊ ab ipſo procedit ſpūs ſanctus.
Unde ſicut ſpūs ſanctus mittitur a patre ad ſanctificāduꝫ
creaturam rationaleꝫ ut dicit Aug⁹ in 4° de trinitate.⁊
mitti eſt cognoſci ꝙ ab alio ſit ut dicit Aug⁹ ibidem.ita
hic per modum loquēdi in ope creationis ſignificatur ꝙ
ſpiritus dñi eſt ſpiritus a dño hoc eſt a patre.¶ Ad ali-
ud dicēdum ꝙ ſpiritus eſt motor ⁊ cauſa extra rem exi-
ſtens quam mouet ⁊ cauſat ⁊ excedēs omne cauſatū ab
ipſo ⁊ nihilominus attingēs ipſum per forme impreſſio
nem.Et hec tria importantur per ſup.qđ enim eſt ſup eſt
extra rem eleuatum ab ipſa ⁊ non ꝯtingēs eam.Hec au
tem tria non importantur per prepoſitiones alias:⁊ ideo
potius ponitur ſuper ꝙ̃ alia ꝓpoſitio.¶ Ad aliud dicēdū
ꝙ ſpūs ſuper ferebatur ut exhibens formas ut dictum eſt.
⁊ q: exhibitioni formaruꝫ reſpōdet in materia receptibi
litas ꝑmo ⁊ retētio uel priuatio ideo potius dicitur ꝙ fere
batur ſup aquas ꝙ̃ ſuper terram uel abyſſum:q: ut dictuꝫ
eſt materia dicitur aqua ꝓpter receptibilitatem formaruꝫ.
¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ duo ſunt in uerbo ab eterno.ſ.
idee ⁊ determinatio vniuſcuiuſqꝫ quādo debeat ꝓcede
re in eſſe ⁊ hoc uocatur ab Auguſtino plenitudo tēporis
reſpectu filij.dicit enim Aug⁹ ſup illud.quādo uenit ple
nitudo tēporis.ꝙ plenitudo temporis fuit impletio tem
poris qđ preſciuerat deus in quo filius debuit incarna-
ri.⁊ ſimiliter eſt reſpectu aliarum creaturarū:q: vnaque
qꝫ tunc eſſe incipit quādo ab eterno deus ei preordina-
uit ut fieret.Et hoc eſt qđ dicitur uerbū genuit in quo erat
ut fieret.nec tamē ſeqtur ꝙ ab eterno creatura ſit lꝫ uer-
bum dictum ſit ab eterno q: non eſt idem iudicium de
hac cauſa ⁊ cauſato eo ꝙ ipſa in infinituꝫ diſtet a ſuo cau
ſato non ideo ꝓportionatur ei in aliquo in eſſentia neqꝫ in
duratione neqꝫ in virtute nec in ope.Et ideo dicit Au
guſtinus ꝙ non ſequtur uerbum eternum quo dicta eſt
creatura ut fieret creatura.Aliter tamē poſſet ſolui ꝑ di-
ſtinctionem huius.ab eterno dixit ut fieret eo ꝙ ab eter
no poteſt determinare hoc uerbum dixit.uel hoc uerbū
fiat.⁊ ꝑmo modo eſt uera.ſecūdo modo falſa.ab eterno
enim dixit ut fiat non ab eterno ſed tūc quando incepit.
¶ Ad aliud dicēdum ꝙ tria exiguntur ad perfectionem
rei.quorum duo ſunt ex parte efficiētis.⁊ tertiū ex parte
rei facte.Primum qdem ex parte efficientis eſt inclina
tio ad opus per uolūtatem opandi ⁊ hoc in prima cauſa
eſt impium quod importatur per fiat.2^m vero ex parte effici
entis eſt operatio exiēs ab ipſo in opus ⁊ hoc importatur
perfectio ſiue perfecit.3^m vero qđ eſt ex parte rei facte eſt
obedientia rei opate oſtenſa in eſſe ⁊ hoc importatur per-
fectum eſt.ſed vnum horum omittitur.ſ.fecit eo ꝙ lux eſt
forma que fit in alio ⁊ non res perſe exiſtēs ⁊ ſuper tales
formas non eſt operatio efficiētis:q: omnis efficiēs ope
ratur ſup materiam ⁊ tales forme nō ſunt ex materia ali
qua.Auguſtinus tamen aliam dat ſolutionem ſm ſuaꝫ
ſentētiam dicens ꝙ per lucem intelligitur angelica natu-
ra reformata ad uerbum ⁊ hec reformatio non prius fuit
in angelorum noticia ꝙ̃ in re ipſa.Cum igitur per fiat im
portatur operatio in uerbo per fecit autem operatio in an
gelorum noticia:⁊ pfectum eſt priuatio rei in ſeipſa fecit
non habuit locum in operatione lucis.Hec vero tria di-
ſtinguuntur ab ope creationis:q: hec tria ptinent ad indu
ctionem forme in materiam.Creatio aūt ad eductioneꝫ
ſubſtātie materialis de nihilo ut ſupra habitū eſt.¶ Ad
aliud dicēdū ꝙ videre nō ſumitur ibi ſm ꝙ eſt ꝑncipium
cognitionis que oritur ex ſenſibus ſed ſumitur pro ſigno uo
lūtatis ⁊ bñplaciti artificis ad opus pfectum.ad id enim
qđ bene placet multiplicatur aſpectus oculoꝝ frequenter.
Et hoc eſt qđ dicit gloſa ibidem.vidit deus.i.placuit ei
in ſua eēntia qđ prius placuerat ei in ſua ſapiētia.¶ Ad
aliud dicēduꝫ ꝙ per ꝓprietatem nature diſtincta eſt lux
a tenebris:q: id qđ perſe eſt luminoſum naturaliter eſt
in circūferētia.id aūt qđ perſe eſt opacū ⁊ tenebroſuꝫ na
turaliter eſt i cētro.Et tenebre ſm ꝙ ibi ſumuntur itelliguntur
in ſua cauſa que eſt corpus opacū ⁊ in illa non ſunt nihil

ſed aliquid ⁊ ſic poſſunt diſtingui. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ Criſoſtomus accipit tenebras que ſunt priuatio actus luminis in dyaphano ⁊ nō in ſua cauſa que eſt opacuz corpus ⁊ ideo nō habet locuz qđ ipſe dicit in propoſito. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ appellauit lucez diem per cauſam que eſt forma ⁊ efficiens. Poteſt enim ratio diei ſumi ab efficiēte proximo qđ eſt forma ⁊ efficiēs ⁊ ſic dies differt a luce ⁊ lumine: ⁊ ſm hunc modū tres p̄mi dies eiuſdem rōnis erant cum tribus ſequentibus. Poteſt etiam ſumi ab efficiente primo non tamen proximo qđ eſt efficiēs ⁊ nō forma ⁊ ſic ſol effecit tres ultimos dies. Lux ꝟo indiſtincta in celo effecit primos tres: ⁊ ſic dies quodāmodo ſunt eiuſdem rōnis ⁊ quodāmodo diuerſe. Si enim ſumanť penes ſubſtātias efficientium non erunt eiuſdez rōnis. Si aūt per comparationē ad actus eorum erunt eiuſdem rōnis. ¶ Ad aliud dicenduz ꝙ mane accipitur ut punctus ꝯtinuans in rōne finis ⁊ p̄ncipij ⁊ ideo cum primaz diem nihil precesserit neqꝫ nox neqꝫ dies initium eius non poteſt ſm rōnem nominis dici mane. ſed finis eius habet bene rōnem ueſpere qꝛ eſt initium noctis ⁊ finis diei. Alia tamen ratio ſupra aſſignata eſt ſm Augm. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ ſuper cum dicitur tenebre erant ſuper faciem abyſſi non dicebantur tenebre niſi ſm ſuam cauſam ⁊ ideo ille nō poſſunt dici nox. Hic autem intelligitur de tenebris prout formaliter ſm ſuum eſſe intelligunť hoc modo quo priuatio poteſt habere eſſe ⁊ formaz. Hoc enim nihil aliud eſt q̃ʒ carētia luminis in dyaphano ex īterpoſitiōe opaci corporis inter illuminans ⁊ dyaphanuz. Ex hoc etiā patet ſolutio eius qđ ſequitur ꝙ opus dei non incepit a tenebris ſed a die ⁊ luce: ſm enim naturalem ordinez creationis precedens dies computatur cum ſequēti nocte ſed ſm proprietatem caſus culpe primi hominis qui caſus incepit a tenebris infidelitatis ⁊ ignorantie exñs tamen cum ſpe illuminationis per grām computabatur precedens nox cum ſequenti die. Et ideo feſta legalia a ueſpera precedentis diei uſqꝫ in ueſperam ſequētis diei computabanť. ſm ſtatum aūt reſurrectionis ⁊ reformationis iterum incipit cōputatio a plena luce quia in plena luce in aurora ſurrexit dominus. Qđ autē nos facimus in precedenti ueſpera potius ſunt p̄parationes ad futurum feſtum ſuſcipiendum q̃ʒ de ſubſtantia feſti. Et ideo etiam laudes cantantur in aurora propter lucē reſurrectionis que tunc incepit. ¶ Ad ultimum dicēduz ꝙ idem eſt dies ſm ſubſtantiam temporis in omnibus diebus ſed non eſt idem ſm eſſe: ⁊ propter hoc cum primuz notet diuerſitatem ad 2m ſm eſſe ⁊ ſubſtantiā. vnuz autē ſm eſſe tm̃ potius dicit dies vnus q̃ʒ dies primus. Qđ autez ſubā temporis ſit eadem in toto tempore habitum eſt ſupra in qōne de tempore. ¶ Articulus 12us.

d **Einde queritur** De hijs que facta ſunt ſecunda die. Et quia de firmamento ⁊ aquis ⁊ diſtinctione aquarum iam ſupra habitum eſt tm̃ duo reſtant querenda ſcilz qualiter deus uocauit firmamentum celum. Et quare ſecunda dies non habuit benedictionem. non enim ponitur ibi uerbū ſignūs actū benedictionis ſicut in alijs quibuſdam ubi dixit benedixit eis. nec etiam ponitur ibi uerbuz notans approbationem ſicut vidit deus ꝙ eſſet bonum. ¶ Item iuxta hoc queritur qualiter in quibuſdaz notatur benedictio in uerbo approbationis tali modo loquendi vidit deus ꝙ eſſet bonuz ſicut in operibus quatuor primoꝝ dierū. Et in alijs notatur per uerbuz benedicēdi ſicut benedixit eis. ¶ Solutio ad primum dicendum ꝙ omne nomen imponitur a forma ⁊ quando deus firmamēto formam dedit formam ſubalem tunc ipſo opere celum uocauit. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ opus ſecunde diei dependet ab opere tertie diei. diſtinguebatur enim ſecunda die natura elementoruz que diſponiť dyaphano ab vno extremo qđ eſt dyaphanum naturaliter cōiunctū lumini ut celum criſtallinum ⁊ non eſt ſufficiens diſtinctio niſi eadem elementa dyaphana etiaz alio extremo diſtinguantur qđ naturaliter eſt opacum ⁊ hoc fit tertio die quando aque diſtinguuntur a terra. Et qꝛ tunc diſtinctio p̄fecta eſt tunc accepit benedictionem per notaz approbationis diuine. ¶ Si aūt queriť ſm hoc quare intercidit ſecundus dies ante opus perfectuz. quia vna perfectio operis videtur pertinere ad vnuz diem. Dicēdum ꝙ diſtinctio medioꝝ elemētoꝝ ab utroqꝫ extremo ſcilz a celo ⁊ a terra nō eſt vnius rōnis. A celo enim diſtinguuntur elementa que ſunt receptibilia luminis ſicut ab eo cū quo nō cōmunicāt in materia ſed ſunt mobilia ab ipſo tm̃. Sed a terra diſtinguūtur ſicut ab eo cū quo cōmunicant in materia agentia in ipm ⁊ patientia ab ipſo. Et dico tria elementa eſſe media inter celum ⁊ terram quia cōmunicant cum utroqꝫ extremorum. Cū celo enim habent dyaphanū ut dicit philoſophus in 2o de anima. Cuz terra autem cōmunicantem in materia. ¶ Ad ultimum dicendum ꝙ quedam agunt ⁊ patiuntur in gnātione a p̄ncipio intrinſeco ꝙ eſt natura ⁊ agere ⁊ pati illoꝝ eſt ſub neceſſitate ⁊ ideo nō oportet ꝙ fiat eis imperium ad appetitum actus gnātionis ſed tm̃ benedictio eoꝝ notatur in nota approbatiōis diuine ꝙ ſic permaneat in natura quēadmodum conſtituta ſunt ⁊ talia ſunt opera primoꝝ quatuor dierum: lz enim uegetabilia habeāt aīam hec tamē anima magis mouet ut natura q̃ʒ ut anima quia motus eorū ſunt ſub neceſſitate ⁊ ſunt determinati ad vnum ⁊ non ad contraria. Quedaz autem mouentur a principio intrinſeco qđ eſt aīa ſenſibilis uel rōnalis habens appetitum huius ⁊ contrarij ⁊ illa non de neceſſitate generant ſed inclinatione appetitus: ⁊ ideo alij diſtinguerunt imperio inclinante appetitum per naturā in generatione qđ deſignatur per talez modum benedictionis creſcite ⁊ multiplicamini.

¶ De opere tertie diei. Articulus 13us.

d **Einde queritur** De ope tertie diei. ¶ Et queriť p̄mo qualiter aque ſunt congregate in locum vnum. ⁊ quis ſit locus ille cuz nos videamus eas ab alto deſcēdere ⁊ in pluuijs ⁊ niuibus ⁊ in locis pluribus eē ⁊ in mari. ¶ Ulterius queritur apparuit arida. Si enim ſm naturaz terra eſt in medio erit ipſa quo ad omnez partem in medio quanto poteſt ꝓpinquius ut dicit phs in de celo ⁊ mūdo. ⁊ ita vndiqꝫ cooperiri aquis ⁊ nō apparere arida. ¶ Preterea queritur quare uocauit aridam terram cum etiam ſupra terra ſit appellata ubi non ſit mentio aride. ¶ Item qualiter congregationes aquarum appellauit maria. Si eni congregationes aquarum ſunt in vno loco qui eſt proprius locus elementi qđ dicitur aqua cum ipſuz elemētum naturam habeat inſipidi videtur ꝙ congregationes aquarum debeant appellari inſipide ⁊ non maria. Maria enim amara ſunt ⁊ habent aquas compoſitas ⁊ permixtas terreſtri combuſto aque autem elemēta ſm naturam ſunt ſimplices. ¶ Preterea queritur quare dicit in plurali maria ⁊ non in ſingulari mare. ¶ Itē queritur de quadam cōtrarietate in pſalmo ubi dꝛ ꝙ terra fundata eſt ſuper aquas. Et alibi dicitur ꝙ fundata eſt ſuper ſtabilitatem ſuam. Et alibi iterū ꝙ dominus fundauit eam in nihilo. ¶ Queritur etiā quare non ſit mētio de diſtinctione ignis ⁊ aeris. ¶ Item queriť ulteriꝰ quare aqua fluit in terram potius q̃ʒ aliud elementum ¶ Item queritur ulterius utrum quedam plante nociue ex figura ut ſpine uel humore ut uenenoſe tertio die fuerint create. Et videtur ꝙ non quia hec ſunt ad penā hominis ⁊ non punit deus ante delictum. ergo videtur ꝙ talia poſt peccatum hominis fuerint create. ¶ Item

querit᷑ de figura elementoruꝫ eo ꝙ quidam ſancti di/
cunt ꝙ terra ſicut ſcutella natat ſuper aquas. ¶ Solu/
tio dicendum ad primum ꝙ tria ſunt elementa grauia
ſcilicet terra aqua ⁊ aer. quod patet ꝙ remota terra aer
⁊ aqua deſcendunt in locum eius. ſed vnum tñ̄ eſt ſim
pliciter graue ſcilicet terra cuius ſignum eſt ꝙ ipſa per/
ſe ⁊ in alijs deſcendit ad medium. terra enim deſcendit
perſe ad centrum ⁊ poſita in aere ⁊ aqua iteruꝫ deſcen/
dit ſed non ſic aer ⁊ aqua. Aer enim poſitus in terra ⁊
aqua aſcendit ſed hec duo elementa poſita in igne de/
ſcendunt. Et ideo dicit philoſophus ꝙ ſunt leuia in alio
⁊ grauia in alio. Et hanc naturam accipiendo diſtincta
ſunt media ab extremis. Unde nihil aliud eſt congre/
gare aquas in locum vnum ꝗ̃ dare eis naturam illam
ꝙ ſint leues in terra ⁊ ſic aſcendat ab ipſa. ⁊ graues in ae
re ⁊ ſic deſcendunt ab ipſo. ¶ Et hoc eſt etiam ꝙ dicūt
ſancti ꝙ ignis ⁊ aer diſtincti ſunt quando aque recedē/
tes ab igne ⁊ aere ſunt ſeparate. ¶ Ad aliud dicendum
ꝙ locus congregationis aquarum eſt locus originis ea
rum: lꝫ enim in multis locis ſint originaliter tamen nō
ſunt in loco occeani ut probatur in libro metheurorum.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ aliter eſt de aquis ⁊ aliter de
igne ſm naturam. quanto enim elementum rarius eſt
tanto maiorem locum occupat. Et quanto ſpiſſius eſt tā
to minorem locum habet: ſm ꝙ etiaꝫ dicit philoſophus
ꝙ ex vno pugillo aque fiunt decem aeris: ⁊ ideo aqua
multo eſt in minori loco ꝗ̃ aer: ⁊ ideo nō ſequitur ꝙ ſi
aer ⁊ ignis ambiunt terram vndiqꝫ ꝙ etiam aqua am/
biat vndiqꝫ eam. ¶ Preterea aqua habet humidum
incorporale ⁊ terra ſiccum incorporale que duo domi/
nantur in omnibus elementatis. Aer autem habet hu/
midum ſpirituale non incorporale: ⁊ ignis ſiccum ſpiri
tuale non incorporale ⁊ ideo aqua ſm naturam ſui hu/
midi diſſoluit terram influens in poros eius: ⁊ ideo co/
operitur a terra ⁊ non coperit eam vndiqꝫ. aer auteꝫ nō
ita diſſoluit eam humido ſuo nec influit in eam. ⁊ ideo
circundat eam vndiqꝫ ⁊ ſimiliter ignis. ¶ Ad aliud di
cendum ꝙ terra ſupra propter ſui vicinitatem ad infor/
me poſita eſt pro materia. Hic autem ſumitur terra ſm
rationem ſui nominis ſm quam dicitur terra quaſi pe/
dibus trita pro loco quietis elementatoruꝫ in omnibus
enim illis ipſa dominatur: ⁊ propter hoc omnium qui/
es eſt in ipſa. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ mare ſm ſub/
ſtantiam ſuarum aquarum eſt elementum ⁊ ſm eſſe in/
ſipidum: per accidens autem eſt amarum ⁊ cōmixtum
ut obiectum eſt. ¶ Poſſet tamen dici ꝙ mare non eſt
amarum niſi in loco illo ubi calor ſolis eleuat a fundo
eius uapores terreſtres groſſos combuſtibiles ſed in lo
co alio eſt inſipidum. Et hoc videtur uelle philoſophus
in primo de animalibus. ꝙ quoddā animal marinum
maius eſt animali ſanguinis: cuꝫ tamen ⁊ careat ſangui
ne hoc eſt raro pauco ſicut quidaꝫ piſces dicti malechie.
nam hoc genus augmentatur in locis calidis ⁊ magis
eſt in pelago ꝗ̃ prope ripas ⁊ precipue in locis ubi mul
tiplicantur aque inſipide. Ex hoc accipitur ꝙ aque inſi/
pide ſunt in aliqua parte maris. ¶ Ad aliud dicenduꝫ
ꝙ humidum aque ut habitum eſt materiabile eſt in ſe:
⁊ ideo diuiſibile ſm ſui diuiſibilitatem. Et ut notetur
hec diuiſibilitas dixit maria ⁊ non mare. ¶ Ad aliud
dicendum ꝙ terra conſideratur duobus modis ſcilicet
ut elementum ⁊ ut materia corporum generabilium.
Et primo modo conſiderata fundata eſt ſuper ſtabilita/
tem ſuam. Et dicitur ſtabilitas eius natura illa que ſim/
pliciter eſt grauis quia ex illa habet locari in centro. Ex
hoc autem ꝙ terra perſe fundatur in centro ⁊ non ter/
minat᷑ ad elementa alia ſed potius alia quedam ad ipaꝫ
dicitur alibi fundata in nihilo. Scdm̄ autem ꝙ conſide
ratur ut materia corporum elementoruꝫ non fundatur
ſuper aquas. Corpora autem commixta ſunt continua
terra autem perſe non continuatur. vnde in quarto me
theurorum dicit philoſophus. Terra pura lapis non fit
quia continuationem non facit ſed comminutionem.
Continuatio enim eſt ex virtute aque ⁊ ideo terre con/
tinuatio fundatur ſuper aquam propter humidum con/
tinuans eam in corporibus cōmixtorū. ¶ Ad duo ſe/
quentia patet ſolutio per ante dicta. ¶ Ad aliud dicen
dum ꝙ plante que modo nociue ſunt nō eſſent nociue
ſi homo nō peccaſſet nihilominus tamen eſſent in ſuis
figuris ⁊ humoribus in quibus modo ſunt ſed non no
cerent ſicut nec ignis ureret neqꝫ aqua ſuffocaret ſi pec
catum non eſſet nihilominus tamen ignis eſſet calidus
⁊ aqua humida. ¶ Ad ultimum dicendum ꝙ omniuꝫ
elementorum figura eſt circularis. terra enim cum vn/
diqꝫ ſit grauis vndiqꝫ quantuꝫ poteſt appropinquat ad
centrum ⁊ ita in circulo quia ſi diſtaret per angulum eſ/
ſet remotior a centro in angulo ꝗ̃ in latere figure angu
late: q: ſi due linee exeant a centro figure angulate vna
ad latus ⁊ altera ad anguluꝫ longior erit ea que protra/
hitur in angulum. Aqua ꝟo vndiqꝫ terminatur ad ter/
ram ⁊ etiam rotunda eſt. Et eadem ratio eſt de aere pro
pter contactum ad aquam. De igne autem alia ratio eſt
ille enim eſt ſimpliciter leuis ⁊ ideo vndiqꝫ aſcendens
ſurſum ut dicit Auicenna ⁊ figuratur ad celum lune ꝙ
cum ſit rotundum ignis etiam rotundus erit.

¶ Articulus 14°.

d

## Einde queritur de

opere quarte diei. ¶ Et quare luna di/
catur magnum luminare cum iudicio ſa
pientum ſit minor alijs ſtellis. ¶ Item
quomodo preeſt nocti ⁊ ſimiliter ſtelle cum luna quan/
doqꝫ de nocte ſit ſub terra ⁊ ſtelle de die ſicut de nocte
ſunt ſuper terram. Totum autem reſiduum diſputatum
eſt ſupra in queſtione de celis. ¶ SOLUTIO di/
cendum ꝙ luna dicitur magnum luminare non a quā/
titate ſed ab effectu illuminandi terram. ¶ Ad aliud
dicendū ꝙ luna non habet niſi lumē a ſole: ⁊ ideo opor
tet ꝙ opponatur ei per diſtātiam aliquam ⁊ quo ad hoc
in quacunqꝫ parte eſt ſol luna illuminata que illuminat
terraꝫ erit in oppoſita. Unde ſole exiſtente in inferiori
emiſperio erit luna in ſuperiori ſm ꝙ terraꝫ illuminat.
Similiter dicendum de ſtellis ꝙ lꝫ de die ſint ſuper ter
ram tamen non illuminant terram ſed tegitur lumē ea/
rum a lumine ſolis ſed nō ſic in nocte: ⁊ ideo ſunt ad de
corem noctis. ¶ Si autem queritur quomodo hec lu/
minaria pertinent ad ornatum celi cuꝫ plante affixe ter
re pertineant ad diſpoſitionem. Dicendum ut ſupra ha/
bitum eſt ꝙ ſtelle ſunt motores determinati in ſpecie ⁊
lꝫ non moueantur niſi motu ſuoruꝫ circulorum ſm na/
turales philoſophos: tamen diuerſificantur in ſitu ⁊ pro
portione mouendi per renouationem ſitus in motu qđ
non accipit plantas: ⁊ ideo pertinent ad ornatum ⁊ non
plante.

¶ De opere quinte diei. Articulus 15°.

d

## Eide queritur de

operibus quinte diei propterquid ex
vno materiali fiunt ea que ornant aquā
⁊ aerem. ¶ Item propterquid vno
die ornentur aque ⁊ aer. ¶ Preterea queritur que dif/
ferentia ſit inter reptile anime viuentis ⁊ animam vi/
uentem atqꝫ motabilem. ¶ Preterea videtur ꝙ aues
ſint de ornatu terre quia dicitur in littera. Auesqꝫ multi/
plicentur ſuper terram. ¶ Preterea quedaꝫ animalia
ſunt que ſunt in aqua ⁊ terra: ſicut dicit philoſophus. ⁊
quedam manent in aqua ⁊ pereunt in terra. Et queri/
tur ad cuius ornatuꝫ pertinent illa. ¶ SOLUTIO
Dicendum ꝙ in opere ornatus in diſtinctionibus die/

rum attenditur generalis diuiſio que ſumitur penes ea que oꝛnantur:⁊ ideo cū aer ⁊ aqua habeant naturā mediorū elementorum que communicant in natura dyaphani ⁊ in paſſiua qualitate que eſt humidum ponitur oꝛnatus eorum in vno die. quia ꝟo in piſcibus ⁊ uolatilibus pꝛeciſe paſſiuum eſt humidum ⁊ humidum aeris ſpirituale eſt non incoꝛpoꝛale:ideo materiale in auibus ⁊ piſcibus eſt humidum aqueum: ſed ex humido conſtante per frigidū ſm ſui generis naturam magis ſunt piſces: ⁊ ideo ſm ſuum genus ſunt frigidi ſicut ⁊ locus aque in quo ſunt. Ex humido ꝟo uapoꝛali coniuncto cum calido ſm ſui generis naturam magis fiunt aues: ⁊ ideo ſunt nature calide ſm ſuum genus. Per hoc patet ſolutio ad duo pꝛima. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ motus auium eſt in aere ⁊ quies in terra: ⁊ iſtud elementum dicitur oꝛnari illo genere animalis quod eſt locus motus eius ⁊ non quietis. Unde plante a ſanctis dicuntur non pertinere ad oꝛnatum:quia immobiles ſunt ſm locum:omnia enim natatilia generaliter pertinēt ad oꝛnatum aque:⁊ uolatilia ad oꝛnatū aeris:⁊ greſſibilia ad oꝛnatum terre. natatilia enim non natant niſi in aqua:⁊ uolatilia nō uolant niſi in aere:⁊ greſſibilia non gradiuntur niſi in terra. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ anima viuens dicitur a pꝛimo actu anime qui pꝛimus actus anime in coꝛpoꝛe eſt vita. Anima ꝟo motabilis dicitur anima ſm actum pꝛoceſſiui motus:motus autem pꝛoceſſiuus eſt in oꝛganis ad motum oꝛdinatis. ⁊ ſi oꝛgana ſunt ale tunc dicitur uolatile animal. ſi ſunt pedes tunc dicitur greſſibile. Si autem ſunt pennule tunc dicitur natatile. Si ꝟo vis illa ad motum ſita eſt in coſtis uel in oꝛe uel in collectione ⁊ extenſione anulorū tunc dicitur reptile:reptilia enim rapiunt ſe quandoq; vi coſtarū quādoq; oꝛe quādoq; collectione ⁊ extenſione anulorum. ¶ Ad ultimum dicendū ꝙ animalia cōmunia utriq; elemento compꝛehendūtur ſub oꝛnatu utriuſq;: ſed tamen magis dicuntur eſſe oꝛnatus illius in quo frequētiorem habent motum: ſicut dicit Ariſtoteles in ſeptimo de animalibus de delphinis. ꝙ habitant in mari ⁊ pereunt in terra iuxta littus ⁊ quādo tranſierunt duodecim dies fetus multotiens in die uadit cum eis ad mare ⁊ non facit hoc niſi ut aſſueſcat eos mari quia nequit ambulare eo ꝙ non poteſt ſe ſuſtinere pedibus ſuis q2 delphinus eſt carnoſus ⁊ mollis ⁊ eius oſſa ſunt cartilaginoſa.

¶ De opere ſexte diei.          Articulus 16°.

## Einde querit de

d

opere ſexte diei. ¶ Et queritur que ſit differentia inter iumenta ⁊ reptilia ⁊ beſtias. ¶ Item queritur de pernitioſis ⁊ uenenoſis animalibus Utrum poſt peccata facta ſint uel ante. ¶ Item de quibuſdam que naſcūtur ex putrefactione Utrum tunc create ſint uel poſtea. ¶ Solutio dicendū ꝙ iumēta ſm ſuum nomen dicitur quaſi iuuamenta ⁊ ſunt ea que iuuant hominē in laboꝛe. Reptile autem dicitur qḋ ſe rapit oꝛe uel coſtis. Beſtie autem quaſi uaſtie dicūtur animalia vnguibus uel dentibus lacerantia. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ſicut ſupꝛa dictum eſt de uenenoſis plantis. ¶ Ad ultimum dicendū ꝙ non opoꝛtuit ea que pꝛoduci poſſunt ex putrefactione tūc creari eo ꝙ opera ſex dierū non ſunt niſi ad ſufficientiam pꝛopagationis in pꝛincipio nature.

¶ De operibus ſex dierum in communi.

## Onſequenter an

c

teq̃; de homine queratur querendum eſt de hijs operibus in communi. Et quare in tanto numero ſunt. Et quid ſm alium modum dicatur dies ſi omnia creata ſunt ſimul. Et que ſit perfectio ſenarij de qua dicit Auguſtinus ꝙ ideo ſenarius perfectus eſt numerus quia deus opera ſua perfecit in ipo. ¶ Et dicendum eſt ad pꝛimū ꝙ ut habitum eſt in ſupꝛadictis numerus operum ſex dierum accipitur ſm numerum pꝛincipiorum naturalium ita ꝙ per opus creationis acquirit materialis ſubſtantia pꝛincipiorum. Per opus ꝟo diſpoſitionis acquiritur foꝛma ⁊ locus actiuorum ⁊ paſſiuorum ⁊ mouentium ad tranſmutationem rerum in communi ſine determinatione huius uel illius ſpeciei:ſed per opus oꝛnatus potentie actiue ⁊ paſſiue ⁊ motiue determinant ad foꝛmas ſpeciales in quibus fit pꝛopagatio vniuſcuiuſq; ſm ſuum genus. Et ſubdiuiſio horum operum ſupꝛa eſt expedita. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ dies naturalis eſt reuolutio vna equinoctialis circuli cum tanta parte zodiaci uel linee ecliptice quā naturali motu ab oriente in occidentem deſcribit ſol ⁊ hec pars eſt. 52. minuta ſm illam quātitatem qua gradus componitur ex. 60. minutis in qua reuolutione etiā mouentur elementa ad cōmixtionem generabilium. ¶ Poteſt igitur dici ꝙ ſm eos qui ponunt omnia creata eſſe ſimul dies intelligit menſura perfectionis vniuſcuiuſq; pꝛincipij naturalis eo modo quo opus diuinum dicitur eſſe perfectum. q2 opus creationis eſt ad acquiſitionē materie tm̄ que nō habet perfectionem in ſe:⁊ ideo non eſt in vna die ſed adiungitur ei aliquid de opere diſpoſitionis. Et hoc videtur uelle auctoritas Auguſtini ſupꝛa inducta que dicit ꝙ mane eſt oꝛtus rei ⁊c̄. ¶ Ad ultimum dicendum ſm Auguſtinum in libꝛo ſuper Geneſim. ꝙ ſenarius perfectus eſt numerus eo modo quo perfectus numerus diuiditur in diminutum ⁊ abundantem. Perfectus autem dicitur qui conſtat ex ſuis partibus ⁊ partes dicuntur que aliquotiens ſumpte reddunt totum numerum. Diminutus autem eſt quem ſue partes non perficiunt. Abundans ꝟo ſuper quem ſue partes excreſcūt. Sicut quatuoꝛ numerus eſt diminutus ⁊ ſimiliter. 8. Et 12. numerus eſt abundans. Sed quia hanc perfectionē ſenarius nō habet ex hoc ꝙ opera creationis facta ſunt in ipo hēret enim eā ⁊ ſi non eſſent facta in eo. Ideo melius dicitur ꝙ perfectio quam habet ſenarius ab operibus creationis eſt illa que cauſatur ex ſufficientia pꝛincipiorum nature ut patet ex pꝛedictis.

## Oſtea queritur de

p

quiete ſabbati. Si enī quieſcere eſt ab operibus ceſſare:videt falſum qḋ dicit requieuit deus die ſeptimo cū dicat in Joāne. Pater meus uſq; modo opat ⁊ ego operoꝛ. Si uero quieſcere eſt opus finale:facere tunc aliquid operatus eſt dies ſabbati deus ⁊ ſic non compleuit opera in numero ſex dierū. ¶ Pꝛeterea artificis laſſibilis quieſcere eſt poſt opus ⁊ cum deus non poſſit laſſari videtur ꝙ male dicitur de eo ꝙ quieuit ab opere ſuo. ¶ Pꝛeterea queritur quare dicit ab opere ⁊ non in opere. ¶ Item quare dicit ⁊ ſanctificauit illū. ¶ Solutio dicendum ꝙ quieſcere eſt ab opere ceſſare duobus modis. ſcilicet ex parte operis. ⁊ ex parte efficientis. Ex parte operis quia poſtea nihil nouum fecit cuius pꝛincipia naturalia ſm foꝛmam uel materiam uel ſimilitudinem in ſex diebus non pꝛeceſſerunt. Ex parte efficientis ꝟo quia in ſex diebus naturam in pꝛincipijs ſuis deus per ſeipſum inſtituit. Poſt ꝟo non per ſeipſum ſolus ſed cum natura ⁊ in natura res naturales pꝛopagauit ⁊ de hac pꝛopagatione intelligitur quod dicitur in Joanne 5°. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ quies in hac ſignificatione non eſt laſſati ſed artificis qui uſq; ad perfectionem deduxit opera. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ ab notat remotionem quieſcentis ab opere: non enim

quieuit deus in operibus ſuis ut in optimo beneplaci-ti ſui ſed in ſeipſo. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ ſanctifica-re ſabbatuꝫ eſt ſanctam quietē dei demonſtrare: ut ſcili-cet homo libros legens diſcat in deo quieſcere per ap-petitum ⁊ dilectionem: ⁊ non opera dei pro deo dilige-re ſicut faciunt hij qui fruuntur creaturis. Sed horum amplior ratio habebitur in tractactatu de preceptis.

Et in hoc terminat᷑ Prima pars Sūme Domini Al-berti magni que eſt de quatuor coequeuis ⁊c̄.

¶ Explicit Liber Prime Partis Sūme Dn̄i
Alberti Magni de Quatuor coequeuis.

Venetijs Impreſſum per Simonem de Luere
Impenſis domini Andree Torreſani de
Aſula. 19°. Mēſis Decembris. 1498°. Feliciter.

Regiſtrum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| a | Prima | | | |
| b | ¶ Incipit | ergo | ꝙ | nunc |
| c | finem | re | ꝓprie | prius |
| d | ab | goras | ſunt | ne. |
| e | non | lata | eſt | nō |
| f | Creatura | ad | vnde | ¶ Ad |
| g | tica | cati | ctu | aūt |
| h | ꝑtinēs | egreſſus | natiōes: | nē |
| i | in | ꝯuenit | alte | ſciuit |
| k | vnuſquiſqꝫ | querit | tione | de |
| l | formam | ſexies | geneſim | |

BIBLIOTHECÆ • CONVENTVS • S. DOMINICI • DE GENVA

*BIBLIOTHECA·CON... S. DOMINICI DE G...

Incipit liber ſecunde partis ſumme Alberti Ma/gni ordinis predicatorum De homine.

# Circa ſecũ

dam partem ſumme de creaturis reſtat que rere de hoie. De quo primo querendum eſt ſm ſtatũ eius in ſeipſo ⁊ poſtea de loco ei⁹ qui eſt paradiſus. ¶ Unde circa ſtatum eius in ſeipo quereda ſũt tria. Quorũ pmum eſt de anima ipſius. 2m de corpore. 3m de coniuncto. ¶ Circa pm querunt duo. Quoꝝ pmũ eſt de ſubſtantia ⁊ natura eius. 2m autẽ de paribus ipſius ⁊ diuiſione ⁊ proprijs paſſionibus ⁊ operationibus que accidunt illi ſm ꝙ dicit philoſophus in pmo de anima. Inquirimus autem cõſiderare ⁊ cognoſcere naturam ipſius ⁊ ſubſtãtiam ⁊ poſtea quecũqꝫ accidunt circa ipſam quarum alie quidem ꝓprie paſſiones anime eſſe dicunt. Alie autem cõmunes ex eo ꝙ illa animalibus ineſt. ¶ Circa pm queruntur tria. ſ. quare prius diſputãdum eſt de anima ⁊ ſubſtãtia qꝫ de partibus eius. uel de corpore. uel de ꝯiuncto. ⁊ an anima ſit ⁊ quid ſit ſm ſubſtantiam ipſius ⁊ naturam.

a

## D primum ſic procedit.

tia per ſpēm ꝛ formā cōtra quorū vna eſt vtus ſm̄ ſpēm
ꝛ formā eorꝫ vna erit opatio virtutis ſm̄ ſpēm illam ſed
vna opatio dr̄ ab vno termino ſm̄ rōnem ergo oporte-
ret ꝙ vis augmētatiua in qualibet ſpecie vna hēret ter-
minum vnum ſm̄ rōnem ꝛ hoc manifeſte falſu3 eſt. vi-
demus enim vnū hoiem bicubitū eſſe ꝛ alterū tricubitū
qui nō ſunt idem terminus quātitatis ſm̄ rōnē. ¶ Pre
terea querit̄ quid dicat̄ hic rō magnitudinis ꝛ augmēti
ſi enim rō ſumat̄ pro ſpecie tunc nihil videt̄ dicere qua-
re etiam natura nō cōſtātium ut mathematicorꝫ eſt alia
ratio ꝛ ſpecies quātitatis. Si vero ſumatur pro portione
tunc redit eadē queſtio que prius fuit. ¶ Preterea quid
eſt qd̄ dicitur ratio magnitudinis ꝛ augmēti. hoc enim
videt̄ idem eſſe. ¶ Preterea videtur falſu3 qd̄ dicit ut
pducat rem ad pfectionem hec enim videt̄ magis eſſe
ꝓprium virtutis dantis ſpēm ꝛ formā ſm̄ quā eſt perfe-
ctio ꝛ hec eſt gn̄atiua. ¶ SOLUTIO dicēdum ꝙ
hec diffinitio bona eſt ꝛ phica data eſt enim per ꝓpriu3
actum per quem debet differri virtus ꝛ per ꝓpriā mām
actus illius ꝛ per ꝓpriū finem. Hoc enim qd̄ dr̄ vis au-
gens ponit ꝓprium actum virtutis augmētatiu̅ cum aūt
ſit dupl' materia ipſius actus. vna circa quā opat̄ augmē
tum illa ſupponit̄ cum dr̄ corpus in quo eſt. alia ex qua
opat̄ augmētum ꝛ illa tangit̄ cum dr̄ ex corpe ꝙ ipa aſſi
milat illi. finis vero eſt duplex etiam. ſ. forma in qua termi
nat̄ actus ꝛ ille ſupponit̄ cum dicit̄ in diffinitione aug-
mēto ꝓportionabili in. o. d. ſ. que ſunt in longitudine la
titudine ꝛ ſpiſſitudine. mot⁹ enim augmētatiu̅ terminat̄
ad magnitudinē ſic ꝓportionatā ſm̄ lōgū latū ꝛ ſpiſſu3.
Alius enim finis eſt qui intēdit̄ a mouēte ꝛ ille ſuppo-
nit̄ cum dr̄ ut pducat rem ad pfectionē. ¶ Dicat̄ ergo
ad p^m ꝙ hoc qd̄ dr̄ augens non poſuit genus virtutis
augmētatiuū ſed ꝓprium actum qui l3 nō ſemp ſequat̄
virtutē tm̄ eſt actus pſe ꝛ quieſcit virtus ab ipſo cu3 pue-
nit ad finē intētum a mouēte ſicut infra explanabit̄ cu3
querit̄ quare aial nō ſemp auget̄ ſicut ſemper nutritur.
¶ Ad aliud dicēdum ꝙ li augens nō ſupponit idē ſed
actu3 ut dictum eſt. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ augmenta
tiua nō auget niſi id in quo eſt ꝛ nō cibu3. adhuc eni3 ꝙ
aliqd augeat̄ oportet manere idem numero ſm̄ ſb̄a3. ci
bus aūt non manet ſed accipit ſb̄ſtantiam aucti. ¶ Ad
aliud dicēdu3 ꝙ aſſimilatio in nutritiua ꝛ augmētatiua
eſt diuerſimode ſm̄ diuerſos terminos nutritiue ꝛ aug
mētatiue. vnde nutritiua aſſimilat ut ſit potētia ſub̄a in
qua ſaluet̄ eſſe indiuidui. augmentatiua vero aſſimilat ut
ſit potētia quātū extēdens indiuiduū ad maiorē quanti
tatem. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ꝓportio nō ſumitur ibi
ſm̄ cōparationē dimēſionis ad dimēſione3 in ſe ſed ſm̄
opationē oium dimēſionum in cōparatione ad figura3
que debet̄ corpori ex hoc ꝙ eſt ſb̄m talis aie ſm̄ ꝙ cor-
pus humanū dr̄ a pho in libro de aialibus longum ꝛ re

ctum ⁊ alia corpa aialium nõ ſunt adeo lata ſm quanti/
tatem ſue magnitudinis ſed ſunt magis ſpiſſa. latitudo
enim eſt a dextra in ſiniſtrã ⁊ ſpiſſitudo ab ante ⁊ retro.
longitudo autẽ deorſum ad ſurſum ut in ſecundo de ce
lo ⁊ mũdo. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ virtus eſt ultimuz
potẽtie in re ⁊ iõ cum ultimũ potẽtie nutritiue ſit ſalua/
re per reſtauratiõnẽ deꝑditi de potẽtia nutritia nihil in/
uenit̃ ultra ultimũ illud. Cuz ergo maioris difficultatis
ſit extẽdere manus ad id qδ ſaluatũ eſt oportet ꝙ hͦ ſit al
terius virtutis que eſt augmẽtatiua ⁊ iõ nutritiua nõ po
nit augmẽtum ꝑſe nec in latitudine nec in ſpiſſitudine
ſed per accñs q: id qδ reſtituit quãtũ eſt nõ tñ in eo qδ
quãtuz eſt reſtituit ſed in eo qδ ſba ⁊ ita ſoluunt quidã.
Sed melius dici põt qδ ut ſupra habitũ eſt quedã ꝑtes
ſunt in corꝑe aiato in quoꝝ extẽſione ꝑncipalr̃ eſt aug/
mẽtum nãle ⁊ illa ſunt oſſa ⁊ nerui ⁊ uene ⁊ illas exten
dere difficillimũ eſt eo ꝙ ſunt dure ⁊ iõ etiam extẽſe nõ
reuertunt̃. nõ enim videmus ꝙ hõ efficiat̃ minus lon/
gus q̃z fuit per aliquã diminutionẽ ⁊ ſic eſt etiam in lati
tudine ⁊ ſpiſſitudine ſbe radicalis. Hec igit̃ augmenta
tio ꝓprie eſt virtutis augmẽtatiue ⁊ eſt ſm nãm ⁊ in hac
etiam exꝑſſe apparet qδ dicit Auic. ꝙ multo plus addit̃
lõgitudini q̃z latitudini ⁊ ſpiſſitudini. ¶ Alia ratio eſt
augmẽtatio in ꝑtibus que ſunt ex humido nutrimenta
li que nõ ſunt ut uas ſed potius ut facte in uaſe ut fluen
tes ⁊ refluẽtes ⁊ ſm has ſepe accidit igroſſatio ⁊ attenua/
tio ⁊ hec augmentatio ꝑtinet ad nutritiuã q: eſt tñ a nu
trimẽto maiori uel minori ſicut ẽt videmus in paruulis
q: calor eoꝝ eſt fortis ⁊ corpus rarum ⁊ ꝓpter hoc de nu
trimẽto eoꝝ plus tranſit ad ſuꝑiora mẽbra ⁊ efficiuntur
ſuꝑiora mẽbra eorum maiora inferioribus ſm ꝓpor/
tionẽ corꝑis ſui. Poſtea ꝟo cũ corpus inſpiſſat̃ ⁊ calor
efficit̃ debilior nõ trãſit ad ſuꝑiora mẽbra in nutrimẽto
niſi qδ eſt ſubtile ⁊ penetratiuũ ⁊ leue ⁊ totũ reſiduũ tñ
ſit ad inferiora ⁊ iõ iferiora efficiunt̃ maiora ſuꝑiorib⁹
ſm ꝓportionẽ ſui corꝑis. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ ꝓpor
tio ſumit̃ hic in cõparatiõe ad figurã que debet̃ corpori
talis aie ſicut dictum eſt ⁊ lꝫ fiat ingroſſatio ⁊ attenuatio
in ꝑtibus humidi nutrimẽtalis nõ tñ uariat̃ dimẽſio ra/
dicalium membroꝝ. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ ꝓportio
ab Auic: d: rõ ab Alb: ⁊ vis eſt in hoc qδ dicit phs na/
tura ꝯſtãtiuz. nõ enim ꝯſtant niſi que per nãm diuerſa
ſũt ⁊ vniunt̃ in cõpoſito per mixtionẽ ⁊ ſi illa ſiml̃ ſtare
debeãt neceſſe eſt adeſſe aliqd ꝯtinẽs ea: hoc aũt eſt for/
ma que d: nã ⁊ in aiatis eſt aia. termin⁹ ꝟo d: reſpectu
eius qδ auget. in hoc enim nõ auget quocũqꝫ mõ ſꝫ alte
rat̃ ad terminũ ſpẽi ⁊ figure eius qδ auget̃: ⁊ iõ hoc uer
bum dicit phus cõtra Empedoclẽ qui dicebat augmen
tum fieri ab igne tñ ⁊ reprobat eius dictum eo ꝙ ignis
nõ alterat ad terminũ ſpẽi ⁊ figure inaiati corꝑis ſed in
infinitũ quouſqꝫ ſit cõbuſtibile ⁊ non relinquit̃ ꝙ ſit tñ
ponere augmẽti ⁊ virtutis aie que d: augmẽtiua. reſpe
ctu ꝟo magnitudinis d: ꝓportio magnitudinis ⁊ dicit̃
ꝓportio potẽtie ad actum ⁊ etiam ꝓportio figure ⁊ ma/
gnitudinis ad formã ⁊ virtutẽ forme. Dico aũt ꝓportio
nem potẽtie ad actuz menſurã ſube que eſt in humido
radicali ex quo fiunt mẽbra radicalia ad tantã ⁊ tantam
extenſionẽ ſm longũ latũ ⁊ ſpiſſum. Mẽſura aũt illa eſt
in duobus. ſ. in calido actiuo ⁊ humido paſſiuo. caliduz
enim actiuum in ſemine qδ eſt actiuuz ut ꝑhabitum eſt
ꝟtute ignis elemẽtalis ⁊ ꝟtute aie ⁊ virtute celi debilius
eſt in aliquo ſemine ⁊ in aliquo fortius ⁊ ſm hoc exten/
dit mẽbra radicalia in maiorẽ ad minorem dimenſionẽ
ſm ꝙ inueniunt̃ corpa mulierũ in mẽbris radicalibus
minora corꝑibus viroꝝ ⁊ frequẽtius. humidũ aũt paſſi/
uum in ſemine qñqꝫ eſt magis extẽſibile ⁊ qñqꝫ minus
⁊ hoc cõtingit tum ex quantitate tum ex ſiccitate ipſius
⁊ ſm hoc fiunt corpa maiora uel minora nunq̃z tñ extẽ/
ſibilia in infinitũ. humidũ enim illud per extẽſionez nõ

diuidit̃ ultra hoc ꝙ poſſit in eo manere virt⁹ factiua mẽ
broꝝ radicaliũ que ſunt ut uas in corꝑe aiato. ⁊ ideo pa/
tet ꝙ nõ diuidit̃ ut quãtuz qδ eſt diuiſibile in infinituz
ſed ut ſemẽ diſtribuit̃ per mẽbra qδ retinet virtutẽ facti
uam diuz mẽbroꝝ ⁊ hec dicit̃ ꝓportio potẽtie illius que
eſt in ſemine ad actuz tãte magnitudinis uel tante. Pro
portio ꝟo figure ⁊ magnitudinis ad formã ⁊ ꝟtutez for/
me eſt mẽſura tãte quãtitatis in organis radicalibus in
qua põt aia corroborari virtute ⁊ exercere operationes
ſuas ⁊ hec uocat̃ a pho rõ magnitudinis. rõ aũt augmẽ/
ti d: ꝓportio eius qδ addit̃ ab extrinſeco ad finẽ ⁊ ſtatũ
magnitudinis. Radicalia enim mẽbra ad finẽ ⁊ ſtatum
peruenire nõ pñt ex quãtitate ꝓprie ſube. Sed oportet
ꝙ multiplicet̃ per alienã aſſumptã. ⁊ per hoc patet ſolo
ad totum qδ querit̃ de ꝓportione. ¶ Ad ulti^m^ dicẽdũ
ꝙ eſt ꝓportio ꝑfectio ſm eſſe ſpẽi ⁊ forme ⁊ hec eſt gña
tiue. eſt etiã ꝑfectio ſm robur ꝟtutis in organis ⁊ figurã
magnitudinis organoꝝ ⁊ hec eſt ꝟtutis augmẽtatiue.
¶ Que ſunt principia motus potẽtie augmẽtatiue.

## Einde queritur de mo

d tu augmenti ⁊ querunt̃ quatuor. Quoꝝ
primum eſt que ſunt principia illius mo
tus. 2^m^ utruz ſit ad oẽm partem equaliter
uel plus ad vnam. 3^m^ utrum ſit eiuſdem virtutis dimi/
nuere cuius eſt augmentare. 4^m^ quare ſtat motus aug/
menti aliquando.

## a D primum proceditur ſic.

Motus prin^a^ ſunt in eodem gñe in quo ponit̃
motus ipſe. Motus aũt augmẽti ponit̃ in quantitate. g̃
prin^a^ eius erunt in quãtitate ſed prin^a^ ſunt ꝯtraria inter
que eſt motus ergo ꝯtraria erunt in quãtitate qδ eſt cõ
tra phum in ꝑdicamẽtis. ¶ Item nullus motus eſt iter
talia prin^a^ quoꝝ vnuz manet in reliquo. augmẽtatio eſt
inter talia prin^a^ ergo nõ eſt motus. ꝑ^a^ ꝓbat̃ ex hoc ꝙ oĩs
motus abijcit terminum a quo ⁊ mouet̃ ab ipſo ⁊ ſumit
terminũ ad quẽ ⁊ quieſcit in illo. Uñ ſi terminus a quo
eſſet in termino ad quem oporteret ꝙ abijceret aliquid
⁊ quieſceret in eodem ipſo idem motus numero qδ eſt
impoſſibile. 2^a^ ꝓbat̃ per ſenſum q: videmus ꝙ cum ali/
quid accipit incremẽtũ nõ abijcit quãtitatẽ quã ꝑus ha/
buit paruum enim per ſbam ⁊ quãtitatẽ eſt in magno.
¶ Preterea quidã obijciũt in hunc modũ q: in diuer/
ſis motibus ſpecie ⁊ gñe diuerſa ſunt mouẽtia ſpecie ⁊
gñe. Sed alteratio ⁊ augmẽtatio ſunt diuerſi motus ſpe
cie ⁊ gñe ergo hẽbunt diuerſa mouẽtia ſpecie ⁊ genere.
Sed q̃litates actiue ⁊ paſſiue ſunt mouẽtes in alteratio/
ne ergo nõ erunt ꝑn^a^ mouẽtia in augmẽtatione. cũ igit̃
nõ inueniat̃ ibi prius niſi ſba ⁊ quãtitas ⁊ ſuba per ean
dem rõnem nõ moueat̃ nõ erit ibi mouens niſi quanti
tas. ſed hoc eſt impoſſibile q: ſm hoc oporteret ꝙ quã/
titas a quãtitate eſſet actiua ⁊ paſſiua ⁊ acciderẽt ex hoc
ꝙ in aliqua eſſent actiua ⁊ paſſiua inuicẽ ⁊ mobilia phi/
ce q: totum falſum eſt. Et ꝓpter iſtam rõnem dixerunt
quidã mirabiles hoĩes ꝙ cum in motu augmẽti non ſit
niſi materia ⁊ duo termini quãtitatis moueri nõ pñt qδ
mã mouet. ¶ Sed cõtra in eodẽ motu numero nõ eſt
eiuſdez moueri ⁊ mouere ⁊ materie in motu augmenti
eſt moueri ergo nõ mouebit ſm eundẽ motuz. ⁊ ad hoc
dicũt ꝙ materia mouet mota nõ ꝑſe. Et ad hoc ſequitur
duplex incõueniens. quoꝝ vnum eſt ꝙ ubicũqꝫ eſt mo
uens motuz ibi eſt mouens tñ illud erit magis mouẽs
q̃z mouẽs motũ. ¶ Queraẗ ergo qd ſit in motu augmẽ
ti mouens tñ. aut eniꝫ hoc erit ſuba uel forma aut quali
tas aut quãtitas aut materia. ⁊ patet ꝙ nõ ſba uel forma
nec qualitas per hoc ꝙ ipſi ſupponũt ꝙ mouẽs ꝑſe eſt
in eodem gñe cuz motu nec eſt quãtitas per rõnẽ prius
habitã ergo erit materia ⁊ materia nõ mouet niſi mota.

ergo primū mouens erit mouens motū qđ eſt impoſſibile. ¶ Preterea quid eſt motuꝫ tm̄ ꝯſtat ꝙ nō niſi materia. ergo idem erit mouens motum ⁊ mouens tm̄. 2$^{m}$ incōueniēs eſt ꝙ nihil erit mouens in gn̄atione. forma enī ſubalis nec eſt actiua nec paſſiua ⁊ nihil mouet phiſice niſi qđ eſt actiuum ⁊ paſſiuū. ¶ Preterea queriť de hoc ꝙ dicit phus in 2° de celo ⁊ mūdo. dico ꝙ ſurſuꝫ eſt ꝑncipiū latitudinis ⁊ añ eſt pn$^{m}$ ꝓfunditatis ⁊ nō noio prin$^{m}$ niſi vnde motus ꝑmus in quo eſt motus. vñ pn$^{m}$ motus augmēti eſt ſurſum ⁊ pn$^{m}$ motus localis eſt dextrum ⁊ prin$^{m}$ motus ſenſibilis eſt añ. Scđm hoc enim videť ꝙ eadem ſit pn$^{m}$ motus localis ⁊ augmēti: ſꝫ quorūcūqꝫ motuuꝫ ſunt prin$^{a}$ eadem ſpecie illi motus ſunt idem ſpecie ergo augmentum eſt loci mutatio que eſt a ſurſuꝫ ſunt idē ſpecie. ¶ Preterea cuꝫ dextrū ⁊ ſiniſtrū ſint prin$^{a}$ a qbus eſt ꝑmus motus ꝑmi mobilis videť ꝙ motus qui magis cōpetit oī aiato deberet eſſe a dextra in ſiniſtram q̃ꝫ a ſurſum in deorſum. talis eſt aūt motus augmēti eo ꝙ ille ꝯuenit plantis ⁊ aialibus ⁊ nō motus localis qui eſt a dextra in ſiniſtrā ergo motus augmenti magis debet eſſe pn$^{m}$ dextrū q̃ꝫ ſurſum. ¶ Preterea queriť quare dicať prin$^{m}$ motus augmēti ſurſum ⁊ non deorſuꝫ. ¶ Preterea cū augmētuꝫ ſit añ ⁊ retro dextrorſum ⁊ ſiniſtrorſum ⁊ ſurſum ⁊ deorſum videť ꝙ hec oia ſint pn$^{a}$ motus augmēti. ¶ Iuxta hoc iterū queriť utrū augmētum ſit motus uel mutatio quedaꝫ tm̄. ⁊ videtur ꝙ mutatio tm̄. cum enim aliqđ accipit incremētuꝫ quelibet quātitas quā accipit eſt alia numero ⁊ ſpecie a precedēti. ⁊ cum quelibet ſpēs ſit terminatiua motus videť ꝙ in augmēto accipianť quātitates infinite per ordineꝫ in infinitis inſtātibus. cum ergo mobile in inſtāti ſit im motum eſſe ⁊ nō moueať ut ꝓbatum eſt 6° phi$^{r}$. augmētuꝫ videť eſſe mutationes multuꝫ inſtātanee ⁊ nō mot$^{9}$.

¶ SOLUTIO Dicēdum ꝙ augmētum motus eſt animati ꝓprie ut habituꝫ eſt ⁊ eſt ꝭm quātitatem ⁊ ſunt eius termini impfectuꝫ ⁊ pfectū ꝭm figurā ⁊ magnitudinē debitā corpori aiato. ¶ Ad p$^{m}$ igiť dicēdū ꝙ quātitati ꝭm ꝙ eſt quātitas nihil eſt cōtrariū in gn̄e ⁊ ſpecie ⁊ hoc eſt quātitati in ſe ꝯſiderate ꝓut ꝯſiderať in p̄dicamētis. Sed quātitati ꝓut cōſiderať pfecta uel impfecta in cōparatione ad vires organoꝝ nihil ꝓhibet aliqđ eē cōtrarium. Cōtraria eniꝫ inter que eſt motus non ſunt vnius rōnis in oibus motibus. qñqꝫ enim vnum cōtrarioꝝ ſimul mouet ⁊ eſt terminus mot$^{9}$ ꝭm eē ſpeciei cōtrarie ⁊ ꝭm hoc tm̄ ꝑme qualitates ſunt cōtrarie actiue ⁊ paſſiue. Calidū enim mouet frigidū ⁊ eſt termin$^{9}$ motus eius ꝙ eſt calefactū. qñqꝫ aūt eſt cōtrariū ut termin$^{9}$ motus ſed nō ut cōtrario agens ⁊ mouēs id qđ moueť ſicut albū ⁊ nigrum ſunt ꝯtraria. albū enim ⁊ nigrū nō ſunt paſſiua ab inuicē ⁊ actiua. Qñqꝫ enim vnum eſt in ſpecie nullo mō actiuum ⁊ alterū nō hēt eſſe ſpeciei ſed priuationis ſicut eſt in gn̄e ſube in qua vnū ut dicit phs in fine ꝑmi phi$^{r}$. ſufficit abſentia ⁊ p̄ſentia facere mutationem. aliqñ etiam vnum per ſuuꝫ eſſe māle nō cōtrariať alteri ſed per rōnem quā hēt ex ꝓportione ad figuram ꝭm nām ⁊ ꝓportionem ad vigorem virtutis cuius eſt materia. ⁊ hoc mō pfectuꝫ ⁊ impfectū ſunt ꝯtraria in quātitate aiati corpis in quo ſolo eſt mot$^{9}$ augmenti ꝭm ꝓpriā augmēti rōnē. ¶ Ad aliđ dicēdū ꝙ lꝫ min$^{9}$ quātum ſalueť in maiori ꝭm eſſe māle: ſed ꝙ nō eſt terminus motus tm̄ nō ſaluať in ipſo ꝭm rōnem impfecti ꝭm ꝙ erat terminus mot$^{9}$ ut patet ex p̄dictis. ſi enim minus ⁊ maius ꝭm eſſe quāti pñt eſſe termini motus eſſet motus in mathematicis qđ impoſſibile eſt. ¶ Ad id quod obijciť de mouēte dicēduꝫ qđ expſſe dicit Alex: in 2° de aia. ꝙ vis augmētatiua mouet ⁊ calor eſt cauſa quoruꝫ neutrū eſt in gn̄e quātitatis. motus enim ut diſtinguiť ad genus uel ſpēm ex mouēte ſed ex termino in quo eſt motus ⁊ hec ꝓpō ꝙ in diuerſis moub$^{9}$ ſpecie ⁊ gn̄e diuerſa ſunt mouentia ſpēcie ⁊ gn̄e plane falſa eſt ſi gn̄alr intelligať. Si ꝟo intelligať de mouēte qđ eſt efficiēs ⁊ ſpēs tunc uera eſt ſicut eſt calidū mouens ad calidum: ſed de nullo qđ eſt mouens ut efficiens tm̄ eſt uera qđ patet q: calidū mouet ad ſbam ⁊ mouet ad quātitateꝫ ⁊ ad qualitatem ꝓut efficiť inſtr̄m diuerſarū virtutū mouētium. cōcedimus aūt ꝙ mā nullo mō mouet. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ phus nō intēdit in celo ⁊ mūdo loqui gn̄alr ſed intēdit inueſtigare dextrū ⁊ ſiniſtrū ⁊ ſurſum ⁊ deorſum ⁊ ante ⁊ retro in corpibus aiatis in qbus illa ſunt per figurā ⁊ virtutē diſtincta ut videať ꝭm quē moduꝫ dextrū ⁊ ſiniſtrū ſint in celo ⁊ idcirco dicit eē dextrū vñ eſt motus in aialibus qui eſt motus ꝓceſſiuus ⁊ nō ſiniſtrū q: in illa pte eſt defectus virtutis motiue in aialib$^{9}$ ⁊ ante dicit eſſe pn$^{m}$ motus ſenſibilis. ſenſus enī eſt ſuſceptiuus ſpērum ſenſibiliū ſine mā p̄nte tm̄ materia ⁊ prin$^{m}$ talis motus nō eſt niſi a natura ubi ſunt ſenſus: lꝫ enim tactus ſit retro ſicut añ tm̄ motus eius nō eſt motus ſenſus ꝓprie q: nō eſt ſpeciei ſine mā ſed potius per materie ꝯtactum. ⁊ de hoc ſmo erit infra in tractatu de ſenſibus. ¶ Prin$^{m}$ aūt motus augmēti in aiato eſt ſurſuꝫ nō ſimplr ſed ſurſum in aiato ⁊ illius cauſa eſt q: ultimū virtutis augmētatiue determinať ſurſuꝫ: ex natura eniꝫ alimēti facile accipiūt augmētuꝫ mēbra inferiora. ſimilr ad latū ⁊ ſpiſſum nō exigiť niſi poſitio ptis cibi cum pte ſube ad qđ etiam ſufficit nutritiua ut ꝑus habitum eſt. Sed ſummū poſſe eſt in ꝓlongatione mēbroꝝ radicalium ⁊ ad hoc ꝑncipalr eſt virtus augmētatiua. ⁊ ſi obijciať ꝙ ſurſum in plantis eſt locus radicum ⁊ illuc eſt facilis deſcēſus nutrimēti ad augmentum. Dicendum ꝙ ſurſum determinať ab ipo qđ eſt pn$^{m}$ longitudinis ⁊ ĥ tā in toto corpe q̃ꝫ in mēbris aiati corpis vñ ſurſū eſt hoc in qđ extenduntť mēbra ꝭm longitudinē ſiue ſint poſita ſurſum ſiue deorſuꝫ in corpe. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ nō oportet ſi ꝑmus mot$^{9}$ eſt a dextra in ſiniſtram in celo ꝙ ꝓpter hoc gn̄alis ſit in alijs eo ꝙ ille eſt cauſa oium motuum ⁊ nō vnius ſolū. ⁊ vndecūqꝫ recipit mot$^{9}$ cauſatos ab illo ꝭm ꝓportionē ꝯuenientē ſue nāe. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ deorſuꝫ nō pōt eſſe pn$^{m}$ mot$^{9}$ augmenti eo ꝙ ad illud nō determiať ultimū potētie augmētatiue. per hoc idem patet ſolo ad ſequēs. ¶ Ad id qđ ulteri$^{9}$ queriť utrum augmētuꝫ ſit mot$^{9}$ uel mutatio tm̄. dicendum ꝙ motus. ¶ Ad id aūt qđ obijciť in cōtrariū dicēdum ꝙ eſt quātuꝫ fluens ⁊ quātuꝫ ſtans in ſpecie ⁊ eē quāti. id aūt qđ augmētať accipiť ꝯtinue quātū fluens in fieri ab impfecto ad pfectuꝫ ⁊ cuꝫ nulluꝫ accipiat ut ſtans determinatū in ſpecie in nullo accidit quieſcere ⁊ cuꝫ nullum ſit indiuiſibile in nullo accidit moueri in nunc. ſed ſi accipeť quātum ſtans in ſpecie tunc uteret illo ut termino in quo non eſt motus ſed immotum eſſe ⁊ ſic ſequeretur obiectio.

¶ Utrum motus augmentatiue ſit ad omnes partes equaliter uel plures ad vnam.

s ECundo queritur Utrum mot$^{9}$ iſte equalr ſit ad oēm partem uel plus ad vnam. Et videť ꝙ equalr ad oēm partem q: hoc expſſe dicit phus in 2° de aia. ¶ Item in p° de gn̄atione ⁊ corruptione dicit ꝙ quelibet pars ꝭm ſpēm augmētatur ⁊ nō quelibet ꝭm mām. ergo cuꝫ ptes ꝭm ſpēm ſint ubiqꝫ in corpe mot$^{9}$ augmētatiue erit ad oēm ptē. ¶ Sed cōtra Auic. dicit ꝙ pn$^{r}$ eſt ſurſum ꝭm longitudinē mēbroꝝ ergo nō eſt equalr ad oēm ptē. ¶ Pre$^{a}$ ſi eēt ad oēꝫ ptē eq̄liter tūc nō ſtaret augmētū per totā enim vitā ſit attenuatio ⁊ dilatatio quarūdā partium corpis. oēs autē dicunt ꝙ augmētuꝫ ſtet in pfectione figure ⁊ magnitudinis mēbroꝝ. ¶ SOLUtio ꝭm auctoritates ſcie nālis dicēdum ꝙ vis augmētatiua ꝑcipue opať ad extēſionē mēbroꝝ radicaliū ad pfectā figurā ⁊ magnitudinē ipoꝝ

⁊ ſm ꝙ illa ſunt in toto corpe ita augmentum eſt in toto corpe. Sed ultimuꝫ eius ſm ꝙ ipſa virtus determinat in ſurſum qḋ eſt pr̄in^m longitudinis mēbꝛoꝝ. Eſt etiam augmētum per cibum additum ad quod etiam ſufficit nutritiua perſe ſola ⁊ illud non eſt in corpore animato. Ex hoc patet ſolutio ad totum.

¶ Utrū eiuſdē ꝟtutis ſit diminuē cuiꝰ eſt augmētare.

t **Ertio queritur** Utruꝫ eiuſdē virtutis ſit diminuere cuius eſt augmentare. ⁊ videt ꝙ ſic. Contraria enim ſunt eiuſdē potētie ſicut vitiuꝫ ⁊ virtus ignorātia ⁊ ſcia ergo cum augmētatio ⁊ diminutio ſint cōtrarie erunt eiuſdeꝫ virtutis aie. ¶ Itē viſus eſt viſibilis ⁊ inuiſibilis auditus ſoni ⁊ ſilentiȷ ut dr̄ in 2° de aia. ergo ſilr̄ erit hoc in ptibus aie uegetabilis ⁊ ſic augmētatiua vis erit augmētatiōis ⁊ diminutiōis. ¶ Preterea quidā obijciūt ſic uolentes oñdere diminutionē eſſe motū nālem. Diminutio aūt erit violentꝰ motus aut nālis aut uoluntarius. ꝯſtat aūt ꝙ nec violētus nec uoluntarius ergo nālis. ergo hēbit motoreꝫ in natura. cuꝫ aūt idem ſit ſuſceptibilis augmēti ⁊ diminutionis ⁊ oñſuꝫ eſt ꝙ nō niſi aiatuꝫ eſt ſuſceptibilis augmēti tunc etiam nihil erit ſuſceptibilis diminutiōis niſi aiatū ꝓprie ⁊ cum ois motꝰ aiati ſit a motore qui eſt aia dūmodo erit ab aliqua virtute aie. ¶ SOLUTIO Ad hoc dicēduꝫ ꝙ diminutio motꝰ quedam nālis eſt in aiato ⁊ in inaiato ſi cōmuniter diminutio ſumat uel in aiato tm̄ ſi ꝓprie ſumat: ſed nō erit ab aia niſi a virtute deficiēte ſicut etiā nālis potētia cauſat a victoria forme ſupra mām. nālis aūt impotētia cauſatᷓ a defectu illius. ¶ Dicat ergo ad pͫ ꝙ cōtraria ſunt eiuſdē potētie paſſiue ſed nō eiuſdem actiue. Dicit enim in libro methaᷓ ꝙ cōtrarioꝝ ſunt cauſe cōtrarie ſed nō cōtrarioꝝ mā cōtraria ſed eadem. ¶ Ad aliud ⁊ 3^m dicēduꝫ eſt ꝙ virtutes apphēſiue paſſiue potētie ſunt ⁊ iō ſunt ꝯtrarioꝝ ſed virtutes aie uegetabilis oēs ſunt actiue ⁊ iō nō eſt ſimile de illis. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ diminutio eſt motus nālis a calore nāli ꝯſumēte ⁊ non ab aia niſi ſicut a virtute deficiēte.

¶ Utrum ſtet motus augmenti.

q **Uarto queritur** Quare ſtet motus augmēti. quādoqꝫ videt eniꝫ ꝙ nō ſtet cōtinue enim addit cibus corporeus ⁊ quantus. ergo ſicut nutritiua cōtinue ingerit ſubām ſic videt augmentatiua ingerere quātuꝫ. ⁊ ſicut eſt ꝯtinua diſſolutio ⁊ reſtauratio ſube ita videt eſſe cōtinua diſſolutio ⁊ reſtauratio quāti: ⁊ ſic videt augmentatiua nō ſtare ſicͭ nec nutritiua. ¶ Item ois virtus creſcit ⁊ fortior efficit ad multiplicationē materie ꝓprie ſicut patet in calore q in maiori igne eſt maior ⁊ in minori minor. ergo ſilr̄ in aiato videtur ꝙ quanto plus creſcit ꝙ tanto fortior efficit calor nālis in ipſo: ſed quāto plus ingerit de nutrimento tāto maior eſt materia ergo tāto maior erit calor. Calor aūt eſt inſtrm̄ augmentatiue virtutis ergo tanto magis augmētabit. ¶ Sed CONTRA Quecūqꝫ cōtraria nata ſunt fieri circa idem neceſſe eſt vnū quieſcere qñqꝫ ut aliud inſit. augmētū ⁊ diminutio ſunt ꝯtraria nata fieri circa ideꝫ. ergo ad hoc ut qñqꝫ inſit diminutio augmētum ſtet ⁊ ſtare oportet. ¶ Item in ꝯtinuo nō eſt infinituꝫ ſm additionē ſed ſm diuiſionem tm̄ ut dr̄ in 3° phiᷓ. Cuꝫ igit augmētū ſit ꝑ additionē neceſſe eſt ſtare qñqꝫ. ¶ Itē omne inſtrm̄ virtutis corporee ex nimia frequētatione opationis hebetat ⁊ retūditur. tale inſtrm̄ eſt calor nālis ergo aliqñ retūdit ⁊ hebetat ita ꝙ aliqñ ſit impotētior. cum igit maxime difficultatis ſit extēdere mēbra radicalia ꝓpter duriciē eoꝝ aliqñ hebetat ⁊ impotēs erit ad hoc ⁊ ſic ſtabit augmētuꝫ. ¶ Item ois virtus organica finita eſt ſm ſuū poſſe ad opus ſed tales ſunt virtutes aie ꝑcipue uegetabilis ergo neceſſe eſt etiam ſbm in quātitate ⁊ figura eſſe finitū. ¶ Preterea natura nō abūdat ſupfluis cum ergo corroborata ſit virtus aiati in tāto nō faciet natura maius quia abundaret ſuperfluis. ¶ SOLUTIO Dicēduꝫ ꝙ augmētuꝫ ſtat tribꝰ rōnibus. quaꝝ pma ſumit ex calore nāli qui eſt in mēbꝛis radicalibꝰ cuiꝰ poſſe in extēdēdo limitatū eſt ut ſupra eſt determinatum. 2ª eſt ex parte materie membroꝝ radicalium cui lꝫ addat nutrimētuꝫ tm̄ nō eſt extēdibilis ultra debitaꝫ ſpeciei quātitatē. 3ª eſt ex tēperatiōe mobilis ad motorē lꝫ eſt organi ad virtutem aie que eſt in ipſo hec enim in quāta quantitate ⁊ tali figura virtuti aie eſt proportionatum. ¶ Ad pͫ igit dicat ꝙ finis nutritiue eſt ſaluare indiuiduuꝫ ⁊ hunc finē nō ſequit niſi ꝯtinue nutriēdo ſicut ꝯtinua ſit deꝑditio. finis aūt augmētatiue ut prehabituꝫ eſt in diffinitione eſt ꝑfectio ſm magnitudinem ⁊ figurā organoꝝ. ⁊ iō cum ꝯſequit illuꝫ quieſcit in illo q: ſupuacuū eſſet ultra mouere. ois enim virtꝰ quieſcit in fine ſuo qñ ꝑfecte ꝯſequit ipm vñ etiaꝫ nutritiua ſubſeruit augmētatiue miniſtrādo plus de nutrimento longitudini qꝫ latitudini uel ſpiſſitudini quoaduſqꝫ ſtet augmētatiua: ex tunc enim incipiūt pus inſpiſſari ⁊ dilatari mēbra ex maiori fluxu nutrimēti ad dimēſiones illas. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ virtus creſcit in multiplicatione ꝓprie materie ſed nō aliene ſed ꝓprie. ꝓpria materia caloris nālis eſt ſuba radicaliuꝫ mēbroꝝ. ſuba autē humidi nutrimētalis ingerit ab extrinſeco ⁊ ꝓpter hoc nō eſt ꝓprie ꝓpria ⁊ iō calor remittit in illo quanto magis multiplicabit. ¶ Sed adhuc querit utrum illo tpe quo auget aial continue augeat uel nō. ⁊ videtur ꝙ ſic. calor enim nālis ſemp agit ꝯuertendo nutrimētū ergo ſemp ſit additio ergo in qualibet hora ⁊ in quolibet momēto. ¶ Preterea nō eſſet rō quare nūc potius qꝫ alia hora augeret ergo cōtinue auget. ¶ Sed ſi hoc concedat erit ꝯtra phm in 8° phiᷓ dicentē ꝙ nō ſequit ſi aliqd tm̄ augmētuꝫ eſt in aliquo tpe ſicut in anno addigit uel duas ꝙ in qualibet parte tpis augmētum ſit ſm partem ꝓportionalē illiꝰ totalis quātitatis. ¶ SOLUTIO Dicēdum ꝙ non auget ꝯtinue ſed qñqꝫ addit quāto ⁊ qñqꝫ non. ¶ Ad pͫ aūt dicendū ꝙ calor nō ſemp agit ſed qñqꝫ diſponit ut poſtea fiat facilior additio. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ rō dr̄e eſt q: nō eodeꝫ mō id cui additur in qualibet hora eſt diſpoſituꝫ nec etiā id qḋ addit ⁊ ſm hoc diſcontinuatur additio.

¶ Utrum agens eſt corporeum.

d **Einde queritur** De augente ⁊ aucto ⁊ queruntur duo. pᵒ enim queritur ex parte augentis utrum ſit corporeum uel incorporeuꝫ. 2° aūt queritur ex parte aucti utrum augeatur ſm qualibet partem uel ſm aliquam tm̄.

a **D primum ſuman**tur rōnes Aſe: in pmo de gñatione ⁊ corruptiōe. ſi id qḋ auget eſt incorporeuꝫ ſequeret ꝙ ex nō corpore fieret corpus ⁊ ex nō quāto quātum. ſi autē corporeum eſt aut hoc eſt potētia tm̄ aut actu. ſi potētia tm̄ ergo cū ipm ſit materia aucti erit aliqua mā uacua ſine forma qḋ falſum eſt. Si aūt eſt corporeuꝫ actu aut recipit in toto creſcente aut in parte creſcētis. ſi in toto neceſſe erit duo corpora eſſe in eodem loco ſi in parte tunc nō fieret augmētum equalr̄ ſm oēm parteꝫ qḋ eſt ꝯtra phm qui dicit ꝙ aduenit cuilibet parti ſm ſpēm. ¶ Itē aut manet corporeum aut nō manet. ſi manet tunc videt expſſe ſequi ꝙ duo corpa erūt in eodē loco. ſi nō manet ergo cum non corpus nō facit corpus cōſtitutuꝫ ut pars nō erit auctum per illud. ꝓpter iſtas rōnes ⁊ ſilēs dixerūt quidaꝫ ꝙ de ſuba augētis nō trāſit in id qḋ auget ſed tm̄ per ipm re-

focillatꝛ calor naturalis qui cõfortatus dilatat ſubſtãtiam in qua eſt. ¶ Sed contra hoc eſt dictuʒ Auguſtini qui expꝛ̃ſſe dicit ꝙ nutrimẽtum tranſit in ſubſtãtiam nutriti. ¶ Preterea ƀm hoc nõ eſſet generatio q2 gñatio nõ eſt niſi de ſuꝑfluo nutrimenti quarta digeſtione digeſti qđ virtutem gñatiuam in uaſis ſeminarijs accepit. ¶ Preterea hoc eſt expꝛ̃ſſe contra phũm in pͥmo de gñatione ⁊ corruptione in cap° de augmẽto ubi ſic dicit. ꝙ aduenĩete aliquo oportet augeri. recedente aũt diminui. ¶ Preterea in Deutero. 8° ⁊ Matthei 3° dicitꝛ. Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni uerbo qđ ꝓcedit de ore dei. ex hoc enim qđ dicit nõ in ſolo pane innuit ꝙ corpus viuit ex pane. hoc etiam patet ex gloſa ſuꝑ eundem locum Deuteronomĩ. que dicit ſic. ſignificat geminam materie nature ſubãm. Homo enim ex aĩa conſtat ⁊ corpore qđ ex terra eſt ⁊ terreno alitꝛ cibo. anima ꝟo viuit de uerbo dei. ¶ Preterea id qđ augetꝛ per calorem tm̃ nullo addito augetꝛ per rarefactionem. ſi igitꝛ augetꝛ ſic corpus humanum tũc oporteret ꝙ corpus tãto eſſet rarius ⁊ ſubtilius quãto eſt ſenius cuius cõtrarium videmus ad oculum. ¶ SOLUTIO dicimus ꝙ augmẽtuʒ fit ex adueniente aliquo augẽte qđ tranſmutatꝛ in ſubſtãtiam aucti. Sed ſicut habitum eſt ſupra virtus augmẽtatiua eſt in aucto ⁊ non in augẽte. augmẽtatiue auteʒ virtutis eſt extendere ſubſtãtiam radicalium membroruʒ ⁊ in ipſis trãſmutare ad ſe cibuʒ aduenĩẽtem. ¶ Item notãdum ꝙ cibus adueniens ƀm totam ſubſtãtiam ſuam trãſmutatꝛ in id quod augetꝛ. ⁊ propter hoc oportet ipſum corrũpi ƀm formam quam ꝑus habuit. vnde philoſophus dicit. Ingrediens generatꝛ ſpecies ſed corrumpitꝛ hec patiens. Probatum autem eſt ſupra in queſtione de materia ꝙ corrupta forma ſubſtãtiali in aliqua materia nullũ de accidẽtibus cõſequentibus manet idem numero. neqʒ quãtitas neqʒ qualitas. aliter enim oporteret materiã quãdoqʒ eſſe actu infinitam. non enim finitꝛ per formas accidẽtales ſed per ſubſtãtialem tm̃. ⁊ dico infinitam ꝑut infinitum eſt determinatum in eſſe ⁊ ſi finiretꝛ per formas accidẽtales oporteret tot ſpecies eẽ in aliquo quot ſunt accidentia ⁊ multa alia incõuenientia ſequerentur que ſupra poſita ſunt. vnde relinqtur materiam ſolam eſſe ſubiectam trãſmutationi ſubſtãtiali ⁊ ipſam ſolam manere eadem numero in utroqʒ terminorum trãſmutationis diuerſa tamẽ per eſſe. ¶ Dicimus igitꝛ ad primum ꝙ augens ƀm ꝙ eſt augẽs eſt potẽtia pars aucti que eſt caro uel os uel utrũqʒ ⁊ non tm̃ potẽtia pars ſed potẽtia quanta neutrum tamẽ actu. ¶ Et ad hoc quod obijcitꝛ ꝙ cum ipſum ſit materia aucti videtꝛ aliqua materia eſſe uacua a forma ſubſtãtiali ⁊ quãtitate. Dicendum ꝙ hoc non ſequitꝛ niſi poſſet probari ꝙ inter non carnem quãtam que potẽtia eſt caro quãta ⁊ carnem quãtam eẽt aliud medium. ſed cum illa ſint cõtradictoria quantum ad terminos patet ꝙ inter ea nullum eſt medium. ⁊ ſic patet ꝙ inter amiſſionem forme ſubſtãtialis ⁊ quãtitatis cibi ⁊ acceptionem forme ſubſtãtialis ⁊ quantitatis cibati nullum eſt mediuʒ. ⁊ ſic patet ꝙ materia nunq̃ʒ eſt ſine forma ſubſtãtiali ⁊ quãtitate cibi uel cibati. ¶ Et ſi obijcitꝛ ꝙ ƀm hoc augmẽtum non erit motus q2 eſt de nõ ſubiecto ad ſubm̃ hoc eſt de non quãto ad quãtum. Dicendum ꝙ motus cibi non eſt augmẽtum ſed tranſmutatio ſubſtãtialis. nec tamen eſt generatio q2 non eſt in ſpẽm que non eſt ſed potius in ſpeciem augmẽtati que ꝑexiſtit. augmẽtum aũt eſt in augmẽtato qđ de minori quantitate mouetꝛ ad maiorem. ¶ Ad illud autem qđ obijcitur ꝙ non quãtum non eſt quãtum cõſtitutiue. dicendũ ꝙ hoc eſt falſum. non quãtum actu potẽtia tamen quantum cõſtitutiue facit quãtum ⁊ talis eſt materia cibi. vnde lʒ non ferat quantitatem actualem cum tamen additꝛ ſubſtãtialiter ad cibatum efficitꝛ quantitas maior in cibato. quãtitas enim eſt menſura ſubſtãtie ƀm partes materie. ⁊ ideo neceſſe eſt ipſam extẽdi multiplicatis partibꝰ materie ⁊ decreſcere deꝑditis partibus materie. ⁊ hoc dico materie partibus eodem modo ſe habẽtibus in ſitu. ſ. ꝙ per rarefactionem vna non diſtet ab alia nec per inſpiſſationem ꝯtrahatꝛ. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ non manet corpus niſi potẽtia ⁊ efficitꝛ actu quando accipit corporeitatem eius qđ augetur. Idem autem qđ eſt potẽtia corpus non autem actu bene põt eſſe pars conſtitutiua corporis materialis. ¶ Ad ea que obijciuntꝛ cõtra hoc ꝙ nihil tranſeat de ſubſtantia cibi ad cibatum concedimus de plano.

¶ Utrum auctum augetur ƀm quamlibet partem.

S Ecundo queritur De augmẽto utrũ augeatꝛ ƀm quamlibet partem uel ƀʒ aliquam tm̃. ⁊ dicit philoſophus expꝛ̃ſſe ꝙ quelibet pars ƀm ſpeciem augetꝛ ⁊ non quelibet ƀm materiam. ⁊ dictũ eſt ſupra quid appelletꝛ pars ƀm ſpeciem ⁊ quid pars ƀʒ materiam. Videtꝛ autem falſuʒ qđ dicit philoſophus ex dicto Auicᵉ ſupra inducto. ſ. ꝙ augmẽtatiua plus auget longitudini q̃ʒ latitudini uel ſpiſſitudini de cibo. Cum igitꝛ ſpecies membrorum ſit ƀm latum ⁊ ſpiſſum ſicut ƀm longum videtur fieri non proportionabiliter augmentum ƀm quamlibet partem ƀm ſpeciem. ¶ Preterea q̄dam obijciunt ſic. ſi additio fit cuilibet particule oportet ꝙ aliqđ cuilibet particule addatꝛ. cõſtat auteʒ ꝙ hoc erit diuiſibile quia aliter non poſſet eſſe diſtributum ad quãlibet particulam. accipiatur ergo particula carnis an ſit additio ſignata minima quantum ad actum diuidentis ⁊ non quantum ad actum diuiſibilis. calor enim diuidit carnem nutriendam ⁊ diuidit nutrimentum addendo cuilibet parti carnis partem nutrimenti. ⁊ accipiatur minimam ſignatam in carne ⁊ in nutrimẽto minima. cum igitur nihil ſit minus minimo tanta erit pars nutrimenti additi quanta eſt caro cui fit additio. ⁊ ſi tantum tanto additur efficitur duplum. ergo videtur ꝙ omne quod augetur creſcat in duplum. ¶ Si forte dicatur ꝙ calor in minora diuidit nutrimentum q̃ʒ nutritum. hoc cõſtat eſſe falſum quia utrũqʒ diuidit in minora q̃ʒ poteſt diuidere. ¶ Preterea cõcedatur hoc ⁊ ponamus in decima parte eſſe minorem partem nutrimenti q̃ʒ partem nutriti cui additur tunc ſequetur ꝙ quodlibet nutritũ in qualibet nutritione efficietur in decima parte maius q̃ʒ fuerit prius ⁊ hoc eſt plane falſum. ¶ Si forte dicatur ꝙ in nutrito ſit deperditio ⁊ id quod additur reſtaurat illud deperditum ⁊ ideo non eſt neceſſe creſcere in duplum. ¶ Cõtra ei quod deperditur nulla fit additio ſed ei qđ manet. cum ergo addatur cuicumqʒ particule manentis ſequitur idem quod prius. ¶ Propter hoc dicũt quidam ꝙ ſine dubio nutrimentum additur cuilibet particule ⁊ tanta eſt in quãtitate pars nutrimenti quãta pars nutriti. ſed nutrimentum eſt liquor ſubtilis parum habens de materia. caro autem eſt ſubſtantia groſſa. vnde quando nutrimẽtum accipit ſubſtantiam carnis contrahitur in minus ſicut omne ſubtile quãdo efficitur groſſum fit in minori loco ⁊ in minori quantitate. ¶ Sed contra. ponamus ꝙ in viginti partibus efficiatur minus tũc addatur vigeſima ergo id quod nutritur in qualibet nutritione creſcit ƀm adiectionem vigeſime quod ad oculum eſt falſum. ¶ SOLUTIO dicendum ꝙ duplex eſt augmentum ſcilicet generale quod eſt ƀm quamcũqʒ quantitatem. ⁊ de hoc loquitur philoſophus in primo de generatione ⁊ corruptione. ⁊ eſt augmentum ſpeciale quod perducit corpus animatum ad perfectam quantitatem ⁊ figuram. ⁊ hoc ſpecialiter eſt in extenſione radicalium membrorum per additionem cibi. ¶ Dicendum ergo ꝙ Auicenna intelligit de hac ſecunda augmentatione. ſecundum utramqʒ autem augmentationem fit additio cuilibet particule proportio-

nate ita ſcilicet ꝙ maiori membro plus ⁊ minori minus.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ calor diuidit in minima ⁊ nutritum ⁊ nutriens. ſubinducit enim vndiqꝫ cibum in corpus nutritum ⁊ nihil prohibet quin pars cibi tante ſit dimēſionis quantum eſt pars corporis nutriti anteqꝫ addatur ei. Sed quia ut ſupra habitū eſt in queſtione de nutritiua cibus non addit cibato ita ꝙ maneat in forma ꝓpria ſubſtātiali nec ꝙ acquirat formam nouam ſubſtantialem que prius non fuit. Sed accipiēdo formam que actu eſt in nutrito. ideo etiam non addit manens in quantitate quam habet nec accipiēdo aliquam quantitateꝫ nouam ſed accipiendo quātitatem eius quod nutritur ⁊ ideo non eſt neceſſe augmētari in duplum uel in triplū uel etiam in aliquo. Si enim dabit ꝙ ipſuꝫ accipiet formaꝫ nouā ſubſtātialem. illa noua de neceſſitate alia erit per minima a forma que eſt in nutrito ⁊ ita oporteret ꝙ eſſent ibi due carnes per duas formas carnis ⁊ duo oſſa per duas formas oſſis. ¶ Si vero daret ꝙ accipit quidem eandem formam carnis numero que eſt in nutrito ſed nouam quātitatem tunc ſequeret de neceſſitate ꝙ in eodem numero per ſubſtātiam eſſent due quātitates ⁊ ſic quelibet pars carnis cui ſit additio habebit duas quantitates ⁊ ſic quelibet pars oſſis duas quantitates numero. ¶ Si forte dicat ꝙ quātitas noua generata in parte addita vniat quātitati antique que fuit in nutrito prius. ¶ Cōtra quantitas illa noua aut eſt ante vnionem illā aut non. Si non tunc non vnit quia nihil vnit quod non eſt. Si vero eſt tūc ei qđ nutrit non aduenit materia cibi ſola ſed materia quanta cibi. materia autem cibi quanta non eſt niſi ſit in aliqua forma ſubſtātiali. ergo aduenit materia cibi in forma ſubſtātiali ex quātitate quod itaqꝫ eſt impoſſibile. vnde nihil remanet dicēdum niſi hoc ſolum ꝙ materia cibi adueniēs accipit eādem formam ſubſtātialem numero que eſt in nutrito ⁊ eādem quātitateꝫ ⁊ qualitatem ⁊ idem ubi. ¶ Si vero querit qualiter fit tūc augmētum. dicēdum ꝙ per calorem naturalem extēdētem membra radicalia in omnem dimēſionem ⁊ plus in longum. ⁊ ideo cum extēſio fortior eſt quam multitudo partium additarum poſſit inſpiſſare eſt corpus nutrituꝫ ſubtile ⁊ rarum ſicut ſunt corpora puerorum. quādo autem utrūqꝫ proportionatum eſt utriqꝫ eſt corpus medio modo ſe habēs ſicut ſunt corpora iuuenum. quando vero ſtat extenſio ⁊ nihilominus ingerunt partes materiales per cibum tunc neceſſe eſt corpora fieri ſpiſſa ⁊ groſſa ⁊ ſolida ꝓpter humidi conſumptionem ſicut ſunt corpora ſenū.
¶ Utrum inſtrumentum augmētatiue ſit humidum ⁊ ſiccum.

d **Einde queritur** de iſtrumēto virtutis augmentatiue. Et videt ꝙ ipſum ſit humidum ⁊ ſiccum. augmēti enim eſt deducere ad magnitudinem ⁊ figuram. ſed ſecundum philoſophuꝫ humidi eſt ſuſcipe figuram ⁊ ſicci retinere. ergo videt proprium inſtrumētum virtutis augmētatiue eſſe humidum ⁊ ſiccū. ¶ SED CONTRA hoc eſt ꝙ omne inſtrumētuꝫ eſt actiuum ⁊ reducit ad cauſam efficiētem. hec autē paſſiua ſunt ergo non poſſunt eſſe inſtrumētum. ¶ Preterea Auicenna probat ꝙ maior calor eſt inſtrumētum augmētatiue quam nutritiue. ſicut maioris virtutis eſt extendere membra radicalia que dura ſunt ⁊ conuertere cibum in ſubſtātiam ⁊ quātitatem aucti quam conuertere cibi ſubſtātiam in ſubſtātiam nutriti tantum. primum facit vis augmentatiua per ſuum inſtrumētum. ⁊ ſecundum vis nutritiua per ſuū etiam inſtrumētum. ergo maioris virtutis calor erit inſtrumētum augmentatiue quam nutritiue quod concedimus dicente tamen ꝙ calor eius agit in triplici virtute. ſ. ignis celi ⁊ anime ſicut dictum eſt ſupra. ⁊ huic calori obedit frigiditas coagulans. ⁊ illis ambobus obediunt humidum ⁊ ſiccum recipiendo ⁊ tenendo figuram.
¶ Queritur quid ſit potentia generatiua.

c **Onſequēter tan**gēduꝫ eſt ad querēdum de generatiua. ⁊ queruntur quinque. Quorum primuꝫ eſt quid ſit generatiua. 2m quid ſit actus eius. 3m quid generat ⁊ ex quo. 4m quid ſit inſtrumētum eius. 5m quare generatiua dicat finis a quo eſt denominatio iter vires anime uegetabilis.

a **D primum po**natur diffinitio Auicēne in 6° de naturalibus que eſt hec. generatiua eſt vis uegetabilis anime accipiēs de corpore in quo eſt partem illi ſimilem in potētia ⁊ operatur in ea per attractionem aliorum corporū que illi aſſimilat generari ⁊ cōmiſceri ⁊ conuertit eam in ſimilitudinem illius in effectu. ¶ CONTRA hoc ſic obijcit cum dicitur accipiens de corpore in quo eſt partem. Prepoſitio de aut notabit materiam aut aliquam aliam cauſam. ⁊ conſtat ꝙ non aliam cauſam. ergo oportet ꝙ id quod accipitur ſit pars materialis corporis illius in quo eſt generatiua. nulla autem pars materialis eſt niſi caro os neruus ⁊ huiuſmodi. ⁊ ſic oporteret ꝙ pars de qua fit generatio eſſet aliqua harum partium qđ falſum eſt. Omnes enim philoſophi dicūt ꝙ generatio fit ex ſuperfluo nutrimenti. ¶ Preterea cum dicit illi ſimilem in potētia intelligitur de potentia cibi ad corpus cibatum. hec autem potētia erit in organo aliquo mutet in partem corporis ſine quo organo non poſſet mutari ⁊ ſecundum hoc videt ꝙ ex ſemine non fieret generatio niſi eſſet ſemē in aliquo organo ⁊ ſic nō fieret manus ex ipſo niſi eſſet in manu ⁊ pes in pede qđ falſum eſt. ¶ Preterea per hāc diffinitionem non videtur ſeparari nutritiua a generatiua. illa enim accipit partem corporis in quo eſt ſimilis illi in quo eſt potētia ⁊c. trāſmutat enim cibum de potētia ſubſtantia in actu ſubſtātiam ⁊ ſic videnť eſſe idem. ¶ SOLUTIO dicēdum ꝙ iſta diffinitio bona eſt ⁊ dat per cōparationem virtutis ad ſuum genus ad ꝓpriam materiam ⁊ ꝓprium finem ⁊ actuꝫ virtutis eius. ergo ſupponit per hoc ꝙ dicit vis uegetabilis anime. actus enim eius ſupponit duplex. ſ. pro accipe ⁊ pro operari. In generāte enim accipit primo per attractioneꝫ ad uaſa ſeminaria que attrahūt ſemen a toto corpore ⁊ ab ipſis uaſis deſcēdit in ipſum vis generatiua. Uis autem operans eſt in ſemine ⁊ nō in organo aliquo ⁊ illius eſt operatio eius qđ naſcit. Materia vero duplex etiam ſupponit. ſ. principalis que ꝓfundatur in membris radicalibus ⁊ hoc eſt humiduꝫ qđ eſt in ſubſtātia ſeminis ⁊ ſupponit per hoc qđ dicit parteꝫ corporis ſimilem illi in potētia. Secūdaria vero ſupponitur cum dicit per attractionem aliorum corporum que illi ſimulat. illa eniꝫ eſt materia ſanguinis mēſtrui ⁊ ſeminis mulieris que attrahit a ſemine ⁊ cōmiſcet illi ut ſufficiat ad corporis quātitatem. Alia vero pars ſanguinis mēſtrui deriuat ad mamillas ad nutrimētum qđ preparari debet generato. Similiter duplex finis eſt. per hoc enim qđ dicit generari tāgit figuratio formalis ſecundum lineamenta mēbrorum. Per hoc enim qđ dicit in ſimilitudinem illius in effectu tāgit finis ultimus qui eſt finis intentionis. ⁊ eſt inductio forme ſpecifice in eo qđ generat. ¶ Dicēdum ergo ad primum ꝙ denoiat materiā ſed ſemen eſt potētia pars ⁊ nō actu pars eius in quo eſt generatiua. ⁊ etiam eſt potētia illi ſimilis ⁊ non actu. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ cum dicit potētia illi ſimilem intelligit potētia que eſt ad formam ſpecificaꝫ ſecundum ſe ⁊ nō ad hoc ꝙ fiat actu pars animati corporis. per has enim duas potētias diſtāt materia generatiua ⁊ nutritiua. ¶ Ad ultimum dicēdum ꝙ nec vnius generationis potētia eſt in materia generatiua ⁊ materia nutritiua nec etiaꝫ vnius rationis actus ⁊ de potentia iam habitum eſt. actus eniꝫ nutritiue eſt actus partis in quo fit trāſmutatio. ſed actus generatiue eſt actus forme ſpecifice ſecundum ſe.

¶ Queritur quis eſt actus generatiue.

S Ecundo queritur Quis ſit actꝰ gñationis. Et videtur ꝙ actus gñationis eſt in generante ſicut omnis actus eſt in agente. In generante autem non videmus alium actum niſi deſcindere ſemen. ergo videt̃ ꝙ deſcindere ſemen ſit actus generationis. ſed ſi hoc concedat̃ tunc videt̃ actum generatiuũ non eſſe in omnibus generãtibus. Sicut enim dicit̃ in libro de animalibus ꝛ probat̃ multiplici ratione. in femina non eſt deciſio ſeminis que perfectiue operetur aliqd ad conceptum. Cum ergo in ipſa ſit generatiua non erit ꝓprius actus eius deſcindere ſemen. ¶ Preterea hec patet ex diffinitionibus maſculi ꝛ femine que colliguntur ex libro animalium ꝛ ex principio libri uegetabiliũ hec. ſ. ꝙ maſculus eſt qui generat in alio ſue ſpeciei ex ſemine proprio. femina ꝟo que generat in ſe ex ſemine alterius ſue ſpeciei. Per hoc enim patet ꝙ femina generans non deſcindit ſemen proprium ad hoc ut effectiue operetur conceptum. ¶ Preterea cum actus ſint ꝑmi potentijs ſm rationem videtur ꝙ generatiua in maſculo ꝛ femina ſit equiuoce ſicut patet ex diffinitiõibus ſupra poſitis. ꝛ cum generatiua ſit a qua denominat̃ uegetabilis anima videtur anima uegetabilis equiuoce dici in maſculo ꝛ femina. ¶ Preterea deciſio ſeminis non videtur eſſe in plantis ergo non videt̃ eſſe iſte actus generalis generatiue. ¶ Preterea queritur quid ſit deſcindere ſemen. ſi enim hoc tm̃ eſt ſeparare quandã partem nutrimenti tunc non tm̃ generatiua deſcindit ſemẽ ſed etiam augmẽtatiua que ſeparat quandam partem nutrimenti in augmẽtum. ¶ Si autem dicatur ꝙ deſcindere ſemen eſt per aliquod organum attrahere ſuperfluitatem quarte digeſtionis ꝛ maturare ipſam ita ꝙ recipiat virtutem formatiuam ſeminis in ſimile ſpeciei generantis. tunc non videbit̃ actus generatiue eſſe in plantis in quibus non eſt attractio partis nutrimẽti ad organum vnum ꝙ influat ei virtutem formatiuam. q: videmus ꝙ planta in ſtipite ꝛ in ramis ꝛ in radice profert ſurculos virgas folia flores ꝛ fructus. ¶ Preterea videt̃ ꝙ generatiua in plantis ſit multiplex propter actus multiplices qui ſunt ꝓducere prenominata. ¶ Preterea cũ in omni natura aliud ſit agens ꝛ aliud patiẽs: aliud materia ꝛ aliud forma ꝛ femina ſe habet ad maſculũ ut materia ad formam ꝛ ut patiens ad agẽs videbitur ꝙ in omnibꝰ animatis aliud debet eſſe femina ꝛ aliud maſculus ꝛ ſic in plantis deberet eſſe diſtinctio ſexus ſm actum virtutis generatiue. ¶ Preterea generatiua virtus eſt anime uegetabilis ergo diſtinctio eius ſm ſuum actum debet cõuenire omni nature uegetabilium ꝛ ſic iterum ſequitur ꝙ plante debent eſſe diſtincte per maſculum ꝛ feminam. ¶ Si forte diceret̃ ꝙ in plãtis eſt ſexus ſicut dixit Abrutallus. Sunt contra hec multe rationes que ponuntur a philoſopho in libro de uegetabilibus ꝛ plãtis. quarum vna eſt: q: maſculus quãdo generat in alio generat. ꝛ femina quãdo generat ab alio generat ꝛ ſũt ambo ſeparata ad inuicem ꝛ poſtea commiſcẽtur ꝛ illud nõ inuenit̃ in plantis. Alia eſt ꝙ non indigẽt plante effectiuo niſi ſole in hora pullulationis. cum igit̃ effectiuũ ſit maſculus non indiget maſculo. ꝛ hoc dicit philoſophus per talia uerba. Planta indiget temporibus anni ꝛ ſole ꝛ temperantia ꝛ uere plus omni re. hijs ergo indiget in hora pullulationis arborum. eſtq; ꝑncipium cibi plantarum a terra ꝛ ꝑncipium generationis fructuum a ſole. q: Anaxagoras dixit ꝙ earum frigus eſt ab aere ꝛ ideo dixit Letineon ꝙ terra eſt mater plantarum ꝛ ſol pater. ¶ Preterea nos videmus inanimata generari nõ per deciſionem aliquam. ſed quedam pro commixtione elementorum ꝛ mineralia metalla. ſ. ꝛ lapides. quedam ꝟo per trãſmutationem alterius materie. ut cum ignis materiam aeris trãſmutat in ſe. Cum igit̃ animata perfectiora ſint q̃z inanimata videtur ꝙ deberent habere perfectiorem modum generationis. Cum igit̃ perfectius ſit ſuper aliam materiam generare ſuam ſpeciem q̃z ſuper abſciſſam a ſeipſo videt̃ ꝙ animata non deberent aſcindere ſemen ſed generare ſup aliam materiam. ¶ Preterea videtur ꝙ deciſio ſeminis nullo modo ſit actus generatiue. cum enim generatiua ſit ad ſalutẽ ſpeciei actus enim videt̃ eſſe qui inducit formam ſpecificam. deciſio aũt nõ preparat niſi ꝓpriã materiam. ergo non erit actus proprius generatiue. ¶ Preterea ex hoc etiam videtur ꝙ generatiua non ſit in generãte. oportet eniꝫ ꝙ virtus cõiuncta ſit actui ſuo in eodem. Actus autem generationis eſt in ſemine ut in ſubiecto. ergo virtus generatiua erit in ipſo etiam ut in ſbiecto. cuꝫ igit̃ ſemen per ſubſtãtiam ſit ſeparatuꝫ a generãte virtus generatiua ſubiecto ꝛ ratione diſtare videbit̃ ab ipſo generante.

¶ SOLUTIO Sicut dicit Auic$^{a}$ in ultimo libri ſexti de naturalibus ab anima que eſt in toto corpore virtus generatiua emanat in organum generationis que virtus influit ſemini virtutem generationis que generat mẽbra ſm vnamquãq; virtutem congruam actioni illius ita ꝙ vnumquodq; membrum ſit aptum ad recipiẽdum virtutem propriam que apparet in eo. ꝛ ſm hoc dicimus ꝙ virtus generatiua ꝑma que eſt pars uegetabilis anime eſt in generante ꝛ in animalibus quidem ſicut habet in determinato organo generationis. in plãtis autem in qbus ſm omnem partem eſt vis impregnãs ꝛ impregnata non habet determinatum ſitum ſed eſt in toto corpore plante ꝛ huius cauſa ut infra. Sꝫ in ſemine eſt vis generatiua cauſata ab illa que nec anima eſt nec pars anime lꝫ actione anime operetur. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ deſcindere ſemen a ſupfluo quarte digeſtionis actus eſt generatiue prime que pars anime eſt. ꝛ hꝫ tam in animalibus q̃z in plantis. Sed generatiue ſecunde que eſt in ſemine non eſt actus ille q2 aliter ſemen a ſemine deſcinderet̃. ¶ Ad aliud dicẽduꝫ ꝙ ſemen eſt duplex. ſ. materiale ꝛ effectiuum qđ tamen effectiuum pars eſt materie ſm ſubiectũ primum in quo ſaluatur ꝛ primum. ſ. materiale deſcinditur a femina per attractum ſanguinis menſtrui uel alicuius humoris qui eſt loco eius. Secũdum autem ſcilicet effectiuum deſcinditur a viro in omnibus animalibus de quibus eſt maſculus ꝛ femina. Sicut autem dicit philoſophus in x$^{mo}$ metha$^{ce}$. maſculinum ꝛ femininum accidũt omnibus animalibꝰ ſed in libro de animalibus excipit quoddam genus piſcis in quo nõ eſt vnq̃z viſus maſculus ꝛ hoc neceſſe eſt contingere propter ſimilitudinem partium illius piſcis. quando enim corpus animatum omnino eſt ſimile in partibus uel minimam habet diuerſitatem tunc ſupfluum cibi ab ultima digeſtione accipit virtutem ad proferendum tale corpus ꝛ non eſt neceſſe ut a virtute organi ſpecialis recipiat aliquem influxum ultra hec. ꝛ ideo cum organa generationis influẽtia virtutem ſpecialem ſupflue quarte digeſtionis faciãt diſtinctionem maris ꝛ femine nõ erit in tali animali diſtinctio ſexus. ꝛ ideo dicũt quidam philoſophi experimẽtatores ꝙ hoc genus piſcis eſt anguilla in qua nunq̃z apparuit maſculus uel femina. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ femina non ſolũ generat in ſe ex ſemine alio quod eſt effectiuũ: ſed tamen ex ſemine proprio quod eſt materiale. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ ſicut corpus organicum diffinitur in comparatiõe ad animam ꝛ anima diffinitur in comparatione ad corpus organicum ita diffinitur paſſiuũ ad efficiens ꝛ efficiens ad paſſiuum. ꝛ ſimiliter femininum ad maſculinum ꝛ maſculinum ad femininum. Sunt enim ad idem operantia vnum effectum: ꝛ alterum materialiter. Et cum illud ad quod operantur ſit finis diffinientur ambo per idem. ꝛ quia illud vnius rationis eſt per

quod diffiniūtur non omnino ſunt equiuoca virtus ge
neratiua in maſculo ⁊ virtus generatiua in femina ⁊ per
conſequens nec etiam uegetatiua erit equiuoca in illis.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ deciſio ſeminis eſt in plan/
tis. deciſo eniꝫ ſemine in genere generata eſt ſeparatio
quedam nutrimēti a cibo quod eſt natum ſuſtinere in/
diuiduuꝫ in quo ſeparato per generationem ſaluat᷑ ſpe
cies. talis autem ſeparatio fit in plāta. q: id vnde fit gene
ratio ſeparat᷑ ab eo quod eſt cibus maximus ad ſuſten/
tationem coꝛporis plāte. Sed uerum eſt ꝙ planta non
erit ſemen extra ſe. uel dicat᷑ melius ꝙ in planta eſt du/
plex generatio. quarum vna eſt per quam ad ipſam plā/
tam generātem reddit iuuētus eius ⁊ in iſta generatio/
ne generatum ſemꝑ eſt pars generātis ⁊ ideo iſta fit de
nutrimēto ipſo ipſius plāte. ¶ Alia eſt generatio plan/
te ſimilis in ſpecie per quam non ſaluat᷑ niſi ſpecies plā
te ⁊ non indiuiduum ⁊ hoc fit per ſemen deciſum a nu/
trimēto ⁊ extra plantam pꝛoiectum ſicut patet in nucleis
⁊ fructibus. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ decidere ſemē eſt
ſeparare ipſum a nutrimēto ⁊ influere ei virtutem gene
ratiuam materialem uel effectiuam qui influxus fit a ge
neratiua que uel eſt in toto coꝛpore generātis uel in oꝛ/
gano ſpeciali. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ in plantis ſine
dubio multiplex eſt generatio hoc eſt multorum ⁊ hoc
cōtingit ꝓpter qualitatem ⁊ ſimilitudinem coꝛporis plā
te in partibus. ⁊ hoc enim accidit ꝙ nutrimētum qđ eſt
aptum nutrire partem vnam eſt etiam aptuꝫ nutrire par
tem alteram. ⁊ ex hoc iterum cōtingit ꝙ nulla differētia
eſt inter humidum radicale ⁊ humidum nutrimētale in
ipſis. Et ex hoc cōtingit ulterius ꝙ ex humido nutrimē
tali poteſt eſſe generatiua partium in plātis cuius ſignū
eſt ꝙ ꝑtes eius abſciſſe recreſcūt qđ non fit in animalibꝰ
habentibus multam diuerſitatem in oꝛganis. Dicimus
igit᷑ ꝙ ex nutrimento in quo dominat᷑ humidum aquo
ſum qđ eſt facile delectabile pꝛoducunt᷑ folia. Ex nutri/
mento vero in quo dominat᷑ ſubtile terrenum bene com
miſcibile pꝛoducunt᷑ virge ⁊ ſurculi. ex illo auteꝫ in quo
dominat᷑ ſubtile aereum cum aqueo digeſtibili facile ⁊
maturabili generant᷑ fructus ⁊ ſic de alijs. ¶ Ad aliud
dicēdum ꝙ in plātis non eſt diſtinctio maſculi ⁊ femine
per ſexum ſed per pꝛopꝛietates que ꝓpꝛietates ſunt foꝛ/
mam ſpeciei ⁊ figuraꝫ impꝛimere ⁊ hec impꝛeſſa recipe
re. ⁊ ideo ambe iſte pꝛopꝛietates adunant᷑ in planta vna
ut dicit philoſophus in p̄mo de uegetabilibus ⁊ plantis
calidi tm̄ ⁊ ſicci eſt impꝛimere ⁊ quaſi ſigillare foꝛmam
⁊ figuram. calidum enim eſt penetratiuuꝫ ⁊ ſiccum ter
minatiuū. ⁊ cum hec ſint ubiqꝫ in planta pꝛopꝛietas ma
ſculi ubiqꝫ erit in planta. Pꝛopꝛietas autem femine ſu/
per frigidum ⁊ humidum ⁊ humidum eſt figure ⁊ ſpe/
ciei receptiuum. frigidum uero per coagulationem hu/
midi aquoſi eorundem eſt retentiuum. ⁊ iſte pꝛopꝛieta/
tes ſimiliter ubiqꝫ ſunt in planta. Et ideo dicit philoſo/
phus ꝙ planta ubiqꝫ eſt impꝛegnās ⁊ impꝛegnata. Qđ
autem non diſtinguit᷑ ſexus in plātis hoc eſt ꝓpter equa
litatem coꝛporis plāte in partibus. Ex hoc enim contin
git ꝙ nutrimētum aſſimilatuꝫ parti vni eſt etiam aſſimi/
latum alteri. ⁊ aſſimilatum parti. eſt etiam aſſimilatū to/
ti. ⁊ quod eſt potētia pars eſt potētia totum. ⁊ cum nutri/
mentum in plāta ubiqꝫ ſit potētia pars ubiqꝫ erit poten/
tia totum ⁊ ſic ubiqꝫ generatio. ꝙ autem idem ſit in plā/
ta humidum nutrimēti ⁊ humidum generationis patet
per experimētum: quia partes abſciſſe recreſcūt qđ non
fieret ſi eſſet humidum diuerſum. ⁊ ideo cum ad humi/
dum nutrimēti non exigat᷑ diſtinctio ſexus ſed tm̄ caloꝛ
agens cum virtute anime ⁊ virtute celeſti etiam ad gn̄a
tionē plante non exigit᷑ niſi caloꝛ agēs cum virtute aīe ⁊
celi. ⁊ hoc eſt quod dixit Locineon ꝙ oīum uegetabili/
um terra eſt mater ⁊ ſol pater. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ
diſtinctio maris ⁊ femine duplex eſt. ſ. per pꝛopꝛietatem
⁊ ſexum. per ſexum eſt in aīalibus. per pꝛopꝛietatem au
tem in plātis. ⁊ hoc eſt ideo ꝙ anima ſenſibilis diuerſas
habet virtutes ⁊ oꝑationes p̄cipue ubi ꝑfecta eſt ⁊ ideo
exigit magnam diuerſitatem partium in coꝛꝑe quo utū/
tur ut oꝛgano in illis virtutibus ⁊ oꝑationibus. ⁊ cuꝫ ta/
lia ſint difficilioris generationis ſm̄ naturam contingit
ex hoc ꝙ nutrimētum aſſimilat᷑ parti vni non eſt aſſimi/
latum parti alteri. ⁊ quod eſt aſſimilatuꝫ parti non eſt aſ/
ſimilatum toti. ¶ Ulterius qđ eſt potētia pars non eſt
potētia totum. ⁊ q: ſpecies non ſaluat᷑ niſi in eo quod eſt
potētia totum opoꝛtet talia habere ſpeciale oꝛganum in
quo ſit virtus aīe que trahat partem cibi a toto coꝛpore
⁊ faciat ipſum potētia totum uel materialiter uel effecti/
ue ut ſupꝛa diximus. ⁊ diſtinctio horum oꝛganorum fa/
cit diſtinctionem ſexus in aīalibus. ⁊ hoc patet ex hoc q:
ſi ſunt aīalia ſimilia in partibus quorum facilis eſt gene
ratio ⁊ pꝛecipue que non ſunt completa in numero ſen/
ſuum. multa eorum generant᷑ ex putrefactione ⁊ virtu/
te ſtellarum ut dicit Aꝛ̄: in libꝛo de aīalibus. ¶ Ad ali
ud dicēdum ꝙ perfectiorem habēt generationem ani/
mata q̄ꝫ inaīata tam ex parte agētis q̄ꝫ ex parte materie.
ex parte agentis q: in illis agit qualitas actiua ſicut cali/
dum ⁊ frigiduꝫ tm̄. in iſtis autem non ſufficit hoc ſed cū
calore opoꝛtet addere virtutem anime ⁊ virtuteꝫ celi. ex
parte materie vero quia illa generādo pꝛeparāt materiaꝫ.
In iſtis autem opoꝛtet eſſe materiam ante pꝛeparatam.
ꝙ vero illa non generāt de ſua ſubſtātia huius cauſa eſt:
q: homogenea ſunt ⁊ in homogeneis nihil eſt qđ ſit in
potētia ad foꝛmam ſed totum eſt in actu. in aīatis autem
ſunt quedam partes potētia ⁊ quedam actu. nutrimētuꝫ
enim aſſimilatum eſt pars potētia ⁊ non actu ⁊ cum ge/
neratio fiat ex potētia ente ⁊ nō actu in hijs que ſunt ani
mata debet fieri generatio ex talibꝰ partibus. in illis au/
tem que non ſunt aīata non poteſt fieri. q: omnes partes
eorum ſunt actu ⁊ ex ente actu non fit generatio ⁊ ideo
opoꝛtet ꝙ generēt ſpeciem ſuam ſuꝑ naturam alienam
qđ eſt extra ipſam. ¶ Ad aliud dicēdum eſt ſm̄ ſupꝛadi
cta ꝙ pꝛima virtus generatiua que pars anime eſt in oꝛ
gano eſt ⁊ in generāte. ⁊ hinc eſt actus ille p̄mus qui eſt
deciſio ſeminis. Sed ab hac virtute influxa eſt alia vir/
tus in ſemen cuius eſt cōuertere ſubſtātiam ſeminis in
ſimilitudinem ſpeciei pꝛimi generātis ⁊ iſte eſt actus ſe/
cundus ⁊ virtus hec non eſt in generante ſed in ſemine
per hoc patet ſolutio ad ultimum.

¶ Queritur quid generatur.

**Ertio queritur** Quid gene/
rat᷑ ⁊ ex quo. Et hic occurrit illa diſputatio Utꝛ
anima ſit ex traduce quemadmodum dixit Apollinaris
quidam hereticus. Et utrum anima ſit in ſemine ſicut vi
detur dicere quidam philoſophus. Et utrum anima ſit
per creationem ⁊ infuſionem ut per actum nature qui
eſt generatio ⁊ ſi hoc vniuerſaliter querēdum eſt de om
ni anima utruꝫ de anima humana. ⁊ ſi ſpecialiter de ani
ma humana que infundendo creatur tunc aſſignanda
erit huiꝰ ratio. ¶ Dicit igit᷑ Apollinaris ut refert Gre/
gorius nixenus libꝛo de homine. animam ab animabus
generari ſicut coꝛpora a coꝛporibus. pꝛouenire enim ani
mam ſm̄ ſucceſſionem pꝛimi hominis in eo quia ex illo
ſunt omnes ſm̄ coꝛporalem ſucceſſionem nec ſubiace/
re animas ut pꝛimogenitas neqꝫ nunc creari. Et huius
ponit talem rationem quia ſi dicatur ꝙ anima creatur a
deo erit deus cooperatoꝛ adulterorum. pueri etenim il
li ex hijs generantur. Alia ratio ſua eſt hec quia requie
uit deus ab omnibus operibus ſuis que ceperat facere.
ergo nunc non creat nunc animas ſed per generationē
fiunt. Iſta etiam diſputatio multū tangit᷑ ab Auguſtino
ſuper gen̄. ad litteraꝫ. ⁊ vna ratio que potiſſima videtur
talis eſt q: fides catholica ſupponit ꝙ pueri trahūt pec/

catum originale a parētibus. ſubiectum autem ꝓprium
peccati nihil aliud eſt niſi aīa. Cum igitur peccatum tra/
hūt ex traduce videntᷣ etiam animaꝫ trahere ex traduce
⁊ ita anima filij deſcinditᷣ ab aīa parētum. ¶ Item om/
ne qđ in primo ſui eſſendi principio immaculatum eſt
cōmaculationem videtᷣ habere ex ſuis ꝑncipijs primis.
aīa eſt huiuſmodi. ergo cōmaculationem ex ſuis princi/
pijs ꝑmis habere videtᷣ ſed a deo non pōt habere ullam
cōmaculationem. ergo deus non erit proximum ꝑncipi
um aīe. ⁊ ita erit aīa ex traduce. ¶ Item omne qđ cōſe/
quitᷣ actus alicuius efficiētis per eſſe cauſatᷣ ab illo effici
ente. Anima rōnalis ſemꝑ conſeqtur actum generatio/
nis qui eſt actus parētum generātium. ergo per eſſe cau
ſatᷣ a parētibus generātibus. maior probatᷣ per diffinitio
nem efficiētis q: efficiēs eſt ut dicit Boe⁹ qui mouet ⁊
opatᷣ ad hoc ut aliqđ ſit. minor patet ſenſu. Sed cuꝫ que
ſtio nr̄a ſit de omni aīa ⁊ non tm̄ de aīa rōnali querūt q/
dam probātes ecōtrario naturam aīam eſſe niſi per infu
ſionem nec uegetabilem nec ſenſibilem neqꝫ rationaleꝫ
adhibētes ſue opinioni has rōnes. Dicit Auicēna cum
creatᷣ materia corporis cum ſit dignum fieri inſtr̄m ani/
me ⁊ eius regnum tūc cauſa ſeparata que ſolet dare vnā
quāqꝫ aīam creat aīam. ergo ut aīas creet ⁊ ſine corpori/
bus quibus propꝛia ſit. creatio vnius ⁊ nō alterius impoſ
ſibilis eſt. ex hoc accipitᷣ ꝙ anima creatᷣ a deo ſed nō cre
atur niſi corpore organizato eo ꝙ vni corpi debeatᷣ vna
⁊ alteri alia. ¶ Item Auic$^{a}$ in 7$^{o}$ de naturalibus dicit ac
cipiēdo aīam hoc eſt aptitudinem inſtrumēti comitatᷣ q:
creatᷣ a cauſis ſeparatis id qđ eſt aīa. hoc autem non con
uenit in aīa tm̄ ſed in oībus formis habētibus initiū qua
re eſſe non ꝑpōderat ſuꝑ earum nō eſſe niſi q: materia
acceptior eſt quātuꝫ ad illas ⁊ dignior illis. ſ. recipiēdis.
Ex hoc iterum accipitᷣ ꝙ nō ſolum aīa ſed oīs forma eſt
per creationeꝫ uel infuſionem ꝑme cauſe. ¶ Item ibi/
dem. attribuēs eſſe aīe nō eſt corpus nec corꝑalis virt⁹ ſꝫ
eſt ſine dubio eēntia exiſtēs nuda a materijs ⁊ mēſuris.
¶ Itē ibidē i cap$^{o}$ de diluuijs que numerantᷣ in thimeo
Platonis. dator formarum dat virtutes agētes ⁊ matrix
facit ad meliorationē. ꝙ eni matrix ſit largiēs cauſas nō
eſt ſentētia Perypateticoꝝ ſed forme ⁊ virtutes ſubſtan
tiales ueniūt a ꝑncipijs intrāſmutabilib⁹ eternis. ¶ Itē
Alb: in libro de cauſis ꝓprietatum elemētorum dicit ꝙ
in habitatoribus climatis ꝑmi qđ eſt ꝓpinquus linee eq̄
litatis hoc eſt eqnoctiali ꝓpter aſſiduam fixionem mot⁹
ſolis accidit ſiccitas ⁊ minoratᷣ in eis frigiditas ⁊ humi/
ditas quare caleſiūt matrices mulierum earum ⁊ cōmu
nicāt eis nigredinem corpoꝝ ⁊ criſpitudinem capillorū
qđ eſt q: aqua viri quādo cadit in mulierem decoqt eaꝫ
matrix caliditate ſua ⁊ cōmiſcetᷣ aqua illa cum ſanguine
matricis donec ſit fruſtum. deinde formatᷣ ⁊ ſit in ea ſpi/
ritus vite iuſſu dei. ¶ Item in libro de motu cordis. In
eſt ſemen vite ꝑncipium qđ extrinſecis qdē amminicu/
lis trahitᷣ ad actum mixti. igitᷣ ad uegetationem ꝑmi cō/
tinētis bn̄ficio exterius indurata uaporem ingenituꝫ ex
halare non ꝑmittūt que ſi in ſpūm cōſequuntᷣ habile ſit
corpus aīatum neceſſario. huius eniꝫ mixture a ſummo
oīum creatore ſunt ⁊ ſtatim aīa infunditᷣ. ¶ Item in 2$^{o}$
machabeoꝝ cap$^{o}$ 7$^{o}$ dicit mater filijs ſuis. Neſcio quomō
in utero meo compuiſtis. neqꝫ enim ego ſpūm ⁊ animā
donaui uobis ⁊ vitam in ſinguloꝝ mēbra. non ego ipſa
pepigi ſed mūdi rector qui formauit hoīs natiuitatē. qui
cūqꝫ oīum adinuenit originem ſpūm dedit uobis. quia
reddet ⁊ vitam ſicut nūc ꝓpter ipſius leges uoſmetipſos
deſpicitis. Sunt etiam rōnes pro hac parte facientes ut
videtᷣ. dicit enim phus in 6$^{o}$ topi$^{z}$ ꝙ eadem eſt ratio aīe
⁊ oīs anime. ſi igitᷣ vna aīa eſt per infuſioneꝫ erit omnis
aīa per infuſionem. ſed ꝑme cauſe ꝑmoꝝ uegetatiuoruꝫ
ex ꝑmorum aīalium ⁊ ꝑmi hoīs ſunt date per dationem
ergo ⁊ oēs anime. ¶ Preterea ex ꝑncipijs naturalibus
ſic oſtenditᷣ in materia que eſt ſubiectuꝫ generationis ⁊
corruptionis in corporibus aīatis nō videmus agētia ⁊
patiētia niſi qualitates ꝑmas elemētales. harum aūt nō
eſt niſi duplex effectus. aut enim vna eſt agēs ⁊ altera pa
tiens. tūc enim agēs vincēdo patiētem trāſmutat eaꝫ ad
ſe inuicem ſicut in generatione elemētoruꝫ. Aut ambe
ſunt agētes ⁊ patiētes ⁊ tunc utraqꝫ remittit alteram ⁊ ex
eis non producitᷣ niſi effectus mixti. Aīa vero ⁊ quelibet
pars forme ſubſtātialis cōpoſiti nec eſt ſimplex elemētū
nec mixta tm̄ ex elemētis. ergo nō cauſatᷣ ab illis. ¶ Si
forte diceretᷣ ꝙ cauſatᷣ a forma ſubſtātiali que eſt in agē/
te. Cōtra hoc eſt ꝙ forme ſubſtātiales nec actiue nec paſ
ſiue ſunt. Si enim eēnt actiue ⁊ paſſiue tūc ea que habēt
formas ſubſtātiales quādo appropinquarēt ſibi inuiceꝫ
corrūperent ſe per actionē forme ſubſtātialis. ⁊ hoc nos
non videmus. ergo non pōt dici ꝙ cauſentᷣ a formis ſb
ſtātialibus cum ille nec actiue nec paſſiue ſunt. ⁊ iſte ſūt
rōnes Theodori ⁊ Auicēne. ¶ Iteꝫ nihil agit ultra ſpe
ciem ſuam. ergo calidum frigidum humidum ſiccū que
ſunt in materia nō agūt niſi ſimilia ſue ſpeciei. ſed forma
ſubſtātialis ⁊ aīa ꝑcipue non ſunt de ſpeciebus illarum
qualitatum. Qđ probatᷣ ſic. nam forme ſubſtātiales non
habēt ꝯtrarium. ille aūt qualitates habēt ꝯtrarium. ergo
aīa ⁊ forme ſubſtātiales non fiūt nec aguntᷣ ab illis. Cuꝫ
igitᷣ nihil ſit actiuum ⁊ paſſiuum in natura niſi calidū fri
gidum humidum uel ſiccum nulla forma ſubſtātialis ⁊
ꝑcipue aīa fiet ab illis ꝑncipijs naturalibus. Si vero dice
retᷣ ꝙ aliqđ poteſt agere ultra ſpecieꝫ ſuam. ꝓbatᷣ ꝙ nō.
q: ſi in ſpecie agētis non terminaretᷣ actio tūc non eēt ra
tio quare in aliquo terminaretᷣ ⁊ ſic procederetᷣ in infini
tum. ¶ Preterea actio ⁊ paſſio ſunt inter cōtraria. ergo
tādiu durat actio agētis q̄ꝫdiu eſt cōtrarium in patiente
ſed ſuſcepta ſpecie agētis non eſt ultra cōtrarium in pa/
tiente. ergo tūc terminatᷣ actio ⁊ ſic videtᷣ ſequi qđ prius
cōcluſum eſt. ¶ Item ꝑncipiū in naturis eſt ꝙ nō ex ſb/
ſtātijs fiat ſubſtātia. cum ergo qualitates ꝑme ſint nō ſb
ſtātie ex ipſis non fierēt forme ſubſtātiales. ergo multo
magis nec aīa. ¶ Item dicit phus ꝙ nihil exit in actuꝫ
niſi per illud qđ eſt in actu. ⁊ ꝓbatᷣ ſic. ſi enim detᷣ ꝙ exit
in actum per id qđ eſt in potētia tūc non exibit in actum
niſi per id qđ eſt in potētia illa. A potētia vero nō poteſt
eſſe niſi potētia. ⁊ ita accipiēdo potētiam accipiet actum
qđ eſt impoſſibile. ¶ Preterea accipiēdo potētiam ha/
bebit duas potētias qđ eſt ſuꝑfluum in natura. ¶ Item
de potētia educente aliam potētiam eſſet ſimilis queſtio
quid educeret eam. hoc enim eſſet in actu uel potētia. ⁊
ſi eſſet in actu tūc uerificaretᷣ propoſitio videlicet ꝙ nihil
educitᷣ in actum niſi per hoc qđ eſt in actu. Si autem eſ/
ſet in potētia tūc de illa eſſet queſtio per quid educeretᷣ.
⁊ ſic iretᷣ in infinituꝫ. ergo hec erit probata. ſ. ꝙ omne qđ
educitᷣ in actum educitᷣ per iđ qđ eſt in actu. Illud igitur
educens aut eſt in materia generabiliū ⁊ corruptibiliū.
aut extra. Si eſt in materia tūc de ipſa eadem erit que/
ſtio quid ipſum fecerit in materia. nulla enim forma eſt
in materia generabilium ⁊ corruptibiliuꝫ niſi facta ⁊ ge
nerata ⁊ deficiēte illo iterum eadem erit queſtio. Utrum
ſit in materia uel extra ⁊ ibitᷣ in infinitum niſi detur ali/
quid exiſtēs extra materiam educēs materiam in actuꝫ.
ergo videtᷣ ꝙ omnēs forme ſubſtātiales ſint a datore for
marum qui eſt forma nuda a materia ⁊ mēſura materia
li. ¶ Amplius. omne qđ eſt non deficiēs ⁊ inquietum
ſemꝑ reiteratum ſm̄ vnum modum neceſſe eſt reduce/
re illud ad ꝑncipium immobile eternum. generatio for
marum ſubſtātialium ⁊ ꝑcipue anime eſt talis. ergo ne
ceſſe eſt ipſam reduci ad ꝑncipium immobile ⁊ eternuꝫ
qđ eſt deus. maior patet ex hoc ꝙ agēs quādoqꝫ ⁊ quā/
doqꝫ non non pōt eſſe cauſa eēndi ſemꝑ eodem modo.
Minor probatᷣ ſic ex hoc ꝙ curſus generationis ad for/
mam ſubalem ſemꝑ eſt eodem mō. ¶ Amplius. ſi ꝑme

qualitates facerēt formas ſubales tūc ubi eēnt potētiores efficatius efficerēt eas.ſed in ſimplicib⁹ ut ſcribit in fine de ſenſu ꝛ ſenſato ſunt potētiores ꝙ̄ in mixtis.ergo potius facerēt ibi aīas ꝙ̄ in mixtis.¶ Amplius in rōnibus ita eſt ꝙ differētie ſpecifice poteſtate oēs ſunt in genere ꝛ nō educunt̄ de ipſo genere per virtutem aliquam que eſt in genere ſed potius per intellectum virtutem generis diſtinguētem per differētias oppoſitas.ergo ſimiliter erit in naturis ꝙ forme ſubſtātiales que potētia in materia ſunt non educunt̄ ex ipſa per virtutem aliquam que eſt in materia ſed per lumē intelligētie ſeparate que eſt cauſa pma illuſtrās oīa ſua cauſata per dationem formarum ſubſtātialium.¶ Item hoc etiam videt̄ uelle dicere phūs in 2° phi^e.ibi enim aſſignādo differētiam inter methaphiſicum ꝛ phiſicum dicit ꝙ methaphiſicus nullā formam ſepatam a materia cōſiderat.ſed phiſicus lꝫ conſideret aliquam que eſt in materia nō tn̄ ex materia ſed eſt ſeparata a materia ſic dicēs.phiſicus eſt circa hec que ſunt ſeparate qdem ſpecies in materia.homo enim hominem ex materia generat ꝛ ſol.Quomodo aūt habeat ſe hic ſepabilis ꝛ quid ſit phie pme opus eſt determinare.Ex hoc accipit̄ ꝙ homo ꝛ ſol generāt id qd̄ eſt in homine ex materia ꝛ non generant aīam rōnalem que eſt ſubſtātia ſeparata a materia ſed eſt a ſubſtātijs ppetuis i generabilibus ꝛ in corruptibilibus de qbus ptinet conſiderare ad p^m phm.¶ Si forte diceret̄ queadmodum Aꝩ vult dicere ꝙ aīa uegetabilis ꝛ aīa ſenſibilis ſunt in ſemine ſed non aīa rōnalis.¶ Cōtra hoc ſic obijcit̄.aīa uegetabilis ꝛ aīa ſenſibilis nō poſſunt accipi niſi tribus modis.ſ.in genere ſpecie ꝛ virtute que potētia uocatur. Si igit̄ eſt in ſemine erit ibi ſm aliquem iſtoruꝫ modorum.Non pmo modo q: aīa accepta ut genus nō eſt niſi in intellectu ꝛ nō habet ſbm determinatuꝫ in natura. ſimiliter nec ſecūdo modo.Aīa enim accepta per ſpeciē eſt ſuba dans eſſe ꝛ rōnem ei in quo eſt ſicut ſupra habitum eſt in diffinitione.ꝛ ſm hoc ſemē in quo eēt aīa uegetabilis eſſet plāta ꝛ illud in quo eſſet ſenſibilis eēt animal qd̄ patet eſſe falſum.¶ Preterea aīa ſic accepta eſt actus corporis phiſici organici potētia vitam hn̄tis.Cuꝫ igit̄ ſemen nō ſit tale corpus non erit in ipſo aīa per hūc modum.Similiter nec tertio mō q: virtus que eſt in potētia aīe eſt de cōſequentibus ſm naturam ꝛ ſpēm aīe.ꝛ ideo ſi nō eſt in ſemine aīa aliqua ſm ſpēm.nō erit in aliqua virtute eius.¶ Item corrupto ſubiecto alicuius de neceſſitate corrūpit̄ forma ſubalis que eſt in ipſo.ſed qcquid eſt in ſemine mouet ad ſeminis trāſmutationē.ergo per cōſequens ad ſeminis corruptionem.ſi ergo aīa uegetabilis ꝛ ſenſibilis eēnt in ſemine mouerent ad ſui ipſius corruptionem qd̄ falſum eſt.q: ſm materiam nihil mouet ad corruptionem ſui.¶ Item det̄ ꝙ aīa que eſt in ſemine generat aīam.aut ergo gn̄abit eādem animam.aut aliam.Si eādem tūc idem generat ſeipſuꝫ qd̄ eſt impoſſibile apud oēm materiam.q: ſic idem eēt ꝛ nō eſſet ſimul q: generās eſt ꝛ qd̄ generat̄ nō eſt.Si autem generat aliam.aut ſaluat̄ cum illa generata aut perit.Si pmo modo tūc due aīe eiuſdem ſpeciei exiſtētes erūt in eodem corpe.Si ſecūdo modo querit̄ quo deſtruēte perijt ꝛ non erit facile aſſignare rōnem etiam uolētibus fingere.¶ Item ars imitat̄ naturā.ſed in arte faciēs eſt oīno extra materiam in quam inducit formā artis.ergo ꝛ in natura faciēs formam ſubalem oīno erit extra materiam.Cum igit̄ ſemen ſit materia aīati ꝛ aīa forma ſubſtātialis faciēs aīam non erit in ſemine.¶ Item phūs aſſignat differētiam inter methaphiſicū architectum ꝛ uſualem in 2° phi^e.hāc.ſ.ꝙ architectus cōſiderat materiā ſup quam pōt inducere formam artis ut faber ferruꝫ ꝛ es ex qbus facit gladium qm̄ nō pōt facere ex lana ꝛ lino.vſualis autē non cōſiderat materiā ſed utit̄ ea tanꝙ̄ pparata ab architecto ut miles utit̄ gladio.Et ſiliter ſe hn̄t factor frenoꝝ ꝛ equeſter.Et ex hoc patet cum ſilitudo ſit inter artem ꝛ nām ꝙ nō eſt eiuſdem virtutis in ſpecie facere aliqd ꝛ uti eo.Cum igit̄ aīe aīalis ꝛ plāte ſit uti corpe organico nō erit eiuſdem facere ipm̄.ergo aīa nō eſt in ſemine exiſtēs ut facit corpus organicū uel aīam.ꝛ iſte rōnes ſunt ad hoc ꝙ neceſſe ſit ponere datorem formaruꝫ ut poſuerūt Plato Auic^a Theodorus ꝛ alij ſequentes eos.Sed q: Aꝩ phia uadit in cōtrarium ponamus rōnes eius ſic.Omne trāſmutās materiā ſm ſubam neceſſe eſt ꝙ cōiūctum ſit illi.illud qd̄ facit formā ſubalem ſm materiam eſt trāſmutās mām ſm ſubam.ergo neceſſe eſt ꝙ cōiūctum ſit illi.Maior pbat̄ ex eo ꝙ inter agens ꝛ patiēs non pōt eſſe medium ſicut pbat̄ in pmo de generatione ꝛ corruptione ꝛ in 7° phi^e.Minor pbatur ex hoc ꝙ nulla eſt alia trāſmutatio ſubſtātialis que dicit̄ generatio niſi factio forme ſup materiā.¶ Item cauſe ſeparate agētes aut agūt per motum corpoꝝ naturaleꝫ aut perſe.Si pmo modo tūc nullam formaꝫ inducūt ſuper materiam niſi per motus illoꝝ corporū ꝛ ſic ex illa materia generātium ꝛ corrūpētium non mouent̄ immediate niſi per calidum ꝛ frigidum humidū ꝛ ſiccum inducerētur forme ſubales prime.Si vo agerēt perſe tūc omnis actio eorum erit ſm modum ſubſtātie agētis.ſubſtantia aūt agēs eſt ſeparata a materia.ergo forme ſic facte ab eis non erūt cōiūgibiles materie generabiliū ꝛ corruptibilium ꝛ ſic nihil pſunt ad gn̄ationem.¶ Item pbat̄ in 2° de celo ꝛ mūdo ꝙ ſemp potētia mouētis pportionet̄ potētie mobilis ꝛ ecōtra.ergo mobile icorruptibile erit mouens incorruptibile per priminum ꝛ corruptibile corrumpit incorruptibile.gn̄abilia aūt ꝛ corruptibilia corrūpuntur oīa de neceſſitate tpe determinato.ergo ſm ſubſtātiam nō mouent̄ a motore icorruptibili primo.ergo nec a cauſis ſeparatis.q: ille ſube oēs ſunt incorruptibiles. ¶ Item cauſa vno modo ſe habēs ſm naturā non pōt eſſe cauſa prima diuerſimode ſe hn̄tiuꝫ ut pbat̄ in 2° de gn̄atione ꝛ corruptione.Cū igit̄ ſube ſeparate in ſe vno modo ſe habeāt non erūt cauſe diuerſimode ſe habētiuꝫ oīa auteꝫ gn̄abilia ꝛ corruptibilia ſm ſuas formas diuerſimode ſe habēt ſm eſſe ꝛ nō eſſe.ergo cauſe ſepate non erūt prime illoꝝ.Si forte dicat̄ ꝙ perſe nō creāt formas ſed per motum ſupiorum ꝛ per motum elemētoruꝫ tūc redit̄ ad ppoſitum.q: bene cōcedit̄ ꝙ cauſe ſeparate ſūt pme cauſe agētes in naturā ſed non prime faciētes formas ſubſtātiales generātium ꝛ corrūpētium.¶ Itē mutationis ppetue ſiue motus non ppetui non pōt eſſe eadem cauſa agēs prima.qd̄ patet ex hoc.q: cum tn̄ pportionet̄ cauſe prime ſm naturā oporteret ꝙ ppetuum ꝛ non ppetuum pportionarent̄ eidem ſm nām qd̄ nō poteſt eſſe.Inde pcedit̄ ſic.motus celeſtium eſt motus perpetuus.generatio vo cuiuſlibet rei nō eſt ppetua.ergo ſm naturā non ſunt ab eodem agēte primo.Si forte dicat̄ ꝙ etiam generatio eſt ingeta ꝛ infinita ut pbat̄ in 2° de gn̄atione ꝛ corruptione nihil eſt ad ppoſitum.q: illa infinita eſt ſm ſucceſſionem oīum gn̄abilium.nos autē querimus de cauſa agēte prima huius forme gn̄abilis uel illius.¶ Preterea infinitatio gn̄ationis per ſucceſſionem nō eſt immediate ꝛ prime a cauſis ſeparatis ſed per motum celeſtium corporuꝫ ꝛ elemētoꝝ.Propter qd̄ etiam generationis cōtinuatio aſſimilat̄ cōtinuationi ſoni in cythara in qua non ꝯtinuat̄ ſonus in vna corda uel duabus uel tribus ſed in oībus.ſicut quando non ſonat vna tūc ſonat alia.¶ Item in ſupioribus videmus ꝙ lꝫ oīa ſint corruptibilia ſm naturam nec ſint in potētia niſi ad vnum tn̄ tamē pter diuerſitatem motus localis in eis non pōt eſſe motor primus.ergo multo minus in inferioribꝰ que diuerſitatē hn̄t a ſupioribus tā in motu ꝙ̄ in ſuba erit idem agēs primū.ꝛ ſic in inferioribꝰ nō ſunt forme ſepate uel ſube faciētes formas prime.¶ Preterea ſpecialiter de hoc qd̄ eſt de propoſito.ſ.de infuſione

anime obijcit ſic. Quicqđ eſt cauſa efficiēs generatiōis
hoc agēdo inducit formam ſubſtātialem. ſemen eſt cau-
ſa efficiēs generationis. ergo agēdo inducit ſubalem for-
mam. Forma aūt ſubſtātialis eſt aīa ergo agēdo inducit
illam. Prima probaṯ ex diffinitione efficiētis ſupra po-
ſita. ſecūda ſcribiṯ in 2º phiºꝝ. ¶ Item quicqđ mouet ⁊
opaṯ ad hoc ut aliqđ fiat ⁊ quieſcit facta illa opatiōe ſua
includit illud ut finem. ſemē in gñatione aīatorū mouet
⁊ opaṯ ad hoc ut ducaṯ aīa in corpus organicū. ⁊ illo fa-
cto qeſcit. ergo eſt cauſa efficiēs gñationis aīatoꝝ ſm for-
mam que eſt aīa. pma ꝓbaṯ per diffinitionem agētis. 2ª
ſcribiṯ in 16º de aīalibus ubi diciṯ ꝙ ſemē facit hoc in ſā-
guine menſtruo qđ coagulū in lacte. ¶ Preterea videṯ
ꝙ aīa ſit in ſemine. diciṯ enim in 2º de aīa ꝙ nihil aliṯ ni-
ſi qđ vitā habet ⁊ aīam. embria concepta alunṯ. ergo hñt
vitā ⁊ aīam. Si nō crediṯ pme ꝓpter auctoritatē tūc pro-
baṯ per ſupradicta ut ſupra habitū eſt ꝙ uti cibo actus eſt
nutritiue potētie que eſt pars aīe uegetabilis. Silr ſcđa
ſcribiṯ expſſe in multis locis libri aīaliuꝫ. ſiliter in pº de
ſomno ⁊ vigilia diciṯ ꝙ embria qeſcūt in matricibus qn-
que mēſibus ꝓpter multū fluxū nutrimēti in ſuperiora.
Si aūt nō crederetur hoc tūc ſic ꝓbaṯ. oē qđ accipit aug-
mētū abſqꝫ hoc tunc ſi ꝓbaṯ omne qđ accipit augmētuꝫ
abſqꝫ hoc qđ rarificaṯ in ſuba neceſſe eſt ꝙ hoc fiat ꝑ nu-
trimētū additū ſibi. ſemina accepta ſic augenṯ. hoc ergo
fit per nutrimētū additū ſibi ⁊ ſic ſeqtur ꝙ habēt vitam ⁊
aīam. ¶ Item in pmo de ſomno ⁊ vigilia diciṯ. manife-
ſtum eſt ꝙ neceſſariū eſt aīali cum ſm hebeat pmū ali-
mētū ſuſcipe atqꝫ augmētū. ſed ſemina cōcepta ſuſcipiūt
alimētū ⁊ augmētū ut ꝓbatū eſt. ergo hñt ſenſum. ⁊ pus
ꝓbatū eſt ꝙ hñt aīam uegetabilē ergo hñt ſenſibilē aīaꝫ
⁊ uegetabilē. ¶ Itē virtus formatiua organoꝝ eſt virtus
aīe in ſemine. ergo in ſemine eſt virtus aīe. ſed virtꝰ aīe
nō eſt ſine ſuba aīe. ergo in ſemine eſt ſuba aīe ⁊ virtus
eius. pma ꝓbaṯ per Auicªm qui dicit ꝙ pmum qđ ema-
nat ab aīa ut ſpma eſt ſemē ⁊ virtus gñationis qua gene-
rat mēbra ſm vnāquāqꝫ virtutē cōgruam actioni illius.
¶ Preterea ꝯſtat ꝙ ſemē agit ⁊ mouet in gñatione. aut
ergo pncipiū motus huius eſt in ſemine. aut extra illud.
ſi extra illud queraṯ in quo. Si dicaṯ ꝙ in mrice hoc erit
ꝯtra Auic. qui dicit ꝙ matrix nō facit niſi ad melioratio-
nem. ⁊ ꝙ in ea nō eſt niſi virtus formatiua. ¶ Preª ad
ꝓpoſitū nō erit q: nos loqmur hic gñaliter de uegetabi-
libus aīalibus. ⁊ cōſtat ꝙ ſemina plātarū nō ꝓijciunṯ in
matricē a materia. ergo oportet ꝙ pncipiū huius actio-
nis ſit intra ſemē ipm. Aut ergo ipſa eſt calidū aut frigi-
duꝫ. aut aīa uel corpea virtus uel incorpea. Si corporea
virtus tūc nō pōt eē frigidū q: hoc nō eſt pncipium vite
eſt gñationis ⁊ motus ſed potius immobilitatis ut dicit
Auicª: nec calidū pōt eſſe. Illius enim eſt alterare in in-
finitū quouſqꝫ eſt cōbuſtibile ⁊ calefactibile ut dič Ar.
in 2º de aīa cōtra Empedoclē. ergo erit virtus incorpea.
virtus aūt incorpea nō eſt niſi in aīa. ergo in ſemine eſt
virtus aīe. ⁊ cum nulla virtutū aīe ſit ſepata a ſuba aīe in
ſemine erit ſuba aīe. ¶ Preterea ponātur rōnes Ar.
poſite in lra. 16. li[illegible]e aīalibus. quaruꝫ vna hec eſt quam
dicit ſub hijs uerbis uolumus ingrere illud qđ facit mē-
bra in gñatione. Illud ergo aut eſt res extrinſeca opera-
trix. aut ex ſpmate pars aīe. Et dicere ꝙ eſt extrinſecus
opator quorūdā interioꝝ mēbroꝝ uel exterioꝝ corporis
eſt falſum. q: nō incipit mouere niſi ſm cōtactū. Et ſi nō
poſſet mouere nō poſſet alterare. manifeſtū eſt ergo ꝙ
in embrione eſt iſta virtus. qm̄ ſi nō eſt in eo. neceſſario
eſt diſtincta uel diuiſa. ⁊ dicere ꝙ eſt res diuiſa falſuꝫ eſt.
¶ Item ꝓbat phus ibidē ꝯñter ꝙ eadem aīa facit corpꝰ
que recipit ipm ſemē. Et ratio ſua colligiṯ ex hoc ꝙ mē-
bra corpis nō fiūt ſimul ſed ſucceſſiue. pmo cor ⁊ poſtea
alia. ſupponit etiā ꝙ quodlibet factum per nām neceſſe
eſt habere formatorē ꝯiūctum ſibi ⁊ intrinſecū. vis ergo
formatiua cordis aut parit formationes cordis aut non.
Si parit tūc nō erit aliqđ formās cetera mēbra q: illa for-
manṯ ex corde. Si ꝟo nō parit tunc eadē virtus que for-
mauit vnum mēbrū ⁊ alterum formabit manēs poſt for-
matū mēbrum. ergo virtus formatiua manet poſt ſingu-
la mēbra formata cōſeruās ⁊ regēs illud qđ formatū eſt.
q: non eſt alterius conſeruare ⁊ regere qꝫ eius cuius eſt
formare. ſed regere ⁊ cōſeruare formatū eſt aīe. Qđ pro-
baṯ ex hoc qđ diciṯ in fine pmi de aīa ꝙ aīa ꝯtinet corpꝰ
qua egrediēte corpus expirat ⁊ marceſcit. ergo eadē erit
formatrix mēbroꝝ. ⁊ ſic eadem aīa erit in ſemine ⁊ in cor-
pore organizato. ¶ Item phs ibi dicit ꝙ aīa eſt in ſemi-
ne ſicut artificiatū in artifice. Si forte uelit aliqs dicere ꝓ-
pter hoc ꝙ embria ante infuſionē aīe mouenṯ ⁊ creſcūt
ad modū plāte. q: ſicut plāte ꝑparaṯ nutrimētuꝫ in terra
ab extra ita in matre ab aīa mr̄is preparaṯ ꝯcepto nutri-
mēto. Et ex illo nutrimento formanṯ mēbra ſic etiā poſt
partum mater ꝑparat nutrimētum iam nato. hoc eſt cō-
tra dictum oīum phoꝝ naturaliū. Dicit enim Ar. 16º de
aīalibus feminā dare materiā ⁊ mareꝫ dare illud qđ cre-
at. ¶ Item cuꝫ exiuerit ſemē a maſculo ⁊ intrauerit ma-
tricem mulieris frequētabit ſupfluitatē mundam ualde
ſanguinis mēſtrui. ¶ Item ibidē. ſuſtētatio embrionis
erit ex virtute maris que eſt in ſemine. ¶ Item hoc nō
tm̄ ſenſui ſed rōni eſt manifeſtum. qm̄ cōceptum ſuſtēta-
tur ex ſemine maris. ¶ Item ibidē manifeſtū eſt ꝙ ma-
teria eſt ex femina ⁊ principium motus eſt ex maſculo.
¶ Item ibidē rectū eſt querere queſtionē grauem dicē-
do ꝙ ſi talis aīa eſt in femina ⁊ ſupfluitas femine eſt ma-
teria qua de cauſa femina indiget mare ⁊ non generat
perſe ſine mare. Cauſa ergo illius eſt q: inter aīalia ⁊ ar-
bores eſt differētia ſenſus. ergo nō pōt eſſe manus aut
caro uel aliud mēbruꝫ niſi ſit in eo aīa ſenſibilis aut actu
aut potētia. quoniā ſimpliciter erit ſicut mēbruꝫ mortui.
Si ꝟo mas eſt factio illius aīe quādo diuidiṯ mas a fe-
mina non pōt femina perſe generare aīal. quoniā virtꝰ
eſt maris ſicut narrauimus in queſtione graui. ¶ Iteꝫ
Auicª in ſuo libro de aīalibus 11º magnā ⁊ lōgam ponēs
diſputationeꝫ de alteratione Galieni ⁊ Ar. ſic dicit. In
ſpmate eſt virtus maturatiua ⁊ informatiua ⁊ illa virtus
erit potēs generare mēbra ſicut eſt potēs generare oſſa
neruos ⁊ uenas quoniam generatio eſt imptinens ad
matricem. ¶ Item ibidem. ſtultus eſt qui dicit ꝙ eodē
modo opatur matrix ſicut furnus in coctura panis. q: lꝫ
matrix ſit calidiſſima eius tñ ſupficies interior eſt humi-
da ualde ⁊ ſua ſubſtātia. ⁊ ideo nō eſt de ſua natura aſſa-
re aliquam ſubſtātiam. ¶ Item Auicª in capº de dilu-
uijs que numeranṯ in thimeo Platonis oīa iſta generā-
tur ex cōplectione elemētoꝝ ⁊ matrix nihil facit niſi reti-
nere. ¶ Item ibidem matrix nō facit niſi ad meliorati-
onem ⁊ non format. ¶ Solutio ſine ꝑiudicio alioꝝ nō
diſcedimus a nr̄a poſitione quam ſupra poſuimꝰ in que-
ſtione de creatione. ſ. ꝙ forme oēs preter aīam rationa-
lem potētia ſunt in materia ipſa generabiliuꝫ ⁊ corrupti-
bilium. Et educunṯ per actionem calidi ⁊ frigidi. humi-
di ⁊ ſicci in cōmixtionem. de aīa aūt ſola rōnali dicimus
ꝙ ipſa infundēdo creatur ⁊ creādo infundaṯ a pma cau-
ſa que eſt ipſe deus glorioſus ⁊ ſublimis. Dicimus etiā
ꝙ aīa plāte ⁊ bruti ſunt in ſemine potētia non actu ⁊ nō
potētia materiali tm̄ ſed potētia efficiētis ⁊ opantis. Sic
autem non eſt de aīa rōnali que eſt aīa hominis que eſt
creata ad imaginem dei. quare in ſui ſubſtātia imaginē
dei habet. nec habet efficiētem niſi ſolum deum. in ſemi-
ne hoīs eſt virtus formatiua mēbrorum corporis huma-
ni qbus formatis per creationem infunditur aīa a deo.
quoꝝ oīum rō patebit in ſolōne ſinguloꝝ obiectoꝝ. Di-
ciṯ ergo ad pmū ſicut dicit Gregoriꝰ nicenus rñdēs apol-
linari ꝙ in hijs qui in adulterio gñanṯ ꝓuidētie rōnem
relinqm̄us ignota nobis exñti. Si aūt oportet quid ⁊ de

ꝓuidẽtia qdẽ oĩno nouit deus qđ gignif uel vite uel ſibi
ipſi utile futurũ. Et ꝓpterea ꝯcedit aĩationẽ hãc fieri. ſuf
ficiẽs aũt argumẽtũ huius accepimus illũ qui fuit ex ea
que fuit urie ſalomonẽ ⁊ a dauid gñatũ. Poſſet etiã dici
ꝙ diſtinguẽdũ eſt opus nãe ab ope uolũtatis. ¶ Adul/
teriũ malũ eſt q2 eſt cõcubitus ipſe opus aũt nãe eſt foꝛ/
matio coꝛpis ⁊ infuſio aĩe quã opaf deus coopando na/
ture nõ eſt malũ. ipſe enim deus totius nãe motoꝛ eſt ꝑ
mus ⁊ ideo debet nãe coopari. ¶ Ad aliud eſt rñſuz ſu
pꝛa q̃liter deus requieuit ab omni ope qđ fecerat. ¶ Ad
id qđ obijcif de Aug̃ dicẽdũ ꝙ aĩa nõ eſt ex traduce ſed
coꝛpus qđ gñaf duplici coꝛruptione coꝛruptũ eſt. ſ. paſ/
ſionis ⁊ vitij. ⁊ ex illa coꝛruptione que eſt vitij dic̃ Aug⁹
in li° de nuptijs ⁊ ꝯcupiſcẽtia. tanq̃ꝫ ex filia pctm̃ cauſaf
originale in aĩa cuz tñ tm̃ pena ſit in coꝛpe. Qđ tñ q̃liter
hoc fiat exp̃ſſius determinari hẽt in q̃one de originali
pctõ. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ uerũ qdẽ eſt aĩam ſtatim cũ
eſt eẽ cõmaculatã originali pctõ. ſed illã cõmaculationẽ
nõ trahit a parẽtibus tanq̃ꝫ ſit ex traduce ſed potius ſeq/
tur ipſam vnionẽ aĩe ad coꝛpus. ſicut enim liquoꝛ aliqs
purus coꝛruptionẽ ꝯtrahit a uaſe in quo eſt. Subtiles tñ
rõnes oĩum hoꝝ poni hñt in q̃one de originali peccato
¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ eſt dupx efficiẽs vnus qui opaf
rem ⁊ alius qui opaf ad rẽ. ⁊ de ꝑmo tenet qđ obiectum
eſt de ſcđo ꝟo nõ. Bonitas enim dei coopaf uoluntati
opanti ad ſe ſemp. qñcũq̃ꝫ eniꝫ aliqs facit qđ in ſe eſt de
us infundit ei grãm. Et ſilr eadẽ bonitas dei coopatur
nãe in gñatione hoĩs. qñcũq̃ꝫ eniꝫ natura ſufficiẽter foꝛ/
mauit oꝛgana coꝛpis humani deus creãdo infundit aĩaꝫ
rõnalẽ. ⁊ hoc nõ eſt ex ptãte efficiẽtis nãe ſed ex oꝛdine
coopationis dei ad op⁹ nãe. ¶ Ad ſequẽtes ꝟo rõnes
que videnf eſſe phĩce dicẽdũ ꝙ ſi uoluerimus ſuſtine/
re Auicam dicemus ꝙ cauſe ſepate. ſ. motores oꝛbium
nõ hñt actũ in natura niſi per opa nãe ⁊ idcirco ille non
creãt foꝛmas niſi per motũ ſupioꝝ ⁊ per motũ elemẽtoꝝ
⁊ per mãe trãſmutationẽ. Silr dicẽdũ eſt ad ſequẽtẽ au
ctoritatẽ Auice. ¶ Ad 3m dicẽduꝫ ꝙ cauſa ꝑma agẽs in
natura eſt cauſa ſcđa nuda a materia ⁊ mẽſuris ſed non
cauſa agẽs ꝓxime foꝛmã ſubalẽ. ¶ Ad 4am auctoritatẽ
ipſius dicẽdũ ꝙ bñ ꝯcedif ꝙ matrix nõ hẽt virtutem foꝛ
matiuã. ſed hoc qđ dicit ꝙ foꝛme ⁊ virtutes ſubales ue/
niũt a ꝑncipijs in trãſmutationibus eternis nõ ſic debet
intelligi ꝙ illa ꝑncipia imediate ſunt cauſa foꝛmarũ ſba
liũ ſed ꝙ ſunt cauſe ꝑme agẽtes a qbus tota natura acci
pit virtutẽ agẽdi. ¶ Ad illud qđ obijcif de dicto Arẽ:
dicendũ ꝙ hoc plane uerũ eſt. ſed ipſe nõ loquif niſi de
īfuſione aĩe rõnalis. ⁊ hãc ꝯcedimus imediate eẽ a deo
⁊ non ab alia cauſa. ¶ Ad id qđ obijcif de li° de motu
coꝛdis dicendũ ꝙ ſi gñaliter loqueref de aĩa dicẽduꝫ ꝙ
ſummus oĩum creatoꝛ infundit aĩam ut cauſa ꝑma mo/
uẽs. ſed natura ut cauſa ꝓxima. Si ꝟo loqtur de aĩa rõ/
nali tm̃ tũc plane uerũ eſt qđ dicit. ¶ Ad id qđ obijcif
de 2° methaoꝝ dicendum ꝙ uerũ eſt q2 ibi nõ loquif ni/
ſi de aĩa rõnali. ¶ Ad rões ꝟo inductas dicẽtes ꝙ ea
dem eſt rõ aĩe ⁊ oĩs aĩe dicendũ ꝙ uerũ eſt quãtum ad
nãm aĩe in genere ſed nõ eſt uerũ quãtũ ad ſpẽs aĩe qa
nõ eſt eadẽ rõ uegetabilis ⁊ ſenſibilis. Silr nõ eſt eadẽ
rõ opis reſtaurãtis nãm ⁊ opis qđ eſt per nãe ꝓpagatio
nẽ. opus aũt reſtaurãs nãm eſt per creationẽ. ſed pꝛopa
gatio eſt a natura. ⁊ h̾ ſatis diſcuſſum eſt in q̃one de opi
bus ſex dierũ. ¶ Ad aliud dicendũ ꝙ in ueritate cauſe
agẽtes ⁊ patiẽtes in natura nõ ſunt niſi q̃litates ꝑme in
ſe uel in mixto. ſed mouẽtes cauſe ſunt plures. mot⁹ eniꝫ
celi nõ eſt a talib⁹ cauſis. ſed q2 hoc nõ eſt ad ꝓpoſitum
dicimus ꝙ foꝛme ſubales ſunt a q̃litatibus ꝑmis agenti
bus ⁊ paſſionibus. lꝫ enim calidũ tm̃ ſit agens nõ tamẽ
agit tm̃ a virtute calidi ignei. q2 hoc eſt ꝯſumptiuũ ut di/
cif in li° de ſuba oꝛbis. agit enim cuꝫ virtute calidi celi ⁊
cum virtute calide aĩe ut ſupꝛa habitũ eſt ⁊ exp̃ſſe ſcribif

in li° de aĩalibus ⁊ in libꝛo de ſuba oꝛbis. ⁊ virtute eius
eſt inductiuũ foꝛmarũ ſubalium. ⁊ diuerſificaf in agẽdo
ꝫm ꝙ diuerſimode recipif a lumine deſcẽdẽte a ſtellis.
Diuerſitas aũt illius luminis deſcenſus cauſatur ex di/
uerſitate ſitus ſtellarũ ex ꝓpinquatione ⁊ elõgatione ea
rum ad inuicẽ. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ iſta ꝓpoſitio nihil
agit ultra ſpẽm ſuã ſi abſolute intelligaf falſa eſt. Miſci/
bilia enim in mixto agũt ad actũ mixti qui eſt p̃ter actuꝫ
miſcibiliũ. ſi ꝟo intelligaf ſpecialiter de actione ſimplici
um adhuc falſa eſt q2 ſimplicia nõ ſemp agũt in ſimplici
virtute ſed qñq̃ꝫ in virtute ſua ⁊ in virtute celi ⁊ in virtu
te aĩe. Si aũt intelligaf de ſimplici agente in virtute ſim
plici ſic uera eſt ⁊ nõ facit ad ꝓpoſitũ. ¶ Ad rõneꝫ quã
ꝓbat dicendũ ꝙ tenet tm̃ qñ ſimplex in virtute ſimplici
agit in oĩbus alijs nõ ꝓcedit in infinitũ actio ſed termi/
naf qñ generaf ꝯueniẽs ꝫm ꝓpoꝛtionẽ agẽtis ⁊ materie.
dico aũt ꝓpoꝛtionẽ agẽtis ⁊ mãe q2 calidũ ⁊ humidum
mouẽtia in generatione diuerſas accipiunt ꝓpoꝛtiones
ad foꝛmas ſubales inducẽdas ex diuerſitate luminis de
ſcẽdẽtis a ſublimi de ſtellis ⁊ ex diuerſitate mãe que qñ
q̃ꝫ cõmixtionẽ tm̃ nata eſt ſuſcipe. ⁊ tũc generãtur mine
ralia qñ aũt ad cõmixtionẽ ⁊ cõplexionẽ nõ tñ ad equa/
le ſed in qua dñaf ſuba terreſtris dura ⁊ tunc generãtur
plãte. qñq̃ꝫ aũt cõplexionẽ attẽdẽtem ad eq̃le ⁊ tũc gene
ranf aĩalia ⁊ ſic etiã intelligif qđ dicit phus ꝙ oĩs gene/
ratio eſt ex ꝯueniẽti. Cõueniẽs aũt ſupponit ꝓpoꝛtionẽ
agẽtis ⁊ mãe ad foꝛmã que iducif. ⁊ hoc idẽ ponit Auica
in 6° de nãlibus. in actione ignis qui cuidã mãe nõ coi/
cat niſi calorẽ. alicui aũt calorem ⁊ lumẽ. ⁊ alicui caloreꝫ
lumẽ ⁊ ſpẽm ꝫm ꝙ magis ⁊ minus materia apta eſt ſu/
ſcipe imp̃ſſiones que ſunt ab igne. ¶ Ad aliud dicẽdũ
ꝙ hec ꝓpoſitio abſolute intellecta ex nõ ſubſtãtijs non
fit ſuba falſa eſt. Sed ſi intelligaf ꝙ ex nõ ſubſtãtijs non
fit ſuba ꝯſtitutiue ut. ſ. non ſuba ſit pars ſube faciens eſſe
eius ſic uera eſt. ⁊ ſic ſupponif a phĩs q2 li ex habet noĩa
re materiale ꝑncipiũ. ſi ꝟo li ex cauſam efficiẽtem noĩat
falſa eſt. q2 qualitates ꝑme trãſmutãt materiã in genera
tione ſubarũ. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ hec ꝓpoſitio ue/
ra eſt ꝙ nihil educif in actuꝫ niſi per hoc qđ eſt actu. ſed
non opoꝛtet ꝙ ſit in actu ſimili ꝫm ſpẽm ſicut exp̃ſſe vi/
def in lumine ⁊ caloribus poſtq̃ꝫ fuerint in potẽtia. nec
tñ eſt in aliqua ſpecie caloris. q2 ſi eſſet in ſpecie vna tũc
non faceret actu eſſe calorẽ qui eſt in ſpecie alia. Et pꝛo/
pter hoc quãdocũq̃ꝫ dicif ꝙ nihil educif in actũ niſi per
illud qđ eſt in actu. opoꝛtet ꝙ intelligaf de actu agentis
⁊ non de actu foꝛme. Et tũc ꝓpoſitio uerificaf quinque
modis. Quãdoq̃ꝫ enim illud qđ eſt in potẽtia nõ eſt ps
agẽtis eſt tñ natum ſuſcipe ſubam ⁊ foꝛmã agentis ⁊ tũc
agens qđ eſt in actu educit illud qđ eſt in potẽtia in ſub
ſtãtiam ⁊ ſpẽm ſuam ſicut patet in circulari generatione
elemẽtoꝝ. qñq̃ꝫ ꝟo illud qđ eſt in potẽtia pars eſt agen/
tis nata ſuſcipe ſubam ⁊ rõnem ipſius agentis ⁊ tũc ne/
ceſſe eſt ꝙ ab agente ꝑmo influat virtus in id qđ eſt in
potẽtia que ſit effectiua foꝛme ⁊ ſpeciei ſicut eſt in gene/
ratione plãtarum ⁊ aĩalium ex ſeminibus. 3° modo id
qđ eſt in potẽtia ens pars agẽtis habet in ſe virtutẽ agẽ
di ex diuerſis ſpecie cõmixtam ſicut eſt in generatione
muli ex ſemine aſini ⁊ eque. 4° modo illud qđ eſt in po
tentia nullo modo eſt pars agẽtis nec eiuſdem materie
cum ipſo ſed ꝓpoꝛtionaf ei ꝫm eẽ foꝛmale tm̃ ⁊ hoc mo
do ſe habet in coloribus ⁊ lumine. ⁊ ſilis modus eſt in
agẽte intellectu ⁊ fantaſmatib⁹ a qbus abſtrahunf vni/
uerſalia ⁊ in hoc caſu inducif ꝓpoꝛtio a phõ in 3° de aĩa.
Quinto mõ illud qđ eſt in potẽtia hẽt in ſe agens qđ eſt
in actu per multiplicẽ virtutẽ cõiunctã ſibi ex celo ⁊ ele/
mẽtis per quas virtutes ꝓpoꝛtionaf ꝫm cõuenientiã. ⁊
ſic qualitates ꝑme ſunt in actu in mã mineraliũ ⁊ eoruꝫ
que gñantur ex putrefactione. patet ergo ꝙ nõ opoꝛtet
agens eẽ in ſili ſpecie ⁊ foꝛma cum eo qđ educif de po/

ſentia. ¶ Ad hoc aūt qd̄ querit̃ utrū hoc ſit in mā uel extra dicēdū ꝙ q̄nq̄ ſic ⁊ q̄nq̄ nō. In gn̄ationib⁹ enim oībus eſt in mā ſed in intellectu ⁊ intelligibilib⁹ ⁊ ſole ⁊ lumīe ⁊ colorib⁹ nō eſt ſic. ¶ Ad hoc aūt qd̄ obijcit̃ de illo ꝙ mā eſt eadē cum educto ⁊ ibit̃ in infinitū. dicēdū ꝙ nō eſt uerū. Actio enim inferiorꝫ non reducit̃ ad alia inferiora anteriora ſicut ꝓcedit ordo ſed ad motū ſupiorum a q̄bus inferiora accipiūt virtutē agēdi ſpēm ⁊ formā. ⁊ ſupiora accipiūt a motoribus ⁊ motores a motore p̄mo ⁊ ibi eſt ſtatus. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ nos bn̄ cōcedimus cōtinuationē gn̄ationis reduci ad principia ſtabilia hoc eſt ad mot⁹ ſupiorū. ſed ſupiora nō formant cauſas ſubāles pſe ſolas ſed per motū inferiorꝫ ut prius habitū eſt. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ argumētū illud nō tenet niſi diceremus formas ſubāles cōmixtorꝫ cauſari a qualitatibus p̄mis inquātū ſunt ſimplices ⁊ primorū ſimplicium nos aūt hoc nō dicimus ut patet ex predictis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ in rōnibus genus eſt forma generalis que hēt ꝯuenientiam cū mā aliqua ⁊ ſilr̄ dr̄ia eſt ens in rōne. ⁊ ſunt iſte forme de ꝯn̄tibus ⁊ nō de conſtituētibus eſſe. qd̄ patet per hoc ꝙ p̄dicat̃ utraq̄ earū de toto qd̄ nō poſſet fieri niſi totū ꝯſequeret̃. partes enim cōſtituētes eſſe nō p̄dicant̃ de toto. q: totū cōpoſitū nō eſt mā neq̄ forma. ⁊ iō nō eſt mirū ſi in rōnibus agit intellect⁹ q: rōnalia denudata ſunt a mā ⁊ ex p̄te potentie que eſt genus ⁊ ex p̄te dr̄ie que eſt act⁹. ⁊ ſilr̄ in nālibus agunt p̄ncipia nālia que ſunt in mā ipſa eo ꝙ nālia oīa tam ex p̄te potētie que eſt mā q̄ꝫ ex parte act⁹ qui eſt forma ꝯiuncta ſunt māe. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ph̄us loquit̃ ibi de aīa rōnali de qua iam diximus ꝙ non eſt ex materia ſed per creationē a deo. ¶ Ad id qd̄ queritur utrū aīa ſit in ſemine. dicimus ꝙ aīa rōnalis hoc eſt aīa hoīs cū oībus potētijs ſuis uegetabilib⁹ ſenſibilibus ⁊ rōnabilibus nō eſt in ſemine ſic̄ in effectiuo neq̄ p ſb̄aꝫ ſed creat̃ a deo ⁊ infundit̃ corpori. Nos enim dicimus ꝙ in hoīe eſt vna ſb̄a que eſt aīa ⁊ nō tres ſub̄e ⁊ iō non poſſumus dicere ꝙ ex hoc ſub̄a in p̄te creetur a deo quātum ad rōnales potētias ⁊ in p̄te educit̃ ex ſub̄a ſeminis quātū ad potētias ſenſibiles ⁊ uegetabiles. ſed totā dicimus creari a deo ⁊ infundi corpori. ſed aīas brutorū ⁊ uegetabiliū potius per gn̄ationē educi ex mā ſeminis. ¶ Ad hoc aūt qd̄ querit̃ utrum ſit in ſemine uel nō. dicimus ꝙ ſint ibi per aliquē modū ⁊ per aliquē nō. ſicut enim habet̃ in 16° de aīalibus non ſunt ibi actu ſed ſunt ibi in potētia efficiētis ⁊ māe. Et ſi querat̃ quid ſit illud efficiēs utrū ſit aīa uel nō. dicimus ſc̄m ph̄m ꝙ ip̄m nō eſt aīa ſed eſt calidū ⁊ materia eſt humidū cōmixtū ſc̄m cōplexionē ſeminis ⁊ naturā. calidum aūt eſt eo qd̄ agit multiplici virtute ut habet̃ exp̄ſſe in libro de aīalib⁹ ſed in virtute ignis ſc̄m quā hēt attrahere ſubtilia apta aīationi. ⁊ in virtute celi ſc̄m quā ponit eſſe ꝓpriū forme ⁊ ſpēi. ⁊ in virtute aīe ſc̄m ꝙ recipit a v̄tute gn̄atiua patris vim informatiuā ⁊ gn̄atiuā organorꝫ. ⁊ iō dicit ph̄us ꝙ aīa eſt in ſemine ſicut artificiatū in artifice. Artificiatū in artifice nō eſt ſc̄ꝫ eē ⁊ ſpēm ſuā ſꝫ ſic̄ in officio ſuo in quo eſt rō opis. que rō eſt ꝓportio efficientis ad opus. ⁊ ſilr̄ aīa ſenſibilis ⁊ uegetabilis ſunt in ſemine ſicut in effectiuo in quo eſt ꝓportio ad talem formā ⁊ ſpēm ſc̄m nām. Supra v̄o oſ̄ndimus qualr̄ cōtingit ꝙ calidum elementare efficit̃ ſb̄m calidi celi ⁊ calidi aīe. Concedimus igit̃ bn̄ ꝙ aīa nō eſt in ſemīe neq̄ per genus neq̄ per ſpēm neq̄ per virtutē que ſit pars aīe quēadmodū dictū eſt. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ nō in oībus ars imitat̃ nām q: nō pōt ſed in hoc tm̄ ꝙ querat materiā aptā forme quā vult inducere ⁊ adaptat eam p̄parando illi forme ſicut ⁊ natura in hoc aūt nō pōt imitari eam ꝙ efficiat̃ p̄ncipiū intrinſecū ſicut natura. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ bn̄ cōcedimus hoc ꝙ nō eadem virtus utit̃ ⁊ facit. nec nos dicimus aīam eē per ſub̄am in ſemine ut patet ex p̄habitis.

¶ Ad alia oīa que obijciunt̃ per Alx̄: ꝯtra datorē formarū in gn̄e cōcedimus de plano ſicut enim hētur in 7° prime ph̄ie idem numero nō pōt eē a duobus agētibus īmediate ita ꝙ vnum agat formā ⁊ alterū mām ipſius. q: agentiū ſeparatorꝫ per ſub̄am ⁊ actū ſeparati ſunt effect⁹ per ſub̄am. nō enim poſſet poni vniēs ſi qualitates agētes ⁊ patiētes facerēt mām cōpoſitorꝫ in natura ⁊ ſb̄e ſeparate facerēt formā ſb̄alem. nō poſſet eē vnū cōpoſitū ex materia ⁊ forma ⁊ iō nō credimus uerū eſſe qd̄ dicit̃ de formarū datore. ¶ Ad id v̄o qd̄ obijcit̃ ſpecialiter de aīa ⁊ ꝓbat̃ ꝙ ſit in ſemine. dicimus ꝙ ꝯcedimus duo prima que ꝓbāt ſemē eſſe cām efficiētē gn̄ationis. Sed dicimus ꝙ ſecus eſt in aīa hoīs. hec enim ſc̄m partē p̄ncipalem ſui abſoluta eſt a materia ⁊ nō eſt alicuius p̄tis corp̄is actus. Et iō cum op̄atio ipſius nō depēdeat a corpore p̄ncipiū non pōt hēre a virtutibus corp̄alib⁹ ſicut exp̄ſſe ꝓbat̃ in 16° de aīalibus. Et quomō aīa rōnalis dr̄ aīa que ſola egredit̃ ab extrinſeco. ſ. a deo creāte. vnde virtus que eſt in ſemine hoīs nō eſt niſi formatiua ⁊ generatiua organorꝫ. ¶ Ad aliud v̄o dicēdū qd̄ ſup̄ in 3° obijcit̃. ꝙ ſicut etiam ſupra noīauimus in q̄one de nutritiua ꝙ tractus nutrimēti eſt dupx̄. ſ. ad factiuū organorū ⁊ ad ſalutē factorꝫ organorꝫ per reſtaurationē deperditi. Et primus tractus eſt virtutis gn̄atiue. ſc̄ds v̄o nutritiue. ⁊ de hoc 2° intēdit ph̄us cum dicit in 2° de aīa ꝙ nihil alitur niſi qd̄ hēt vitā ⁊ aīam. de p̄mo aūt tractu itelligit qd̄ dicit in p̄° de ſomno ⁊ vigilia. ꝙ ſicut ipſe dic̄ in lib° de aīalibus primo in gn̄atione formant̃ mēbra ſupiora poſt cor. ⁊ poſtea inferiora. ⁊ ꝓpter hoc in q̄nque p̄mis mēſibus magnus eſt fluxus nutrimēti in ſupiora attracti per virtutē formatiuā que eſt in ſemine. ¶ Ad rōnē aūt que ꝓbat hoc dicēdū eſt ꝙ ſic eſt ſicut ꝯcludit rō. ſꝫ tractus ille nutrimenti eſt a formatiua virtute. ⁊ iō dicit ph̄us circa finem. 16. de aīalib⁹ ꝙ ſemen aſſimilatur filio egrediēti de domo patris ille enim cū egredit̃ partem cibi ſumit quā portat ſecum de domo p̄ris ⁊ in domo ꝓpria per lucrum ⁊ negociationē multiplicat cibum illū ut ſufficit ſibi. ſup ſemen humidū quoddā in quo ſaluatur virtus formatiua trahit ſecū de corp̄e maſculi gn̄antis. ⁊ cū eſt in matrice negociat̃ circa ſanguinē mēſtrui extrahēdo purius ex eo ad multiplicationē ſui humidi ut ex eo poſſit p̄fici formatio ſuorꝫ organorū. Et per hoc patet ſolꝰ ad duo ſequētia. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ v̄tus corporea que eſt in calido agit in ſemine ſed agit ut dictum eſt triplici v̄tute ⁊ ꝓpter hoc dictū Alx̄: ꝯtra Empedoclē nō obuiat niſi diceremus ꝙ calidū agit in v̄tute ignis tm̄ nec dicimus ꝙ v̄tus formatiua ſit in anima matris uel in matrice q: huic exp̄ſſe ꝯtradicūt auctoritates nālis ph̄ie. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ primā rōnē ph̄i bn̄ cōcedimus. neceſſe eſt enim ut ſc̄m naturā agens tāgit patiēs. ⁊ qd̄ mouet̃ ſc̄m naturā hēat motorē intraneū ſibi ꝯiunctū uel talem extrinſecū cuius actus ⁊ mot⁹ ſit per aptitudinē nature. ⁊ hoc dico ꝓpter dictum Alx̄: in 8° ph̄i͛ qui dicit ꝙ motus ſurſum ⁊ deorſū ſunt a generantib⁹ graue ⁊ leue quorꝫ gn̄antiū actus eſt ipſius leuis ⁊ grauis ſc̄m naturā ſed nō intēdit dicere ꝙ eadē aīa ſit que facit corpus ⁊ regit ip̄m ⁊ ꝙ ſit eadē virtus informatiua faciens qd̄libet organū ⁊ ꝯtingens ip̄m factū. V̄tus enim iformatiua organo facto manet in humido radicali qd̄ eſt in organis ⁊ ſic p̄us erat tractatiuum ſanguinis menſtrui ex quo multiplicato humido ſeminali facit organum. ita poſtea per attractum humidi nutrimentalis reſtaurat dep̄ditum in organis factis ⁊ hoc eſt qd̄ dicit Auicͣ: in 6° de nālib⁹ ꝙ virtus gn̄atiua poſt q̄ꝫ perfecit corpus ſic cōmittit illud ſaluandum ⁊ augendum virtuti nutritiue ⁊ augmentatiue. ¶ Ad oīa v̄o ſeq̄ntia argumenta patet de facili ſolutio per predicta.

¶ Utrum inſtrumentum generatiue eſt calidum.

q **Uarto queritur** De inſtrumēto gñatiue. Et videt̄ eſſe calidum. q: calidū eſt principiū vite. Sed cōtra hoc eſt qđ dicit̄ in libro de ſuba orbis. ꝙ calidū ignis eſt ꝯſumptiuū ⁊ nō viuificatiuū. ¶ Preterea ꝟo videt̄ tm̄ eſſe calidū q: dicit phs ꝙ etiā humidū eſt ꝑncipiū vite. ¶ Preterea videt̄ eē frigidū. frigidū enim ut dicit Auicª eſt ꝯgelare in figurā ⁊ ſubam mēbroꝝ. ⁊ q: de hoc iam ſepius ſupra diſputatuʒ eſt dicēdū ut ſupra ꝙ calidū eſt iſtrumētuʒ ꝑncipale ſm ꝙ eſt ꝯiunctuʒ calido celi ⁊ calido aīe. ⁊ ſecūdario frigidum eſt inſtrumētū qbus duobus obediūt humidum ⁊ ſiccum. Qđ aūt adiūcta debeat hijs eē vis aīe ⁊ vis celi patet ꝑ Ariſ: in 16° de aīalibꝰ ubi ſic dic̄. duricies ⁊ mollicies ⁊ viſcoſitas ⁊ oīa accidētia ſilr̄ erūt in mēbris aīatis ex calore ⁊ frigiditate. mixta aūt ex qua quoddā erit caro ⁊ quoddā os nō erit ex calore ⁊ frigiditate ſed erit ex motu gñationis ſm ꝙ id qđ eſt in actu eſt ex illo qđ eſt in potētia. ſicut accidit in rebus artificialibꝰ qm̄ calidū ⁊ frigidū faciūt durum ⁊ molle in ferro. gladius aūt efficitur ex motu inſtrumēti qđ mouet ſm ſciaʒ artificis. qm̄ ars eſt principiū ⁊ forma illius qđ erit.

¶ Utrum generatiua eſt finis uegetatiue.

q **Uinto queritur** Quare generatiua dicit̄ finis a quo eſt denoīatio iter vires aīe uegetabilis. Et videt̄ ꝙ nō ſit finis. Finis enim eſt in quo quieſcit efficiēs. gñatiua aūt ꝑncipiū hēt motus poſtqʒ mouet̄ nutritiua ⁊ augmētatiua ꝯducēdo ad debitā quātitateʒ ⁊ ſic ille potius erit finis. ¶ Preterea gñatiua ſi eſt finis debet ꝯtineri intra efficienteʒ. gñatio aūt ſemꝑ eſt ad alterū ⁊ nō ad idem. ¶ Preterea queritur ſi gñatiua finis eſt in uegetabilibꝰ utrū ſit ideʒ qđ forma ⁊ dr̄ia ꝯſtitutiua. ⁊ videt̄ ꝙ nō. forma enim ſemꝑ videt̄ eſſe in actu. gñatiua aūt nō ſemꝑ eſt in actu. In principio eni etatis nō eſt gñatio nec in fine ſʒ in medio tm̄. Sed cōtra hoc eſt ꝙ in quolibet aīato ſpēs ⁊ finis denominat̄ a forma ſubali. formā aūt ſubalem nō inducit niſi gñatiua ut iaʒ habitū eſt. ¶ Preterea hoc dicit expſſe phus in 2° de aīa ſic. qm̄ aūt a fine oīa appellari iuſtū eſt. Finis enim eſt generaſſe ut ipm̄ utiqʒ erit aīa. generatiua aūt ꝑma. Alibi dicit ꝙ vnūqđqʒ ꝑfectuʒ eſt cum pōt ꝓducē ex ſe alterū tale quale ipm̄ eſt. ¶ Preterea dic̄ Auicª ꝙ appetitꝰ gñationis eſt res que eſt a deo ut ſaluetur ſpēs ⁊ forma gñatiua. ¶ Querit̄ etiā iuxta hoc utrū eiuſdem ſpēi ſit in oībus gñantibꝰ. Et videt̄ ꝙ ſic. quia ſi potētie diffiniunt̄ per actus ⁊ actus per obiecta tūc cū in oībus ſit gñare ex ſupfluo nutrimēti videbit̄ in oībꝰ eſſe eiuſdē rōnis gñatiua. ¶ Solo dicēdū eſt ꝙ gñatiua finis eſt a quo denoīat̄ ⁊ diffinitur uegetabilis aīa. ⁊ rō eſt hec q: nutrimētuʒ nō attingit niſi reſtaurationem māe indiuidui. Et cum mā nō ſit finis nutritiua nō pōt eſſe finis. ⁊ idem iudiciū eſt de augmētatiua que cōducit ad ꝑfectionē ⁊ figurā quātitatis que accidit ſube. ⁊ iō non eſt finis. gñatiua aūt ad ſalutē forme ⁊ ſpēi que ſimpliciter finis eſt. iō gñatiua dicit̄ eſſe finis. ⁊ hoc dico in hijs in qbus uegetatiua eſt ut ſpēs ⁊ hec eſt in plantis ſolum. ¶ Ad ꝑm ergo dicēduʒ ꝙ gñatiua qeſcit in ſpecie ⁊ poſt ſpēm nō eſt motus aliqs ad ſpēm. Sed nutritiua eſt ad reſtaurationē partis māe. ⁊ uegetatiua ad ꝯductionem quātitatis debite ⁊ ſic lʒ in eodē ſequant̄ gñationētuʒ q: nō ſunt ad idem nō impediūt qm̄ gñatio ſit finis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ gñatio in eodem ꝑcedit nutritiuam ⁊ augmētatiuā. ⁊ gñatum cōmittit̄ eis. Sed generatiua eſt que ad alterā in eadeʒ ſpecie ſequit̄ nutritiuā ⁊ augmētatiuā. ⁊ ſubſeruiūt ei nutritiua ⁊ augmētatiua. ⁊ hec hēt duplicē finem. vnum quē ſequit̄ in motu vno qui eſt gñatio vnius. alium quē ꝯſequit̄ in oībus motibus qui eſt ſalus ſpēi per ſucceſſionē in oībꝰ. ¶ Ad aliđ dicēdum ꝙ gñatiua dicit̄ finis eo ꝙ ipē attingit duplex perfectū. ſ. in actu ⁊ ſubiectū in actu. In actu attingit formā ſpecificā quā inducit. In ſubiecto aūt attingit ſtatuʒ qui medius eſt inter nām deficiētem ⁊ ꝑfectum ipſius. In ꝑfecto enim nature nihil de nutrimēto eſt ſupfluum ⁊ ꝓpter hoc totum cedit in ſubam. ¶ Preterea corpus quātuʒ ad cōplexionē ⁊ robur mēbroꝝ nō eſt cōpletum ⁊ iō etiam ſi deſcinderet̄ ſemē nō eſſet incōueniens gñationi ſicut dicit phus in libro de aīalibꝰ. In ſtatu aūt nature deficiētis vincit frigidū ⁊ ſiccū. ⁊ per ſiccū quidē diminuit̄ ſemē. per frigidū aūt efficit̄ nō ꝯueniēs generationi. ⁊ ꝓpter hoc gnātiua nō agit niſi in ſtatu perfecto ⁊ tm̄ dicit̄ finis ꝓpter hanc duplicē ꝑfectionē quā attingit. forma ꝟo eſt ipſa aīa uegetabilis ⁊ ipa eſt potētia. Quare aūt in uegetabilibꝰ multiformis ſit gnātio ſupra eſt expeditū. ¶ Ad hoc ꝙ iuxta hđ querit̄ utrū gnātiua in oībus ſit eiuſdē ſpēi iaʒ ſupra rn̄dimꝰ in qōne de nutritiua. Dicimus enim ꝙ non. Et conueniētia actus ⁊ ſubiecti nō eſt niſi in genere. Cum enim eiuſdē ſpēi eſt ſupfluuʒ ex quo eſt gnātio in plantis ⁊ aīalibꝰ. nec in vna ſpecie plante ⁊ alia. ⁊ ſilr̄ eſt in forma inducta per actum. ⁊ propter hoc in nullis que non ſunt eiuſdeʒ ſpeciei eſt generatio eiuſdem ſpeciei ⁊c̄.

¶ Queritur de ſufficientia partium uegetatiue.

c **Onſequēter queritur** de hijs ꝑtibus uegetabilibꝰ aīe in cōmuni. Et querit̄ de earum ſufficiētia ⁊ de ordine earū. Et ad hoc dicēdū eſt ꝙ de talibus ut ſupra ꝓbatū eſt nō pōt eē ſpecialis potētia aīe. q: vita eſt actus aīe ſm ſe. Silr̄ attractiua digeſtiua retētiua expulſiua nō ſunt potentie aīe ſpeciales ſed miniſtrātes nutritiue. ⁊ iō potētie aīe uegetabiles que nihil reſpiciūt extra ſubam. aut ſunt ad ſubaʒ que eſt forma. aut ad ſubaʒ que eſt mā. aut ad robur utriuſqʒ. Si ad mām tunc eſt nutritiua. ſi ad formā tunc eſt gnātiua. ſi ad robur utriuſqʒ tūc eſt augmētatiua. De ordine aūt dicendū ꝙ duplr̄ pn̄t ordinari. ſ. ſm reſpectum indiuiduoꝝ. uel ſm reſpectū ſpēi. Si ꝑmo mō tūc generatiua erit ꝑma ⁊ ſequit̄ eaʒ nutritiua. ⁊ ultima erit augmentatiua. Si ſcđo mō tūc gnātiua erit ultima cui miniſtrat augmētatiua corroborādo ⁊ maturando organa a quibus deſcindit̄ ſemen gnātionis. Nutritiua autē ſeruit utriqʒ miniſtrando materiam ⁊c̄.

¶ Queritur quid eſt viſus.

q **Uarto queritur** Qualiter odor ſit paſſio ſaporis. Et obijcit ſic. Oīs paſſio eſt in eo cuius eſt paſſio ut forma in ſbo nō ſepabilis ab illo. odor eſt paſſio ſaporis ergo eſt in ſapore ut forma in ſubiecto nō ſepabilis ab illo. ꝑma ꝓbat per diffinitionē paſſionis. paſſio enim eſt accn̄s qđ ꝑſe eſt in ſbto. 2ᵃ eſt ſcripta in libꝛo de ſenſu ⁊ ſenſato. ¶ Item forma perſe actiua eſt. mā ꝟo ꝑſe paſſiua. ergo ſi odor ⁊ ſapor ſe hn̄t ut ſbm ⁊ paſſio uel ſapor nō aget ſicut mā uel oportet ꝙ ſapor nō agat niſi per odorem. ⁊ ſic dr̄ie ſaporū potiꝰ cognoſcūtur per dr̄ias odoꝝ q̄ʒ ecōtra qđ falſuʒ eſt. ¶ Itē omne qđ agit ſm ꝓpꝛiā virtutē ⁊ ſm alienā: fortius agit ſm ꝓpꝛiā q̄ʒ ſm alienā. odores aūt ſm ꝓpꝛiā virtutem agunt ⁊ ſm virtutē ſaporū. ergo fortius agunt ſm ꝓpꝛiā ꝟtutē q̄ʒ ſm alienā. ꝑma patet ꝑſe. 2ᵃ accipit ex libꝛo de ſenſu ⁊ ſenſato ubi dicit Ariſ: ꝙ odores hn̄t delectabile ꝓpꝛiū ⁊ delectabile alimēti. ¶ Inde ꝓcedit ulteriꝰ. oē qđ principalr agit ſm ꝓpꝛiam virtutem nō agit ut paſſio alicuius. odores ꝑncipalr agunt ſm ꝓpꝛiā virtutem. ergo nō agunt ut paſſio ſaporū. ¶ Sed cōtra. vnicuiqʒ agenti eēntialior eſt virtus illa ſm quā agit in omne patiens ſibi determinatū q̄ʒ illa ſm quā agit in quoddam tm̄. odor ſm ꝙ cōfert deſideriū nutrimēti ⁊ ut eſt paſſio ſaporis agit in oēm olfactū cuiuſlibet aīalis. ſed ſm pꝛopꝛie delectabile agit in hoīs olfactū tm̄. ergo eēntialius eſt odori iudicare nutrimētū ⁊ eſſe paſſioneʒ ſaporis q̄ʒ imutare ſm ꝓpꝛiū delectabile. ¶ Item omni agēti virtus illa eēntialior eſt ſm quā fortius agit q̄ʒ illa ſm quā debiliꝰ. odor ſʒ ꝙ ꝯfert deſideriū nutrim̄ti fortiꝰ agit q̄ʒ ſm ꝙ imutat in ꝓpꝛio delectabili. g̃ eſſentialiꝰ eſt ei eſſe paſſionē ſaporis q̄ʒ eē ꝑſe. ¶ Solo dicimꝰ ꝙ odor q̄dē paſſio eſt ſaporis ⁊ nō accn̄taliter. ſed virtute ꝓpꝛia. Sed paſſio dicit mltis modis. ſ. que ꝑdicat de ſbto ſm ꝙ dicimꝰ paſſionē nūeri par ul' ipar ⁊ paſſionē linee rectā ul' curuā. dicit etiā paſſio qđlibet accn̄s qđ accidit ſbto. dicit etiā paſſio quelibet forma que eſt in mā. ⁊ nullo iſtorum modoꝝ dicit odor paſſio ſaporis. Sed dicit paſſio id qđ nō accidit niſi ſubiecto eidem in quo eſt: cuius eſt paſſio ⁊ gn̄at a ꝑncipijs eius agētibus ⁊ patiētibus non tn̄ eodem mō ſe hn̄tibus. ⁊ ſic odor dicit paſſio ſaporis: qꝛ nō accidit niſi cui accidit ſapor ⁊ cauſat a ꝑncipijs ſaporis non eodem mō ſe hn̄tibus in odore ⁊ ſapore. ſed quēadmodū ſup̄ dictū eſt: ⁊ per hoc patet ſolutio ad primum obm. ¶ Ad aliud qđ obijcit in cōtrariū dicēduʒ ꝙ virtus ſaporis nō eſt aliena nec accn̄talis odoribꝰ: qꝛ ſicut iam dictum eſt odores cauſant a ꝑncipijs ſapoꝝ.

¶ Utrum odor eſt ſequela totius cōplexionis.

q **Uinto queritur** Utrū odor ſit ſequela totius cōplexionis rei odorātis. Uidet enim ꝙ ſic. oīs paſſio cauſata ꝑſe ex qualitatibꝰ complexionātibus ſuuʒ ſbm eſt ſequela cōplexionis totius. odor eſt paſſio hmōi. ergo eſt ſequela cōplexionis totiꝰ. Maior ꝟo patet ꝑſe. minor ꝓbat ex ſup̄dictis qꝛ in odore eſt ſiccū ꝑmixtū humido: ⁊ calidū faciēs euaporare. ⁊ ex hijs ꝑncipalr cōſtituit corpus odoriferū. ¶ Sed cōtra. idem corpus odoriferū eſt ⁊ ſaporoſum ut ſup̄ habitum eſt. ſi ergo odor eſſet ſequela totius cōplexionis. ergo eodem mō ⁊ ſapor. Sed odor principalr eſt in ſicco. ſecūdario in humido eſt. ſapor ꝟo eſt ecōtra. ergo idem corpus erit principalr ex ſicco ⁊ ſecundario ex humido: ⁊ ꝑncipalr ex humido ⁊ ſecūdario ex ſicco qđ eſt impoſſibile. ¶ Et iuxta hoc queritur ſi odor eſt paſſio ſaporis ut habitū eſt quare non oīa corpora nobis bn̄ ſapiant. ſ. que nobis bn̄ odorāt. Hoc enim videt per phm in 2° de aīa ubi dicit ꝙ aīalia quedā ꝓportionabilr hn̄t odorem ⁊ humorē. i. ſaporē dico aūt ⁊ dulcē humorē. Alia ꝟo cōtrarium. Silr aūt ⁊ aer ⁊ auſterus acutus ⁊ pinguis eſt odor. ¶ Eodem mō querit de hoc ꝙ ipſe dicit in libꝛo de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ mare habet odorē ⁊ ſalnitri eſt magis odorabile. ⁊ hoc manifeſtat qꝛ a ſale ⁊ nitro fluit oleum. nitrum aūt magis terre eſt. ¶ Amplius lapis non odorat qꝛ eſt achimus. ligna aūt odorant: qꝛ ſunt enthimia. ⁊ lignoꝝ minus ſunt odorabilia aquatica. ¶ Amplius aūt inter ea que metallant auruʒ nō odorat qꝛ eſt achimū. es aūt. i. cupꝛum ⁊ ferrum ſunt odorabilia: ⁊ qn̄ cōburit humidū in metallis tunc ſcorie metalloꝝ fiunt odorifere ſiue odorabiles. Argētum ꝟo ⁊ ſtāgnum magis odorāt q̄ʒ aurum ⁊ minus q̄ʒ ferrum ⁊ es: eo ꝙ ſunt magis aquatica. ¶ Solo dicimus ad primū ꝙ ſapor ⁊ odor ſunt ſequele cōplexionū corpoꝝ odorantiū: qꝛ cauſant a qualitatibꝰ cōplexionabilibꝰ corꝑis. ſed non oportet ꝙ eodem mō cauſant ab eis quo illud cōplexionat. ⁊ per hoc ſapor cōſiſtit ꝑncipalr in humido: qꝛ habet influere in ꝑtes nutriti ut ſup̄ habitū eſt. odor aūt ꝑncipaliter in ſicco calido ut tēperet frigiditatē ⁊ humiditatem

cerebri. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ nō in oībus odor ſe-
quiť ſaporem: nec hoc dicit phūs: ſed dicit ꝙ in qbuſdā
ſic: ⁊ in quibuſdā nō. Cauſa aūt eſt ꝙ qñqȝ in corpe odo
rabili humidū qd̄ acutū eſt in ipſo eſt indigeſtū: ⁊ ꝓpter
hoc dicit ſaporē acutū aerem. illud qd̄ euaporat ex ipſo
per calidū digereť cōplere per calidū quod facit ipſum
euaporare. Hoc eniȝ ſubtile eſt facile digeſtibile. ⁊ tunc
erit odor dulcis. ⁊ hoc p̄cipue eſt in florib⁹ ⁊ in qbuſdaȝ
fructibus pomoꝝ acidoꝝ ⁊ hui⁹ ſignuȝ eſt q: ſi poma il-
la aſſanť uel elixenť acquirūt etiā dulcem ſaporē per de
coctionē humidi. ¶ Ad illud qd̄ queriť ulterius dicen
dum eſt ꝙ nihil eſt odoriferū niſi qd̄ eſt cōpoſituȝ ⁊ eua
poratiuū uapore ſicco ut ſup̄ habitū eſt. Elementa ergo
cum ſunt ſimplicia nō ſunt odorabilia. mare aūt cuȝ ha-
beat admixtū uaporem ſiccū terreſtrē aduſtū qui cauſat
in eo ſalſedinē efficiť odoriferuȝ: q: odor cōſiſtit in ſicco
uapore. ſal aūt ſpēs terre eſt ut hētur in libro methe^r. li-
quať enim ex humido aquoſo. Generať aūt ex ſicco ter
reſtri cōbuſto. nitrum autē ſpēs eſt ſalis ⁊ magis ſicca. ⁊
ꝓpter hoc de oleo plus extrahať de ſale q̄ȝ de nitro ſicut
exptū eſt in alchimia. ⁊ hoc eſt q: hūiduȝ aereū plus eſt
in ſale q̄ȝ in nitro ⁊ q: hoc facile uaporat propter hoc ſal
magis eſt odoriferꝝ q̄ȝ nitrū. lapis aūt gñať ex luto viſco-
ſo ⁊ eſt cōpact⁹ ⁊ terreſtris ⁊ iō nō uaporat: ⁊ ꝓpter hoc
nō habet odorē. ligna aūt plus hñt de aereo. cui⁹ ſignū
eſt: q: cremabilia ſunt ⁊ q: hec facile odorant ideo ſunt
odorabilia. ⁊ per ꝯñs ligna aquatica q: magis ſunt fri-
gida ⁊ magis hūida hūiditate aque p̄terea ſunt magis
uaporatiua ⁊ ꝓpter hoc min⁹ odorabilia. Aurū ṽo q: fit
ex puro ſulphure ⁊ argēto viuo optime cōmixtis calido
cōmiſcēte ⁊ frigido cōgelante ex bonitate cōmixtionis
habet cōpactionē uehementē. ⁊ hui⁹ ſignū eſt. eius pon-
deroſitas ex frigido ꝯgelante habet ꝯſtrictionē pororuȝ
extrinſec⁹. ⁊ utrūqȝ iſtoꝝ ꝓhibitiuū eſt euaporatiōis: ⁊ p
ꝯñs odoris. Cuprū aūt ⁊ ferruȝ ſic ſe hñt ꝙ in cupro ſul-
phur purū. argētum ṽo viuuȝ nō purū ⁊ nō bñ cōmixtū
neqȝ equale q: de ſulphure eſt plus. ⁊ ꝓpter hoc non eſt
ſolidū in ptibus ſed poroſum eſt ꝓpter abūdantiam ſul
phuris. ⁊ iō eſt euaporatiuū ⁊ per ꝯñs odoriferū. ferruȝ
aūt eſt ex ſulphure lutoſo viſcoſo ⁊ argēto viuo lutoſo. ⁊
propter hui⁹ viſcoſitatē non pōt ſepari aqueum argenti
viui: ⁊ iō ferrū nō eſt liquabile ſed mollificabile ⁊ ꝓpter
non bonam cōmixtionē eſt poroſum ⁊ uaporatiuuȝ: ⁊
per ꝯñs odoriferū. Stagnū aūt ⁊ plūbuȝ ſunt ex utroqȝ
impuro ſed vincit in eis aqueū argēti viui: ſed non hñt
cōpactionē partiū. propter minorē igiť cōpactionē ſunt
magis odorifera q̄ȝ auruȝ. ꝓpter aquā ṽo que obſtruit
poros ſunt minus odorifera q̄ȝ ferrū ⁊ es. ſcorie autem
omniū iſtoꝝ ꝓpter actionē calidi qd̄ eſt aptiuuȝ pororū
⁊ euaporatiuū terre ⁊ hmōi magis ſunt odorabiles.

¶ Queriť de differentia odoris.

9 **Erto et ultimo** Queritur de
differentijs odorum. Dicit enim phūs in libro
de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝙ due ſunt ſpēs odoꝝ. vna eſt que eſt
penes delectationē odoratus in ſaporibus ⁊ habet dele
ctationē per accñs. Alia eſt in ipſis odorib⁹ ⁊ habet dele
ctationē pſe. Exemplū p̄me ſpēi eſt odor cibi. 2^e aūt exē-
plum eſt odor floꝝ. videnť aūt iſte nō eſſe ſpēs odorat⁹.
Quicqd enim nō cognoſciť niſi in relatione ad aliud: hͦ
nō habet ſpēm ꝓpriā neqȝ delectationeȝ ſepatā ab illo.
odor eſt tale in cōparatione ad ſaporē. ergo nō hēt ſpēm
ꝓpriā nec delectationē ſepatam a ſapore. ¶ Preterea
queriť quare illa dicitur delectatio per accñs que eſt in
odore cibi. qd̄ enim oībus odorātib⁹ ꝯuenit magis pſe
cōuenire videť odori q̄ȝ illud qd̄ ꝯuenit alicui tm̄. dele-
ctatio que eſt in odore cibi ꝯuenit oībus odorātib⁹. de-
lectatio aūt in odore pſe conuenit homini tm̄. ergo dele
ctatio que eſt in odore cibi eſt perſe: ⁊ delectatio que eſt
in odore tm̄: ꝯuenit odori per accñs. ¶ Preterea accñs
eſt qd̄ adeſt ⁊ abeſt p̄ter ſbiecti corruptionē ut dicit por-
phyrius. uel qd̄ ꝯtingit eidem ineſſe ⁊ nō ineſſe ut dicit
Ariſtoteles. Si ergo delectatio cibi ꝯuenit odori per ac
cidens ꝯtingit eam odori ineſſe ⁊ nō ineſſe reſpectu aīa
lis: ergo ꝯtingit aliqd̄ brutū delectari in odore nō ꝓpter
cibum: qd̄ eſt ꝯtra Ariſtotelē qui dicit alioꝝ ab homine
aīalium quoddā nō indignať ad ea que ſunt ſm ſe ſupe
riora niſi qd̄ accipit corruptionē. ex odorib⁹ enim qñqȝ
corrumpiť ⁊ tunc fugit eos. ¶ Item dicit phūs ꝙ cete
ra aīalia ab hoīe nō curāt ipſam feditatem ſm ſe: q̄ȝuis
multa creſcētiuȝ uegetabiliū fetidos hñt odores: niſi qd̄
cōferāt ad guſtuȝ. ¶ Preterea queriť quare delectatio
in odore ſm ſe ꝓpria ſit homini: cuius enim melius eſt
ſentire odorē: illius magis eſt delectari q̄ȝ triſtari in odo
ribus: quorūdā brutorum melius eſt ſentire odores q̄ȝ
hoīs. ergo ipſoꝝ eſt magis delectari uel triſtari in odori
bus ⁊ ſic nō erit ꝓpriuȝ homini. ¶ Preterea queriť de
hoc qd̄ dicūt Alꝫ: ⁊ Auic^a. ſ. ꝙ illi qui ſȝ accñs hñt dele-
ctabile diuidunť in ſpēs ſm ſapores. Illi ṽo qui ſm ſe
nō ſic diuidunť. hoc enim videť eſſe cōtrariū p̄habitis.
cui⁹ cauſa eſt: q: oportet cognoſcere oēs odores per ſapo
res. ¶ Preterea queriť de differētijs odoꝝ. ſ. quot ſunt
⁊ que ſunt. videnť enim tres eſſe ſm Grego^m nix^m dicē-
tem in cap⁰ de odore uapoꝝ quoꝝ gñaliſſima dr̄ia bon⁹
odor eſt ⁊ malus: ⁊ ꝙ mediuȝ hoꝝ eſt qd̄ neqȝ bene nec
ſm fetidū odorabile eſt. ¶ Solo dicēdū eſt ꝙ ſpecies
odoꝝ diſtinguunť ſm tres modos. ſ. in ſe ⁊ in compara
tione ad delectationē uel triſticiam quā infert olfactui.
¶ In ſe aūt diſtinguunť ſm duos modos. ſ. abſolute ⁊
in cōparatione ad ſapores. Abſolute aūt non habemus
ꝓpria noīa eo ꝙ male odoramus. vñ in illa diſtinctiōe
nō habemus niſi noīa excellentiarū. ⁊ vnū dicimus re-
dolens ⁊ aliud fetens. ⁊ ſi habemus mediuȝ hoc eſt per
abnegationem extremoꝝ ⁊ nō per cōmixtionē. ſ. ꝙ nec
redolens eſt neqȝ fetens. ⁊ per hoc patet ſolo ad ultimā
auctoritatē Gregorij. ¶ In cōparatione ṽo ad ſapores
denoīamus odores noībus ſapoꝝ: ut a dulci ſaporē dul
cem odorē ⁊ ab amaro amarū: ⁊ ita a pingui pinguem:
⁊ ſic de alijs. ⁊ ſic multiplicādi ſunt odores ſm doctrinā
ſup̄ habitā de coloribus ⁊ ſonis. ¶ Penes delectabile
aūt diſtinguunť odores in duas ſpēs tm̄. ſ. ſm delectabi
le qd̄ ꝯfert ad alimētuȝ: ⁊ ſm delectabile qd̄ ꝯfert ad ſa-
nitatem. delectabile aūt ꝙ ad alimētuȝ ꝯfert p̄ncipaliter
eſt in ſapore cibi: ſecūdario in odore ſicut dicit phūs de
trano qui vituperās eutipedē quēdā cocū dixit cum de-
coquis lentem nō īfundis miron hoc eſt pinguedineȝ:
q: miron in greco tantū ualet ſicut vnctio. odor eni pin
guis manifeſtat ſaporē pinguē qui eſt delectabilis in ci
bo. delectabile aūt qd̄ ꝯfert ad ſanitatē cerebri eſt pſe in
odore. cum enim odor ſit quedaȝ euaporatio ptingit ad
locū cerebri ad queȝ nō pōt ptingere ſba cibi. ⁊ ideo ne
ceſſe eſt ꝙ hoc delectabile ſit in odore pſe: ⁊ non in odo
re in cōparatione ad cibuȝ: ⁊ hoc eſt p̄cipue qd̄ eſt in flo
ribus ⁊ aromaticis: q: ṽo humidū uaporatiuū ut eſt vi
num uel medo p̄cipue nocet cerebro humano. uapores
enim eleuati ad cerebrū infrigidanť ꝓpter naturā cere
bri ⁊ corrūpunť ⁊ fluunt inde cattari ⁊ defluētia reuma-
ta: ⁊ iō homo in potu taliuȝ imiſcet odorifera ut duo de-
lectabilia duoꝝ ſenſuū in vnuȝ ꝯueniāt. ſed delectabile
ſaporis in potu ad linguā qd̄ ꝯfert ad alimētum: ⁊ dele-
ctabile aromaticoꝝ in euaporationē ad cerebrū qd̄ con-
fert ad ſanitatē. ¶ Ad p̄^m ergo dicēdū ꝙ odor ſemp cō-
ſtituiť ex eiſdem qualitatib⁹ p̄mis de qbus eſt ſapor: ſed
non ſemp denoīanť odores ſm ſpēs ſapoꝝ: ſed qñqȝ ut
ſup̄ habitū eſt ⁊ tunc hñt ꝓpriū delectabile. ¶ Ad aliđ
dicēdū ꝙ duabus rōnibus delectabile cibi ꝯuenit odo-
ri per accñs ſm duplicē acceptioneȝ accñtis. ¶ Accñs
eniȝ opponiť ad pſe: ⁊ ſic per accñs ꝯuenit qd̄ nō cōue-

nit grā ſui ſed grā alterius:⁊ hoc mō id qḋ ſapori eſt ꝓ/
priū delectabile ꝯuenit odori grā ſaporis:⁊ ſic per accn̄s.
Alio mō dicit̄ per accn̄s qḋ nō ſemꝑ ineſt.⁊ hoc mō de/
lectabile cibi ꝯuenit odori per accn̄s:q: lꝫ odor cibi deſi
derabilis ſit eſurientib⁹:nō tn̄ plenis uel ſaturatis ut dicit
phus.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ oībus aīalib⁹ ꝯuenit qn̄qꝫ
delectari in odore cibi:qn̄qꝫ nō ut iam dictū eſt.¶ Ad
aliud patet ſolo per an̄ dicta ubi dictū eſt de diſpōne ce/
rebri humani in compatione ad alia aīalia.¶ Ad aliḋ
aūt qḋ obijcit̄ in ꝯtrariū dicēdū ꝙ aīalia bruta meli⁹ ſen
tiūt odores q̄ȝ hō:ſed nō indignant̄ uel letant̄ ad eos ni
ſi ſint corrupti:ſicut apes ⁊ formice fugiūt odorē ſulphu/
ris:⁊ ſerpētes odorē cornu cerui cōbuſti.nec ē cauſa nā
lis delectationis melius ſentire odorē:ſed potius ꝙ ma
gis ꝯfert ad ſanitatē.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ odores qui
hn̄t delectabile ſapoꝝ ꝓportionati ſunt ſaporib⁹ : ⁊ ideo
diſtinguunt̄ penes ipſos. Qui aūt hn̄t ꝓpriū delectabile
nō ſemꝑ ſunt ꝓportionati.odor enim floris qn̄qꝫ dulcis
eſt:⁊ ideo penes ſapores nō pn̄t diſtingui. Ex his patet
ſolo cuiuſdā q̄ōnis quā tāgit Ariſ:in li° de ſenſu ⁊ ſenſa
to.ſ.q̄re q̄nque ex n̄tib⁹ ſenſibus odoratus medius po/
nit̄. Rō huius eſt:q: ſenſus guſtus ⁊ tact⁹ ſunt alimenti
ꝯſtituētis ſubām aīalis:⁊ cuꝫ his ꝯuenit odoratus eo ꝙ
hēt delectabile.guſtus per accn̄s ſm ꝙ ꝯducit ad alimē
tū.viſus aūt ⁊ auditus nō hn̄t talia delectabilia:⁊ ſunt ꝓ/
pter bn̄ eē:⁊ cum his conuenit odoratus ſm ꝙ habet de
lectabile perſe ⁊ eſt per medium extrinſecum.

¶ Utrū aer ⁊ aqua ſint medium in olfactu.

a **Einde queritur** De olfactu
ex pte medij.Dicit Ariſ:ꝙ mediuꝫ eſt aer ⁊ aq̄.
Sed videt̄ ꝙ aer nō poſſit eē mediū per ipſas rōnes q̄s
ponit in li° de ſenſu ⁊ ſenſato ꝯtra Eraclitū qui dicebat
odorē eē fumalē euaporationē cōem exn̄tē terre ⁊ aeri:⁊
ſi oīa entia fumus fierēt ꝙ nares diſcernerēt odores in
oībus entib⁹.obijcit aūt phus in ꝯtrariū ſic.fumalis eua
poratio impoſſibile eſt ꝙ ſit aq̄.odor aūt eſt fumalis eua
poratio.ergo impoſſibile eſt odoreꝫ eē in aqua.pª ꝓbat̄
per hoc ꝙ aer in aqua exn̄s aſcēdit ſupi⁹.⁊ ſilr uapor ae/
reus.2ª aūt ſcribit̄ in ꝑmo de ſenſu ⁊ ſenſato. Si hoc cō/
cedat̄ cōtra piſces in aq̄ ſentiūt odores:corrūpunt̄ enim
fetidis ⁊ fugiūt eos.cū ergo nō ꝯtingāt aerē:oportet ꝙ ꝑ
mediuꝫ aque ſentiāt:⁊ ſic odor eſt in aqua.¶ Preterea
querit̄ iuxta hoc ſm quā nām cōem aer ⁊ aqua ſint me
diū.Et videt̄ ſm nullā.In ipſis enim ſunt tria.ſ.natura
dyaphani ⁊ nā frigidi ⁊ natura humidi.ſm aūt nāꝫ dya/
phani nō ſunt media:q: ſic ſunt media viſus.ſilr nec ſm
nām humidi:q: odor eſt ꝑncipalr ſicci ſicut habitū eſt ſu
pra.nec ſm nām calidi uel frigidi:q: neutrū ꝯuenit cōi/
ter ambob⁹.¶ Preterea frigus extinguit odores ſicut
dicit phus.¶ Querit̄ etiā iuxta hoc qō Auicᵉ.ſ.utrum
odor fiat ex pte medij ex ꝑmutatione ſola medij:uel ex ꝑ
mixtione corpis odorabilis cuꝫ ipſo medio. Et videt̄ ꝙ
ex ꝑmutatione ſola.uaporātis eniꝫ mā nō pōt amplius
oſtēdi q̄ȝ ſub ſpē ignis.videm⁹ ergo ꝙ a corpe uaporabi
li per uapores eleuet̄ pugillus ptū māe eius.ille pugil
lus per rarefactionē extēdat̄ in decē pugillos aque:⁊ illi
decē aque extēdant̄ in cētū aeris. Cum igit̄ euaporatio
odoris ſit in corpe magis groſſo q̄ȝ aer:minor erit exten
ſio odoriferi uaporis:⁊ ſic odor alicui⁹ rei nō ſētiret̄ ad
ſpatiū lōginquū:qḋ eſt ꝯtra hoc expimētū qḋ eſt de aui
bus tygridib⁹ que deueniūt ad cadauera per cētū leucas
tn̄ ducē nō hn̄t niſi odorē.hoc idē patet in cāphora:ſed il
la uaporat uſqꝫ ad aliquē terminū:nō ad hoc ut diffūdat̄
odor eius in duplū illi⁹ termini oporteret ut ex illo odo
re euaporaret alius.⁊ ſi deberet ſentire in triplū oportet
ꝙ ex illo iterū reſolueret̄ alius:⁊ ſic ulterius qḋ videt̄ i/
cōueniēs:⁊ ſic videt̄ ꝙ nō cū odore diffundat̄ uapor:ſed
tn̄ ſpēs odoris ꝑmutet mediū.¶ Cōtra hoc eſt ꝙ odora
bilia poſt multum attractū odorū fiūt leuiora ⁊ putreſcē/
tia ſicut patet in pomis.¶ Solo dicim⁹ ꝙ odores ſunt
in aere ⁊ aqua.Eraclitus enim errabat dicēs ꝙ odores
reſoluunt̄ ab oībus entibus ꝓpter qḋ nō fiūt in medio
niſi in aere.ſimplicia eniꝫ nō ſunt odorabilia etſi euapo/
rēt.¶ Preterea odores ſunt in aq̄ ⁊ in aqua nō eſt aer.
⁊ illi ſunt modi q̄bus ꝯtradicit Ariſ.dicebāt enim q̄daꝫ
ꝙ odor fumalis eſt euaporatio:⁊ fum⁹ eſt uapor terre ut
ſupra habitū eſt:ꝙ odor nō reſoluit̄ niſi a terra.⁊ illis eſt
ꝯtra qḋ dicit Ariſ.¶ Solutio dicēdū ꝙ odor eſt in aq̄ ⁊
in aere ut medius ut dicūt Ariſ:Algazel ⁊ Auicª. Hoc
aūt qḋ obijcit ꝯtra Eraclitū nō itelligit̄ ſic ꝙ uelit ꝙ odo
res nō ſint in aqua:ſed eſt deductio ad incōueniēs.dice
bat enim Eraclit⁹ odores nō eē in medio niſi in aere:⁊
hoc reſolui a terra.⁊ ex hoc ſeq̄tur ꝙ cū aer ſit in aq̄ non
ſit in aqua niſi cōmixtus:ſm ꝙ videmus herbas gene/
rari ex cōmixtione elemētoꝝ in aqua:ꝙ odor non ſit in
aqua qḋ eſt incōueniēs.fumalis enim euaporatio non
eſt in aere ut in medio.Aer enim cōmixtus alijs elemē/
tis ad generationē uegetabiliū nō eſt mediū alicui⁹ ſen
ſus:vn̄ lꝫ ille nō aſcēdat in aqua tn̄ aer purus aſcendit.⁊
ſm hoc nō eēnt odores in aqua.¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ
odor eſt in aqua ⁊ in aere ſm ꝙ utrūqꝫ eſt ſine odore.ꝑ
ceptibile tn̄ odoris ſm ꝙ eſt ſonus in aere ſm qḋ eſt ab
ſonū ſuſceptibile tn̄ ſoni.Et qḋ obijcit̄ ꝙ nō ſit ſm nām
humidi uel frigidi uel dyaphani:bn̄ ꝯcedim⁹.¶ Si au
tem querat̄ tūc quare nō ſit in alijs corpibus ſimplicib⁹
que etiā ſunt ſine odore.Dicēdū ꝙ illa nō ſunt ſuſcepti/
ua euaporationis odorifere:ita ꝙ paſſibilis ſit euapora
tio per ipſa.Euaporatio aūt debilior eſt in aqua q̄ȝ in ae
re:nihilominus tn̄ eſt:ſicut etiā eſt in frigido tpe debili/
or in aere q̄ȝ in alio:⁊ ꝓpter hoc odor eſt i utroqꝫ.Dicūt
tn̄ q̄dā ꝙ in odore eſt ꝑmixtū humidū ſicco lꝫ ſit actu ſic
ci:⁊ ideo ſm ꝙ magis uertit ad humidū eſt in aq̄:⁊ ſm
ꝙ magis ad ſiccū eſt in aere.¶ Ad hoc qḋ querit̄ utrū
ſit ex ꝑmutatione ſola uel euaporatiōe dicēdū ſm Auic.
ꝙ eſt utroqꝫ mō.In euaporatione eniꝫ dn̄at̄ nā aeris:⁊
idcirco euaporatio trāſmutat aerē ſm odorē ⁊ ſonū:etiā
preter hoc ꝙ recipiat aliquā ptē rei euaporātis.Et ſimi/
liter trāſmutat aquā ſicut nos videmus vinum in doleo
trāſmutari ad odorē eoꝝ que ponunt̄ iuxta doliuꝫ:⁊ ſm
hūc modū per lōgū ſpatiū pōt fieri imutatio ſꝫ odores.
Dicit aūt Auicª:ꝙ aues tygrides ſunt acuti viſus ⁊ alti
uolatus:⁊ potuit eē ꝙ per viſum deueniſſent ad cadaue
ra non per odorem.¶ Ad aliud quod obijcitur contra
dicendum:ꝙ non ſit odor ſine euaporatione fumali pro
prie rei odorabilis:⁊ ideo ⁊ illa alleuiabit ⁊ putreſcit per
attractionem multam odoruꝫ.ſed nihil ꝓhibet quin ipa
euaporatio poſtea immutet aerea:etiam ꝓpter hoc ꝙ ul
terius illa euaporatio fiat ex ipſa.

¶ Queritur de medio odorandi.

c **Onſequēter queritur**
De olfactu ex parte medij odorādi.Uidemus
eniꝫ odorare quelibet aīalia reſpirātia ⁊ quedā nō reſpi
rātia.ergo videtur ꝙ olfactus equiuoce dicat̄ de reſpi/
rantibus ⁊ non reſpirātibus.¶ Preterea dicatur in li/
bro de animalibus.ꝙ vie olfactus in aīalibus aquaticis
clauſe ſunt:lꝫ enim quidam piſces quādoqꝫ quedam fo
ramina videantur habere in naribus:tamen illa forami
na non pertingūt uſqꝫ ad medullam cerebri:ſicut patet
in anathomia piſcium : ⁊ in libro de animalibus Ariſ:⁊
Auicª. aſſignatur autem ratio duplex. Quaruꝫ vna eſt
ꝙ ſi aperte eēnt vie penetraret aqua uſqꝫ ad medullam
cerebri ⁊ infrigidaretur cerebrum ⁊ extingueretur ani/
mal.Secunda cauſa eſt quia talia animalia frigida ſunt
parum habētia caloris circa locum digeſtionis : ⁊ ideo
pauci uapores eleuantur ad cerebruꝫ : qui ſi infrigidati
fuerint in cerebro:pauca erit materia flegmatica ⁊ pur/

gabilis per vias alias. Cuꝫ ergo queda in aialia hn̄t vias aptas odoratus: videt̄ odoratus eē equocus in iſtis ⁊ in illis. ¶ Preterea querit̄ iuxta hoc utruꝫ ex eq̄li diſtātia odoꝛ ſit cauſalis iſpirās uel nō inſpirās. ⁊ videt̄ ꝙ ſic. ponam⁹ euꝫ duo aialia. vnū iſpirās ⁊ aliud non iſpirās in ultimo euaporationis imutationis uel non imutationis rei odoriſere: ibi enim tāgit̄ ⁊ alterat̄ cerebrū nō iſpirantis: ⁊ eūdē aerē trahet inſpirās. ergo odorāt in eq̄li diſtātia. ¶ Querit̄ etiā iuxta hoc utrū inſpirātia oia odorant ex eq̄li diſtātia: ⁊ ꝑcipue hō cū alijs aialib⁹. Et videt̄ ꝙ ſic. ſi enim ſtat hō cū cane in ultimo euaporationis odoriſere: eūdem aerē trahet hō quē canis: ſed aer imutatus odore tāgit cerebꝛum utriuſqꝫ. ergo agit utrūqꝫ ⁊ alterat ipm. ¶ Sol'o dicēdū ꝙ olfact⁹ dicit̄ equoce in olfacientibus diuerſimode etiā diuerſo naſo. potētie eniꝫ ſenſuuꝫ paſſiue hn̄t diffiniri per act⁹: ⁊ act⁹ per oba ſicut dic̄ Ar: vn̄ cū obm ſit vnū. ſ. odoꝛ vni⁹ rōnis erit olfact⁹: ⁊ ſic diuerſitas oculoꝝ in hn̄tib⁹ duros oculos ⁊ molles: ⁊ hn̄tibus uelamē ſup oculos ⁊ nō hn̄tib⁹ nō facit viſum equiuocū: nec ita diuerſitas naſi ⁊ hēre oꝛganū odorat⁹ coop̄tū uel nō cooptū facit odoratū equocū. a mō enim oꝛgani nō diffinit̄ aliq̄ potētia ſenſibilis ſed potius ab obo ſicut dictū eſt. Cū eniꝫ potētia ſenſibilis ſit potētia paſſiua ⁊ diffiniri hēt per actū ſuū. Actū aūt hēt ab agente qđ eſt obm: opoꝛtet ꝙ per obm diffiniat̄. ¶ Ad aliud qđ iuxta hoc q̄rit̄ dicēdum ꝙ nō opoꝛtet ꝙ quecūqꝫ aialia odorāt ex eq̄li diſtātia ſiue ſint reſpirātia ſiue nō reſpirantia. Ad ſenſuꝫ odoris nō exigit̄ tm̄ eq̄litas agētis ſed equalitas patiētis. ꝑpter hoc in loco ubi debilis eſt odoꝛ tranſmutat̄ cerebrū ſiccū alicuius aialis: eo ꝙ hn̄tiū ſymbolū faciliꝛ eſt trāſmutatio. ⁊ in eodē loco nō poſſet trāſmutari cerebrū frigidū ⁊ humidū ſicut eſt hois. nō eniꝫ imutat̄ tale niſi a foꝛti odore.

¶ Queritur quid eſt guſtus.

## Onſequēter tranſe

c undū eſt ad guſtū de quo querunt̄ quatuoꝛ. Primū qđ ſit guſtus. 2m q̄liter eſt gdaꝫ tactus ⁊ quidam non. 3m de guſtu ex parte obiecti. 4m de guſtu ex parte medij.

## D primum proceditur ſic.

a Dicit Auicͣ: ꝙ guſt⁹ eſt vis oꝛdinata in neruo expāſo ſup coꝛpus lingue ad cōpꝛehēdendū ſapores ſolutos ex coꝛpib⁹ ꝯtingētib⁹ ipm cū ꝑmiſcent̄ humori vnctuoſe lingue: ꝑmixtione ꝑmutāte. Uidet̄ aūt inſufficiēter dictū qđ dic̄ guſtū eē oꝛdinatū in neruo lingue: q2 dicit Grego⁹ nix⁹ ꝙ oꝛgana guſtus ſunt lingua ⁊ hui⁹ magis exercitiū adhuc cū his palatū: in qb⁹ ſunt hȳ qui ex cerebꝛo nerui dilatati qui etiā annūciāt genitā aſſūptionem ꝑncipali ideſt cerebꝛo. ¶ Preterea hoc idem dicit Auicͣ in li° ſuo de aialibus cap° de anathomia lingue. vult enim ibi ꝙ neruus guſtatiu⁹ nō ſit tm̄ expanſus in lingua ſed etiā in palato ⁊ alijs qbuſdā ꝑtibus circūſtātibus linguā. ¶ Preterea videt̄ in qbuſdā aialib⁹ nō eſſe linguā: ſicut in ciconijs ⁊ in qbuſdaꝫ piſcib⁹: ⁊ tm̄ illa hn̄t guſtū. ¶ Sol'o dicēdū ꝙ in ueritate guſtus eſt etiam in neruis palati ſicut obiectū eſt: ſed ꝑm ſui optimuꝫ eſt in lingua ⁊ in mēbꝛo qđ eſt in loco lingue: ⁊ cuꝫ ab optimo ſumat̄ diffinitio diffinit̄ a neruo expanſo in ſupficie lingue. ¶ Ad illud aūt qđ obijcit̄ de aialib⁹ ꝙ nō vident̄ hēre linguā: dicēdū ꝙ hn̄t aliqđ loco lingue. ſed carnem quādā ad cui⁹ radicē ꝯtinuat̄ yſophagus ⁊ cāna uel yſophagus tm̄: uel ſtomachus: uel in yſophago ⁊ cāna. dico aūt hoc ꝙ in qbuſdā auib⁹ inueniunt̄ yſophagus ⁊ canna ſimul ꝯiūcta ad linguā: uel ad id qđ eſt in loco lingue In qbuſdā aūt inuenit̄ yſophagus tm̄ ſine cāna. In quibuſdā aūt iuenit̄ ſtomach⁹ tm̄ ſine yſophago ⁊ cāna ſic de quodā piſce patet de quo dicit Ar: ꝙ nō hēt yſophagū ſed ſtomachū lōgū: ⁊ ideo qn̄qꝫ in uoracitate eijcit ipſum per os. ¶ Cōtra in qbuſdā aialib⁹ ſunt due lingue ut in ſerpētib⁹. dicūt eniꝫ Grego⁹ nix⁹ ⁊ Dama⁹. ꝙ oꝛgana ſenſuū creatoꝛ aialiū dedit duplicia: ⁊ linguas duas ſicut oculos duos. ut ſi vnū deſtrueret̄ in altero ſaluaret̄ ſēſus. Sꝫ in qbuſdā aialib⁹ lingue ſunt ꝯiūcte. ſ. in hoie: ⁊ in qbuſdā nō ꝯiūcte ut in ſerpēte. In qbuſdā lōge ⁊ acute: ut in apib⁹ ⁊ in anuloſis que ſugūt nutrimētū per linguā que lōge emittit̄ aū os. vn̄ qn̄qꝫ recuruāt eā dū non ſugūt nutrimētū. In qbuſdā aūt curta ſicut in ciconijs ⁊ in qbuſdā piſcib⁹. ⁊ in qbuſdā media: ſicut in hoib⁹. ⁊ in qbuſdā ligata anterius ad palatū ut in ranis: ⁊ ideo uox ranarum non poteſt eſſe niſi coax.

¶ Querit̄ qualiter guſtus ſit qdā tactus ⁊ qualiter nō.

## Ecundo queritur Qualr

s guſt⁹ ſit qdā tact⁹: ⁊ q̄liter nō. Uidet̄ aūt ꝙ nullus ſit tact⁹. potētie eni diſtiguunt̄ per act⁹: ⁊ act⁹ per oba ut ſup dictū eſt. ergo q̄rūcūqꝫ potētiarū obta ſunt penit⁹ diuerſa illa ſunt diuerſa. obiecta aūt guſtus ⁊ tactus ſunt penit⁹ diuerſa. ergo guſtus ⁊ tact⁹ ſunt penitus diuerſi. ꝑina ꝓbata eſt per hoc ꝙ ſenſus diſtinguunt̄ per obta. 2a aūt ꝓbat̄ per hoc qđ dictū eſt in ethicis ꝙ guſt⁹ ſaporū iudicatiuus eſt. ſapoꝛ aūt diuerſificat̄ penit⁹ a tāgentibus. ¶ Sed ꝯtra hoc eſt q2 manifeſte dicit phs in li° de aia ⁊ in li° de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝙ guſtus eſt qdam tactus. ¶ Sol'o dicēdū ꝙ guſtus accipit̄ duob⁹ modis. ſ. ꝓꝫ ꝙ eſt ſenſus alimēti ut in multis locis dicit phs: ⁊ ſic guſt⁹ eſt qdā tact⁹ q̄druplici rōne. Quarū ꝑma eſt ſumpta ex ꝑte obiecti qđ eſt alimētū. Cū enim alimētū nō nutrit niſi per ſubam ſicut dicit̄ in ꝑmo de gn̄atione ⁊ coꝛruptione. opoꝛtet ꝙ ſuba alimēti tāgat illud qđ nutrit̄. Cuꝫ vo nō nutriat nos niſi id ex quo ſum⁹ opoꝛtet ꝙ ipm ſit cōmixtū ex calido frigido humido ⁊ ſicco. ſicut ⁊ nos commixti ſum⁹ ſicut dicit in 2° de gn̄atione ⁊ coꝛruptiōe. Cū ergo ſic tāgat per ſubam ſine medio extrīſecoꝛ: ⁊ imutat per calidū frigidū humidū ⁊ ſiccū: que ſunt q̄litates tāgibiles: patet ex ꝑte obi guſt⁹ qdē tactus eſt. 2a rō ſumit̄ ex ꝑte mēe: que eſt mediū guſtabiliū: hoc eſt humidū aquеum qđ eſt inſipidū: ⁊ cū hoc ſit vnū tāgibiliū erit guſtus ꝑm hoc qdā tactus. 3a rō ſumit̄ ex ꝑte modi guſtādi: nō enim guſtat̄ aliqđ niſi tm̄ mō ultimū lingue ꝯiūctū cum ultimo rei guſtate. Cum igit̄ illa ſe ꝯtingāt ut dicit in 5° phiꝫ. quoꝝ ultima ſunt ſimul: patet ꝙ ex mō guſtādi guſtus qdā tactus eſt. 4a rō eſt: q2 guſtus eſt tactus in quibuſdā mēbꝛis ſicut in lingua ⁊ in palato. tact⁹ autē eſt in oibus mēbꝛis coꝛpis: ⁊ ideo dicit̄ qdā tactus q̄ſi tact⁹ ꝑticularis. Accipit̄ etiā guſtus ꝑm ꝙ eſt iudicium ſapoꝝ: ⁊ ꝑm hoc guſtus nullo mō tactus eſt ut ꝓbatū eſt in obiectione. ⁊ q2 per obm qđ eſt diffiniēs ſenſuꝫ ſic diſtinguitur a tactu: ideo guſtus ponit̄ vnus quque ſenſuum ex diuerſo a tactu diuiſus.

¶ Queritur de guſtu ex parte obiecti.

## Ertio queritur De guſtu

t ſtu ex parte obiecti qđ eſt ſapoꝛ. Et querūtur quque. Quoꝝ ꝑmuꝫ eſt utrū ſapoꝛ ſit qualitas ſimplicis uel cōpoſiti uel utriuſqꝫ. 2m utrū ſit actu humidi uel ſicci uapoꝛatiui. 3m que ⁊ quot ſunt cauſe ſapoꝝ. 4m de generatione ſapoꝝ. 5° ⁊ ultimo qualiter hoc uerum ſit ꝙ tactus ⁊ guſtus inſtrumenta habeant circa coꝛ.

## D primum horuꝫ pro

a cedit̄ ſic. Dicit phus in 2° de generatione ⁊ coꝛruptione. ⁊ in libro de aia ꝙ ex eiſdē generamur ⁊ nutrimur ſꝫ gn̄amur ex cōpoſitis cōmixtis. g̃ nutrimur ex eis Cū ergo ſapoꝛ ſit nutrimēti paſſio ⁊ q̄litas: erit ſapoꝛ paſſio compoſiti ⁊ nō ſimplicis. ¶ Preterea ad hoc ponit

phus quatuoꝛ rões in li° de ſenſu ⁊ ſenſato cap° de guſtu. obijciẽs ↄtra quoſdã pythagoricos ſic dicẽs. Cibũ opoꝛtet eẽ cõpoſitũ: etenĩ nutrimẽta nõ ſũt ſimplicia: q2 ⁊ ſupfluitas ſit cibi hoc in ipſis. hoc ꝟo extra ſicut in plantis ſẽſus eſt nutrimẽtũ: ꝑpter hoc opoꝛtet eẽ cõmixtũ: q2 alr̃ per digeſtionẽ nõ ſeparet̃ ſupfluũ a nutrimẽto. cũ enim ſimplex ſit omogeniũ: nõ eſt rõ q̃re vna ps obijciat̃. altera aũt ſumat̃ in cibo. ſ3 hec ſepatio ſupfluitatis q̃nq3 ſit in ipſis cibarijs ut in aĩalib° que ſtomachos hñt ⁊ uẽtres q̃bus ſit ſepatio puri ab ipuro. q̃nq3 extra ipſa cibata ſunt ut in plãtis que terrã hñt pro uẽtre ⁊ ꝑpter hoc non egerũt. 2ª rõ eſt: q2 nec aq̃ que magis videt̃ eẽ nutritiua uel nutrimẽtũ eſt nutrimẽtũ eo ꝙ oẽ nutrimẽtũ opoꝛtet eſſe mixtũ coꝛpeũ: qđ oĩ mixto coꝛpi eſt incoꝛpabile opoꝛtet eẽ coꝛp° mixtũ. 3ª rõ eſt: q2 ſi vnũ ſimpliciũ nutriret tunc qđlibet ſimplex nutriret: qđ falſũ ẽ: q2 aer ꝑpter ſui ſimplicitatẽ nõ nutrit. 4ª rõ eſt q2 cib° eſt loc° receptibilis in coꝛpe aĩato: ad quẽ nõ igrediunt̃ ſimplicia ſed cõpoſita. Ex hijs ↄcludit̃ ꝙ cũ ſapoꝛ ſit paſſio nutrimenti: ꝙ ſapoꝛ nõ eſt paſſio ſimplex ſ3 cõpoſita. ¶ Cõtra hoc obijcit̃ ſic oĩs cib° incoꝛpalis eſt ei qđ cibat̃. ergo neceſſe eſt ipm̃ eẽ male terminabile in ſe: ⁊ tñ bñ terminabile termino alieno. hoc aũt eſt nã humidĩ: ⁊ ita videt̃ eẽ ſapoꝛ ꝑncipaliter paſſio humidi. ⁊ cũ humidũ ſit ſimplex videt̃ eẽ ſapoꝛ paſſio ſimplicis. hoc etiã videt̃ uelle phs in li° de aĩa ubi dicit ꝙ ſapoꝛ ẽ humidi ſicut odoꝛ ſicci. ¶ Preterea in li° de ſenſu ⁊ ſenſato videt̃ dicẽ ꝙ ſbm̃ ſapoꝛis eſt humidũ aqueũ. ¶ Jtẽ qcq̃d eſt icoꝛpabile ei qđ alit̃ faciẽs augmẽtũ in ipſo: ⁊ hñs ↄtrarietatẽ videt̃ eẽ alimẽtũ. ſimplex eſt huiuſmodi. ergo ſimplex põt eẽ alimẽtũ. ⁊ ita ſapoꝛ erit paſſio ſimplicis. Maioꝛ patet pſe. minoꝛ pbat̃ ex hoc ꝙ ſimplex eſt quãtũ ad coꝛpeitatẽ: ⁊ ſic faciẽs augmẽtum ⁊ per ſubaz eſt ſaluatũ in mixto ⁊ ſic faciẽs nutrimẽtũ. ¶ Solõ dicim° ꝙ ſapoꝛ eſt paſſio cõpoſiti coꝛpis: eo ꝙ oẽ alimẽtũ cõmixtũ cõpoſitũ eſt. ſicut enĩ ꝓbat phus in li° de ſenſu ⁊ ſenſato. gñatio ſapoꝝ eſt ut in ſbto. in humido ⁊ aqueo ut in efficiẽte aut in calido digerẽte qđ ẽ calidũ ignis ⁊ ſolis. Jn ſicco aũt terreo eſt ſicut in paſſiuo terminãte humidũ aqueũ. ⁊ ꝓbat̃ hoc per expimẽtũ Cũ enĩ ſapoꝛoſum icoꝛpabile ſit neceſſe eſt ipm̃ eſſe humidũ. Cũ aũt videam° in cibis ⁊ fructib° oblatis ad ignẽ ⁊ ad ſolẽ gñari oĩmodos ſapoꝛes: patet ꝙ cauſa efficiẽs ſapoꝝ eſt caliditas. ſilr̃ videmus ſalſũ gñari ex terreſtri aduſto in humido: ⁊ in aq̃ videm° gñari multos ſapoꝛes ex hoc ꝙ trãſeunt multa gña terrarũ. Et ex his colligit̃ ꝙ ſapoꝛes gñant̃ ut a ꝑmis q̃litatib° a calido igneo ⁊ ſole digerẽte ⁊ humido aqueo ⁊ terreſtri ſicco patiẽtibus. Si aũt ſapoꝛes cõſiderant̃ in ſe ꝑut ſunt vnũ gen° q̃litatis: ſic extremi ſimplices ſunt eo ꝙ nõ ſũt cõpoſiti ex alijs ſapoꝛib°: ⁊ medij ſunt cõpoſiti ſicut in alijs obiectis ſẽſuũ. ¶ Ad pᵐ ergo dicẽdũ ꝙ nutrimẽtũ qđe hẽt actum humidi in hoc ꝙ fluit ad terminos alienos: ſ3 tñ nõ ẽ de nã humidi tm̃ ſ3 etiã ſicci terreſtris ⁊ calidi ignei. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ ꝟbũ illud phi itelligit̃ ꝙ ſapoꝛ eſt humidi ſicut ſbti: ⁊ odoꝛ ſicci uapoꝛatiui ſicut ſbti. ¶ Ad ultimũ dicẽdũ ꝙ ꝑma eſt uera ⁊ ſcđa eſt falſa: q2 ſimplex nõ eſt icoꝛpabile ut nutrimẽtũ: ⁊ ſi cõmiſceat̃ ſimplex i mixto hoc nõ erit per virtutẽ nutritiuã ſed potius per q̃litates actiuas ⁊ paſſiuas mouentes ad mixtum.

¶ Utrũ ſapoꝛ eſt actus humidi uel ſicci euapoꝛatiui.

## Secundo queritur

s

Utrũ ſapoꝛ ſit actu humidi uel ſicci uapoꝛatiui. Et videtur ꝙ q̃nq3 ſic q̃nq3 alio mõ. Ex eiſdẽ enĩ nutrimur ex q̃b° ſumus ut dicit phus: ſ3 quedã ſunt que ↄſtãt ꝑncipaliter ex ſicco terreſtri ⁊ per poſterius ex humido aqueo: quedã ecõtra. ergo videt̃ ꝙ cib° quoꝛũdam ꝑncipalr̃ ſit ex ſicco terreſtri: ⁊ quoꝛũdã ex humido aqueo. ⁊ cum ſapoꝛ ſit paſſio cibi: videbit̃ ſapoꝛ ſic diuerſimode eſſe ſicci terreſtris ⁊ humidi aquei. qđ eſt ↄtra ꝑdicta. ¶ Preterea videt̃ ꝙ ſapoꝛ ſit uapoꝛatiua q̃litas. q̃litas enim que ꝑncipalr̃ ſequit̃ coꝛpa uapoꝛatiua videt̃ eẽ uapoꝛatiua ſapoꝛ eſt huiuſmodi. ergo eſt q̃litas uapoꝛatiua. pꝛobatio minoꝛis qđ dicit̃ in li° methe ꝙ terra ⁊ aq̃ ſolũ ſunt elemẽta euapoꝛatiua. ſapoꝛ aũt eſt ſicci terrei cõmixti cũ humido aqueo ut habet̃ in li° de ſenſu ⁊ ſenſato. ¶ Solõ dicẽdũ ꝙ ſapoꝛ ꝑncipalr̃ eſt in humido ut in ſbto ⁊ cõſequẽter in ſicco illi cõmixto. ¶ Ad pᵐ qđ obijcit̃ in ↄtrariũ dicendũ ꝙ l3 quedã ſint in q̃b° vincit terreſtreitas: tñ q2 nõ pñt accipe nutrimẽtũ niſi iſluat cibus in quãlibet ptẽ coꝛpis eoꝝ: ⁊ iſluxus nõ eſt niſi ꝑ actuz humidi opoꝛtet cibũ ꝑncipalr̃ eẽ humidũ tñ potẽtia ſiccũ q̃nq3. ⁊ hoc patet in hñtib° ſanguinẽ in q̃b° ultimũ nutrimentum ſanguis eſt qui actu humidus eſt. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ ꝑma eſt falſa hec. ſ. ꝙ oĩs q̃litas coꝛpis uapoꝛatiui uapoꝛatiua eſt. Uapoꝛ enĩ eſt q̃litas humidi aquei ⁊ ſicci terrei non inquãtum uapoꝛatiua ſunt: ſed inquantum cõmiſcibilia per actum calidi digerentis.

¶ Queritur quot ſunt cauſe ſapoꝛum.

## Tertio queritur

t

Que ⁊ quot ſint cãe ſapoꝝ. Et videt̃ ꝙ q̃tuoꝛ. ſ. calidũ frigidũ humidũ ⁊ ſiccũ. oĩa enim ↄñtia cõponunt̃ a ꝑmis. cũ ergo ſapoꝛ ſit q̃litas coꝛpis cõpoſiti ↄñtis erit cãta a q̃tuoꝛ ꝑmis. ¶ Preterea oĩa que accipiũt nutrimẽtũ cui° ſapoꝛ eſt paſſio ſũt cõpoſita a q̃tuoꝛ ꝑmis: ⁊ cũ ex eiſdẽ nutriant̃ ex q̃b° ſunt erũt ſapoꝛoſa cõpoſita ex q̃tuoꝛ ꝑmis. ¶ Sed ↄtra dicit phus ꝙ frigiditas extinguit odoꝛes ⁊ hebetat ſapoꝛes. ergo videt̃ ꝙ frigiditas non ſit cauſa ſapoꝝ. ¶ Preterea videt̃ ꝙ humiduz aqueũ ꝑncipalr̃ ſit cauſa ſapoꝛis. vnũqđq3 enĩ gñat̃ ꝑncipalr̃ ex ꝑuatione ſui que eſt potẽtia tale q̃le ipm̃ eſt ſicut albũ ex non albo qđ põt eẽ albũ. ergo cũ humidũ aqueũ ſit iſipidũ potens eẽ ſapidũ per cõmixtionẽ ſicci terrei ut d' in li° de ſẽſu ⁊ ſenſato. videt̃ uapoꝛ ꝑncipalr̃ gñari ex humido aqueo. ¶ Solõ dicim° ꝙ quedã ſunt cãe ſapoꝝ pſe. quedã autẽ per accñs. pſe quedã eſt efficiẽs ⁊ quedã ſunt paſſiue. efficiẽtes ut calidũ ſolis ⁊ calidũ ignis. videmus enĩ in fructib° plãtarũ amaris in q̃b° humidũ per caliduz ſolis nõ eſt ſufficiẽter digeſtũ digeſtione que eſt pepaſis ⁊ ꝙ poſtea cũ ponant̃ ad ignẽ efficiunt̃ dulces per digeſtionẽ que eſt epſeſis uel opteſis ſicut videm° in elixatis uel in aſſatis. Paſſiue aũt ſunt humidũ aqueũ ut ſbm̃ in cuius actu eſt neceſſe eſt eẽ ſapoꝛoſum: cũ ↄiũgit̃ ad guſtũ q2 aliter nõ penetraret ad neruũ guſtatiuũ qui eſt in lingua. ſiccũ ꝟo terreſtre terminatiuũ eſt humidi ad gñationẽ ſapoꝛis. Cauſe ꝟo per accñs quedã ſunt intrinſece: quedã extrinſece. frigiditas enĩ eſt cauſa itrinſeca que pſe hebetat ſapoꝛes ſed per accñs facit quoſdã. cũ enĩ calidũ ſit euapoꝛatiuũ aeris ſubtilis ⁊ ſubtiliatiuũ aquei ⁊ terreſtris ⁊ per ↄñs diſſolutiuum cõmixti: ⁊ ex illis frigidis per cõpõnez erit reſtrictiuũ aeris ⁊ ingroſſatiuũ eo ꝙ ↄuertit aerẽ ad aqueũ: ⁊ aqueũ ad terreſtre: ⁊ ideo cãt per accñs ſapoꝛẽ ꝑcipue craſſuz. Uñ etiã dicit phs ꝙ frigida ſunt magis ſapida calidis. Cauſa aũt per accñs eſt ꝑcipue triplex. ſ. reſudatio rebuatio ⁊ ↄſtrictio: ⁊ ꝑcipue in fructib° plãtarũ. in ꝑma enĩ maturatione reſpſum eſt in fructib° qđdã calidũ qđ nimis facit exhalare humidũ ⁊ remanet ſiccũ fere durũ ⁊ iſipidũ ⁊ nõ bñ cõmixtũ cuz humido: ⁊ poſtea fruct° rebuati acqrũt humidũ ex frigoꝛe qđ naſcit̃ in eis ex ꝑuatione caloꝛis ſolis: q2 humidũ ſubinductũ cõmiſcet̃ ſicco terreſtri ⁊ ſubtiliat ipm̃: ⁊ fac̃ fruct° ſapoꝛoſioꝛes. reſudatio aũt tollit ſupfluũ humidũ: poſt cuius oblationẽ naturale humidũ bñ adiuuat̃ ſicco terreſtri: ⁊ gñat̃ melioꝛ ſapoꝛ. Et his duab° de cauſis meliores ſunt ut frequẽter fruct° in hyeme q̃3 in eſtate. conſtrictio aũt humidi qđ clauſum eſt in ptibus ſubtile facit ↄiũgibile lingue: ⁊ per hoc cauſat meliorem ſapoꝛez. Et

per hoc patet ſolutio ad omnia obiecta.

¶ Utrum ſapor generat̄ ex qualitatibus primis.

**Quarto queritur** De gñatione ſapoꝝ. Et videt̄ ꝙ generant̄ a q̄litatibus p̄mis: q2 ſicut dicit ph̄us in 2° de gñatione ⁊ corruptione. oēs poſteriores ſm gñationē reducunt̄ ad p̄mas. ſapores aūt q̄litates ſunt poſteriores. ergo generant̄ a p̄mis hoc etiā videt̄ per hoc qḋ dicit in fine libri de plātis. ſ. ꝙ mirabolani p̄mo ſunt dulces ⁊ ꝓpter raritatē ligni calor ſolis digerēs ubiq3 ꝯſequit̄ humidū attractū. poſtea vo calor attrahit ſicut ſibi ſiIe ⁊ anguſtat poros arboris ita ꝙ calor nō h̄et ſubintrare ad digeſtionē humidi: ⁊ tūc ex p̄uatione calidi frigiditas ⁊ ſiccitas vincēt calorē ⁊ humorē ⁊ erit tūc fruct⁹ pōticus ⁊ terreſtris ſaporis. deinde vo ſol cū calore ſiccū opilās multū attrahit ad exterius: ⁊ ꝓpter hoc multū incipiūt dn̄ari frigiditas ⁊ ſiccitas interi⁹ ⁊ erit tūc fruct⁹ fortiſſime pōticitatis: tādē reſurget calor nālis iteri⁹ per calorē ſolis ⁊ expulſo frigido icipit adurē ſiccū inuētū in fructu illo ⁊ tūc erit fruct⁹ amar⁹. Ex hijs colligit̄ ꝙ ſapores gñant̄ ex p̄mis q̄litatib⁹. ¶ Sed ꝯtra hoc videt̄ eē qḋ dr̄ in li° de ſenſu ⁊ ſenſato. ubi dic̄ Ar̄: queadmodū aūt colores albi ⁊ nigri ex cōmixtione ſunt ita ⁊ ſapores a dulci ⁊ amaro: ⁊ ſm ꝓportionem in eo ꝙ magis ⁊ min⁹ ⁊ vnuſqſq3 eſt ſm neruos quoſdā mixtionis ⁊ mot⁹ ſil'tū idetermināte. ¶ Solō dicēdū ꝙ dupx eſt gñatio ſapoꝝ. vna per cām efficiētē ⁊ hec eſt a q̄litatibus p̄mis. Alia eſt per mixtionē earūdē que eēntialiter ꝟuant̄ in mixto. ⁊ ſm hoc extremi ſapores ſūt ſimplices ⁊ medij cōpoſiti ab illis. Quātū ergo ad p̄mā gñationē cauſa ſapoꝝ in gn̄e eſt humidū p̄ncipalr̄ ut ſbm ⁊ ſiccū terreſtre illi cōmixtū: ⁊ calidū mouēs ad cōmixtionē. generatio vo ſapoꝝ in ſp̄e ut a cauſa efficiēte eſt ſm ꝙ a calido ſufficiēter digerēte humidū gñat̄ ſapor dulcis: a calido aūt digerēte ⁊ ſubtiliāte humidū aqueū in humidū aereū gñat̄ ſapor pinguis. A calido vo nō digerēte ſed adurēte ſm aliquē modū: ſiqdē cū humido gñat̄ pōticus ſapor. ⁊ ſi eſt cū ſicco gñat̄ amar⁹ uel ſalſū ſi min⁹ adurat ⁊ ſm hāc gñationē loquit̄ Ar̄: in li° de plātis. ſm autē aliū modū loquit̄ in li° de ſenſu ⁊ ſenſato. ⁊ ꝓpter h̄ dic̄ ibi ꝙ ſeptē ſunt ſapores ſicut ſeptē calores ſm ꝓportionē ariſcām: plures aūt erūt ſm ꝓportionē geocām ⁊ ſine ꝓportione ſicut ſupra dixim⁹ in queſtione de colorib⁹.

¶ Utrū guſtus ⁊ tactus h̄nt inſtr̄a ſua circa cor.

**Ultimo queritur** Qualr̄ hoc ſit uerū ꝙ guſt⁹ ⁊ tact⁹ inſtr̄a ſua h̄eant circa cor: Dicit enī ph̄us in li° de ſenſu ⁊ ſenſato. ꝙ tactuale iſtr̄ū eſt magis terre. guſt⁹ aūt ſpēs quedā tact⁹ ſunt. vñ iuxta cor eoꝝ inſtr̄m. ſ. guſt⁹ ⁊ tact⁹. cor enim oppoſitū eſt cerebro ⁊ eſt calidiſſimū ptiū. Sꝫ ꝯtrariū videt̄ eē dictū oīū auctoꝝ qui coiter dicūt neruos ſenſibiles oriri a cerebro ſicut ſpūm aiālē: ⁊ guſtum eē in neruo expāſo in lingua. Silr̄ hoc ꝓbat per expimētū: q2 in lingua ſentim⁹ ſaporē ⁊ nō circa cor. Si forte dicat aliqs ꝙ guſt⁹ eſt ſenſus alimēti. alimētū aūt eſt qḋ h̄et tact⁹ differētes: ⁊ alimētū digerit̄ a calore cordis: ⁊ ideo dicunt̄ guſt⁹ ⁊ tact⁹ h̄ere iſtr̄a ſua circa cor. ¶ Cōtra Galien⁹ dicit ꝙ digeſtio fit a calore qui eſt in epate: ⁊ virt⁹ digeſtiua eſt ibidē ſm ip̄m. ergo magis debet dici ſm hoc ꝙ guſt⁹ ⁊ tact⁹ h̄nt inſtr̄a ſua magis circa epar q̄3 circa cor. ¶ Solō dicit̄ ꝙ guſt⁹ duob⁹ modis accipiat̄. Uno mō ſm ꝙ eſt iudiciū ſaporū ut dicit Ar̄: in 4° ethicoꝝ. ⁊ ſic neruus guſtatiu⁹ p̄ncipiat̄ a cerebro ⁊ expādit̄ in lingua ⁊ palato: ⁊ ſic nō h̄et inſtr̄m circa cor. Alio mō ſm ꝙ eſt ſenſus alimēti ⁊ ſic eſt ſēſus commixti a calido frigido humido ⁊ ſicco. ⁊ quo ad hoc h̄et inſtr̄m ſuū circa cor: ⁊ per oēm eūdē modū diſtiguimus in tactu. ſ. ſm ꝙ eſt iudiciū tāgibiliū: uel ſm ꝙ ip̄ꝫ tāgēs nutrit̄ tāgibilib⁹: ſꝫ de tactu iſra dicet̄. ¶ Ad hoc aūt qḋ obijcit̄ in ꝯtrariū rn̄deo ſm Auicām in li° de aialib⁹. ⁊ ſm Auerr. in cap° de corde qui determināt ꝯtrarietatē Ar̄: ⁊ Galieni dicēs ꝙ in ueritate eſt quedā p̄paratio ad digeſtionē nutrimēti in epate ut dicit Galienus: ⁊ Ar̄: nō cōtradicit. ſꝫ illa p̄paratio nō pōt facē ut illa mā ſit eib⁹ anteq̄3 recipiat formā a calore cordis: q2 ſicut cor formale p̄ncipiū eſt ⁊ effectiuū vite in oīb⁹ mēbris ita eſt etiā formale p̄ncipiū nutrimēti: ſed in ſtomacho quedā eſt p̄paratio in hoc ꝙ ſepat̄ ſuccoſitas ſaſanaria ab ipuro eijciēdo: que ſuccoſitas per uenas q̄ſdā attrahit̄ ad epar ⁊ ibi accipit p̄parationē ulteriorē: cōpletiuā aūt formā cibi accipit a calore cordis: ⁊ quo ad hoc guſtus ⁊ tactus dicunt̄ habere inſtrumenta ſua circa cor.

¶ Utrum humidum aqueum eſt humidū in guſtu.

**Deinde queritur** De guſtu ex pte medij. Videt̄ aūt ꝙ mediū in guſtu ſit humidū aqueū. Dicit aūt ph̄us ꝙ hoc eſt iſipidū. vñ ſic aer ſe h̄et ad colores qḋ eſt mediū eo ꝙ nulli⁹ coloris eſt: ſꝫ eſt ſuſceptibilis oīum coloꝝ: ita humidū aqueū ſe h̄et ad ſapores: ⁊ ita eē videt̄ mediū in guſtu. ⁊ hoc etiā videt̄ p Auicām dicēte ꝙ guſt⁹ eget medio qḋ recipiat ſaporem: ⁊ ſic in ſe nō h̄ns ſaporē: ⁊ hoc eſt humor ſaliue qui ꝓuenit ex iſtr̄is ſaliualib⁹. ¶ Itē videt̄ p Ar̄: i 2° de aīa ubi dr̄ ꝙ ꝓpriū guſt⁹ eē videt̄ potabile ⁊ nō potabile. nō potabile aūt dr̄ prau⁹ ⁊ corrupt⁹ guſtus. potabile aūt eſt humidū aqueū. ⁊ hoc videt̄ per rōnē. humidū enim eſt penetratiuū ꝓpter ſubtilitatē. Cū igit̄ ſapor h̄eat penetrare uſq3 ad neruū lingue: ⁊ hoc nō pōt eē niſi per humidū: ⁊ ſic videt̄ humidū aqueū eē mediū in guſtu. ¶ Sꝫ ꝯtra ponam⁹ ꝙ aliq̄ ſaporoſa pſe ſint humida ſicut vinū ⁊ huiuſmodi, illa igit̄ pſe pn̄t penetrare ad linguā ⁊ ſic nō indigēt humido ſaliuali qḋ dicit̄ eē mediū i guſtu. ¶ Preterea qḋ eſt Auice utrū humor aque⁹ recipiat ſaporē in cōmixtione ptiū rei ſaporoſe uel ſine cōmixtione ptium rei ſaporoſe ſed tm̄ per mutationē ſaporis quo immutat ip̄m humidū: ſicut color aerē. Si p̄mo mō tūc nō videt̄ humor eē mediū neceſſariū: ſꝫ ad facile ꝯiūgendū ſaporē cū lingua ⁊ hoc ideo eſt q2 alr̄ eſt ſēſatū in medio ⁊ aliter in ſenſibili p̄mo. In medio eni eſt in potētia tm̄ ſicut color eſt in aere. In ſēſibili aūt p̄mo mō eſt in actu. cū autē ſapor cōmixt⁹ humori aqueo ſit actu i humore tali: nō erit in ipſo ut in medio tm̄. Si ſcd̄o mō tūc ſapor aut eſt in humido ſm ſui eēntiā aut nō. Si p̄mo mō tūc nō eſt mediū ſꝫ mā. Si ſcd̄o mō tūc ſaporoſū poſitū ſup linguā ſine medio nō ſētiet̄. qḋ falſū eſt q2 ſm hoc guſt⁹ nō eēt tact⁹. ¶ Solō dicēdū ꝙ mediū in guſtu eſt humidum aqueū aut ex iſtr̄is ſaliualib⁹ ſūptū ab extrinſeco. Eſt autē mediū ⁊ mā ⁊ nō mediū tm̄: ſicut aer in auditu: qui eſt mediū audiēdi ⁊ mā ſoni: ⁊ nō ſicut in viſu in quo ē aer mediū tm̄ ⁊ nō mā coloris: ⁊ ꝓpter hoc dic̄ Auica ꝙ meli⁹ videt̄ ſibi ꝙ ſit mediū ad h̄ ꝙ ſapor facilr̄ ꝯiūgat̄ cum lingua: ſine quo ſi ſapor poſſet penetrare linguā: imutaret neruū guſtatiuū lingue. Et p hoc patet ſolō ad id qḋ querit̄ p̄mo. ſ. qd ſit mediū i guſtu. ¶ Ad illō qḋ poſtea querit̄ dicēdū ꝙ ſapores nō gñant̄ i aliquo humido tm̄ ſꝫ oportet plures cās eē: ⁊ pp hoc oportet ꝙ ptes poroſe cōmiſceant̄ humido ad hoc ꝙ fiat actu ſaporoſum. ⁊ bn̄ ꝯcedim⁹ id qḋ obijcit̄ ꝙ ſapor nō eſt in ipſo ut in medio tm̄: ſꝫ etiā ut in mā. ſic aūt de alijs ſēſib⁹ dictū eſt ita guſt⁹ eſt guſtabilis ⁊ nō guſtabilis. Nō guſtabile aūt dr̄ trib⁹ modis. ſ. p p̄uationē h̄i⁹ ſicut iſipidū eſt nō guſtabile: ⁊ p p̄uationē armonie ad ſenſū ſicut excellēs eſt nō guſtabile qḋ corrūpit guſtū: ⁊ p p̄uationē armonie ad imutationē guſtus ſm debilitatem immutantis ſicut non guſtabile dicit̄ quod prauum habet odorem.

¶ Queritur quid eſt tactus.

**Conſequēter querit̄**

de tactu. Et queruntur quinque. ſ. quid eſt tactus. ⁊ Utrum
tactus ſit vnus ſenſus uel plures. Et quid eſt organum
in tactu. Et quid eſt medium in ipſo. Et quid eſt tangi/
bile proprium.

a D primum proceditur ſic
ſicut dicit Auic^a: ꝙ tactꝰ eſt vis ordinata in ner
uis cutis totius corpis ⁊ eius carnibꝰ ad apphēdendū il
lud qđ tāgit illud ⁊ afficit ꝯtrarietatē pmutātē cōplexio/
nē ⁊ affectionē cōpōnis. ¶ Itē Algazel ſenſus tactꝰ eſt
virtꝰ diffuſa per oēm carnē ⁊ cutē per quē apphendit ca
lor ⁊ frigiditas: humiditas ⁊ ſiccitas: duricies ⁊ mollicies:
aſpitas ⁊ lenitas: grauitas ⁊ leuitas. ¶ Preterea ꝯtra p
mā harū diffinitionū obijcit ſic. Dicit Ariſ: in pº ſcđi de
aīa. ſilr hēt ſicut ad ptē pars ⁊ totꝰ ſenſus ad totū corpus
qđ eſt ſenſitiuū ſm ꝙ huiuſmodi. hoc eſt ſicut aīa ſenſi/
bilis pfectio eſt totius corpis ſentiētis: ita ptes eius pfe/
ctiones ſunt ptiū. igit cū tactꝰ ſit ps aīe ſenſibilis: erit pfe
ctio ptis corpis ſentiētis. ergo nō erit vis ordinata in ner
uis cutis totius corpis: ⁊ in oībꝰ carnibꝰ corpis ſentiētis.
¶ Itē videt tactꝰ eē ordinatꝰ nō tm̄ in neruis carnalibꝰ
ſed etiā in organis alioꝝ ſenſuū. Quicqđ enim eſt ut fū/
damētū ad alterū: poſito illo cuius eſt fundamētū ponet
⁊ illud qđ dicit fundamētū de neceſſitate. ſed nō ꝯuertit
eſt actꝰ eſt ut fundamētū ad oēs ſenſus. ergo quocūq; ſē
ſu poſito in aliquo organo de neceſſitate ponet ⁊ tactꝰ ſ;
nō ꝯuertit. ſed viſus eſt in oculo ergo ⁊ tactꝰ. ¶ Prete/
rea nos aſſentimus tactū in oculo ⁊ ſubtiliſſime. Prete/
rea in pº de ſomno ⁊ vigilia dicit ꝙ ſenſus ſunt ſilr acuti
ui ei que per tactū exercet. i. opatiui cōparati cū compa/
tione tactꝰ. opatio enim tactꝰ ſepat ab alijs organis ſenti
endi. Alioꝝ vero opationes ab ope tactꝰ non ſepant eo ꝙ
tactꝰ eſt fundamētū ad alios ſenſus. ⁊ ex hoc accipit idē
qđ prius. ¶ Itē in 2º de aīa dicit Ariſ: ꝙ ſicut ſe hēt aīa ſē/
ſibilis ad uegetabilē: ſic ſe hñt ceteri ſenſus ad tactū: ſed
aīa ſenſibilis inſepabilis eſt a uegetabili. ergo ceteri ſē/
ſus erūt inſepabiles a tactu: ⁊ ſic iterū habet ꝙ in quocū
q; organo erit aliqs aliorum ſenſuū in eodē erit tactus.
¶ Preterea querit que ſit dria inter id qđ dicit Auic^a:
ꝙ tāgit illud ⁊ afficit ꝯtrarietate pmutāte. ſicut enī viſus
apphēdit viſione exñte ſm actū ſic actꝰ videt apphendē
tāgēte aliquo ſm actū: ⁊ ita ſupflue addit qđ ſeqtur ⁊ af/
ficit id ꝯtrarietate pmutāte. ¶ Preterea ſicut dicit in 5º
⁊ 6º phi. tāgē eſt ultima ſilr hēre ſed hoc etiā ꝯuenit ma/
thematicis ut dī in pmo de gñatione ⁊ corruptiōe. ergo
videt ꝙ actu poſſumꝰ ſentire mathe^{ca} qđ falſum eſt. In
mathematicis enim nō ſunt q̄litates ſenſibiles. ⁊ nihil ſē
tit ſine q̄litate ſēſibili. ¶ Preterea querit de hoc qđ di/
cit ⁊ afficit ꝯtrarietate pmutāte. ſenſitiuū enī ſe hēt ad ſē
ſibile ut puatio ⁊ mā ⁊ nō ut ꝯtrariū ut dicit Ariſ: in liº 2º
de aīa capº de guſtu. linguā enī oportet nō actu eſſe hu
midā nec iponibile eſt eē ad hoc ut fiat actu humida. ſilr
oculus nō hēt actu colorē: ſed pōt hēre ipm. ergo ſilr in
tactu ſenſibile nō erit ut ꝯtrariū pmutās ſed ut hiꝰ ſe ha
bebit: ⁊ ſenſitiuū ut mā ſub puatione. ¶ Preterea que/
rit que dria ſit in hoc qđ dico cōplexionē ⁊ affectionem
cōpōnis. Cōplexio enī videt q̄litas corpis ſentiētis ex
cōmixtione humoꝝ. ⁊ ſic videt cōplexio relinquē cōpō/
nem ut priorē nām. ergo cōpoſitio nihil addit ſup cōple/
xionē ⁊ ſic ſupfluū ponit in diffinitione. ¶ Solo dici/
mus ꝙ tactꝰ duo hēt de rōne ſui. quoꝝ vnū eſt ꝙ eſt tan
gibiliū iudiciū: ⁊ ſic eſt potētia ⁊ ps aīe ſenſibilis. Alterū
eſt eē ⁊ pfectio a quo ſumit ſermo diffinitiuꝰ aīe ſēſibilis
⁊ ſic nō eſt ps aīe ſenſibilis: ſed eſt illud qđ cōſtituit ipā
⁊ facit eē ſenſibilē aīā. Et hoc patet duabꝰ rōnibꝰ. Qua/
rū vna eſt neceſſaria. ſ. ꝙ tactu poſito ponit aīal: ⁊ deſtru
cto tactu deſtruit aīal: ⁊ ſic nō eſt in alijs ſenſibꝰ. ſ. in au/
ditu viſu odoratu ⁊ guſtu niſi ſm ꝙ guſtꝰ eſt qdā tactus.
Cū igit ppter ſenſum aīal ſit aīal ut dicit Auic^a. tactus
erit ſenſus per quē aīal eſt aīal. cū aūt ſenſibile diffiniti/
uū ſit aīalis: tactꝰ erit ſenſus a quo eſt ſēſibile qđ diffinit
aīal. ⁊ hoc eſt qđ dicit Ariſ: in 2º de aīa. viuē ppter hꝰ pn
cipiū. ſ. q: uegetabile ineſt viuētibꝰ. ſ. plātis. aīalis autē
ſupple viuē eſt ppter ſenſibile pmū. ⁊ nāq; multa aīaliū
manētia aūt cū ſint nā hñt hūc ſolū ſenſū. ſenſitiuū aūt
ineſt pmo hoībꝰ tactꝰ. ſicut aūt uegetatiuū pōt ſepari a ta/
ctu ⁊ oī ſenſu ſic ⁊ tactꝰ a ſenſibꝰ alijs. Alia rō eſt per ſili/
tudinē: q: ſicut in ptibꝰ aīe uegetabilis gñatiua eſt a quo
ſumit diffinitio aīe uegetabilis ⁊ eſt pfectio ipſius: eo ꝙ
vnūqđq; dicimꝰ pfectū dū pōt facere ex ſe alterū tale q̄/
le ipm eſt: ſicut etiā patet in ptibꝰ aīe ſenſibilis. tactꝰ eſt eſ
ſe ⁊ pfectio ſenſibilis aīe ſm genꝰ ſuū: eo ꝙ aīal pfectam
nām aīalis dicimꝰ hēre qñ tāgēdi hēt ſenſum. ¶ Ad p
mū dicimus ꝙ cū tactꝰ pfectio ſit totius aīalis oportet ip
ſum nō tm̄ eē in organo vno ſed in oībꝰ ptibꝰ corpis ſm
aliquē modū ut infra dicet: ⁊ per hoc patet ſolo ad ſequē/
tes. Tactꝰ enī ſm ꝙ eſt pfectio aīalis fundamētū eſt alio
rū ſenſuū. ¶ Ad aliud qđ querit que ſit dria iter id qđ
tāgit illud ⁊c. dicēdū ꝙ ſicut diſtinguit Ariſ: in pº de ge/
neratione ⁊ corruptione tāgēs ⁊ tactū ſe hñt ſicut mouēs
⁊ motū. eſt enī qđdā mouēs nō motū ſicut mouēs pmū
⁊ eſt quoddā mouēs motū ſicut eſt mouēs in gñatiōe ⁊
corruptione. cū enī frigidū mouet calidū tūc etiam mo
uet ab ipſo. ſilr eſt de tāgēte ⁊ tactu. Aliqđ enim tāgit cu
ius ultimū nō hēt ꝯtrariū: ⁊ illud nō imutat per tactū ⁊
ppter hoc dicit ꝙ tāgit nō tactū: q: nō tāgit niſi tactu me
thaphorico. ⁊ hoc mō celū tāgit ignē. cū enim celū nō re
cipiat impſſiones pegrinas: celū nō imutat ab igne: ⁊ ſic
nō tāgit ab ipſo phīce ſed metha^{ce}. ignis enī bñ recipit
impſſiones a celo: ⁊ ſic ignis tangit a celo. Cū aūt ignis
tāgit aerem: tūc utrūq; tāgit phīce: ⁊ tāgit ab utroq;. vlti
mū enī ignis mutat ſm humidū qđ eſt in ultimo aeris
⁊ ultimū aeris imutat ſm ſiccū qđ eſt in ultimo ignis.
¶ Ad hoc aūt qđ Auic^a diſtinguit iter tactū nālē ⁊ ma/
the^{m} poſtq̄ dixit ꝙ tāgit illud addidit ⁊ afficit ꝯtrarieta
te. nō enim ſufficit ꝙ ultimū tāgibile ſit cū ultimo tāgē/
tis: ſed oportet ꝙ tactꝰ a q̄litate tāgibili imutet ⁊ afficia/
tur. ¶ Ad illud qđ obijcit ꝙ ſenſus eſt ut puatio ⁊ mā
ad ſēſibilia ⁊ nō ut ꝯtrariū dicēdū ꝙ aliter eſt in ſēſu iſto
⁊ in alijs ut patet ex pdictis. non enim ſenſus iſte tm̄ eſt
potētia aīe ſenſibilis ſed etiā eſt actꝰ ⁊ forma corpis ſenti
entis: ⁊ ideo eſt corpꝰ ſentiēs de neceſſitate ſic cōmixtū
ex ꝯtrarijs ut dicit Ariſ: in 3º de aīa. erit iſte ſenſus ſemp
exñs in cōmixto corpe. cū aūt nihil ſit imutabile a ſili ſ;
potius a ꝯtrario oportet ꝙ imutās ſenſū ſit ꝯtrarium ⁊
ideo calidū ſilr cōplexionē nō imutat: ſed potius calidū
excellēs. ⁊ ſilr eſt de frigore ⁊ alijs q̄litatibus tactus. ha/
bet tm̄ ſimile puationi hoc mō quo mediū puatio eſt ex/
tremoꝝ. ¶ Ad illud qđ querit de dria complexionis ⁊
cōpōnis dicēdū ſm Auic^{am} capº de tactu. ꝙ cōplexio re
fert ad cōmixtionē mēbroꝝ ſiliū. ſ. carnis ⁊ oſſis neruī
⁊ uene ⁊ huiuſmodi. cōpoſitio aūt refert ad cōpaginatio
nem mēbroꝝ diſſiliū: ſicut caro ⁊ os ⁊ manus ⁊ brachi
ū ⁊ huiuſmodi: ⁊ ſic patet ꝙ cōpō addit ſup cōplexiōē.

¶ Utrum tactus eſt vnus ſenſus.

s Ecundo queritur Utrū ta/
ctꝰ ſit vnus ſenſus uel plures. Et videt ꝙ ſit vnꝰ
Probat enī Ariſ: in fine ſcđi de aīa ꝙ nō ſunt ſenſus p̄/
ter quinque. Si aūt tactꝰ eēt plures ſenſus: ſequeret ꝙ eſ/
ſent plures ſenſus q̄ quinque. ergo tactꝰ nō eſt plures ſen
ſus. ¶ Preterea ſenſus eſt vnꝰ tāto magis quāto magis
ea que ſunt ad ſenſū ſunt magis vnita. In tactu aūt me
diū ꝯiunctū eſt organo: ⁊ ipm mediū ⁊ organū cōmixta
ſunt ex q̄litatibꝰ tāgibilibꝰ: ⁊ ita videt ꝙ in tactu ſūt vni/
ta tāgibilia ⁊ medium tāgendi ⁊ organum: ⁊ hoc nō eſt
in alijs ſenſibus: ergo tactus non eſt magis vnus ſen/
ſenſu uel diuerſis.ſi diuerſis tūc eēt ſicut ſi ego ſentirem
albū ꝛ tu dulce.Et ex hꝯ neuter noſtroꝝ cognoſceret dr̃iā
que eſt inter album ꝛ dulce.ſi aūt vno tūc oportet ꝙ ipſe
vnus ſenſus appꝑhēdat utrūꝗ̄.q: aliter nō poneret alte/
rationē ꝛ ꝯuenientiā inter ea:ꝛ ſic ſenſus cōis erit oīum
ſenſibiliū ꝓprioꝝ que dicit altera uel eadē inuicem eſſe.
❡Preterea diuerſitas ꝛ ꝯueniētia relationes ſunt que
nō cognoſcuntˀ ſine relatiuis in qbus ſunt:ergo diuerſi
tas ꝛ ꝯueniētia que eſt inter ſenſibilia ꝓpria nō cogno/
ſcitur ſine cognitione ſenſibiliū ꝓprioꝝ:ſed dr̃iam ꝛ cō/
uenientiā inter ſenſibilia ꝓpria cognoſcimus per ſenſū
cōem:ergo ꝛ ſenſibilia ꝓpria erūt de cognitione ſenſus
cōis.❡Preterea ꝓbat phus ꝙ ſentire actus ſenſuū ꝓ/
prioꝝ ꝑtinet ad ſenſum cōem:ꝛ cum dicitˀ video me vi/
dere ꝛ ſentio me audire ꝛ hec eſt ratio ſua.Nullius ſen
ſus ꝓprij duo ſunt obiecta:ſed vnum ꝓportionatˀ orga/
no illius ſenſus:actus aūt nō eſt idem cū obiecto:vide/
re enim nō eſt idem cum colore:ergo videtˀ ꝙ nō ꝑtine
at ad ſenſum ꝓpriuꝫ ſed ad cōem cognitionē ipſius act⁹
❡Preterea quicqd videtˀ uel color eſt uel colorem ha/
bet:uel eſt actus coloris qui eſt lumē.Actus aūt vidēdi
neꝗ̄ color eſt neꝗ̄ colorē habet neꝗ̄ eſt actus coloris q
eſt lumen:ergo nō ſentitˀ viſu ſed ſentitˀ ſenſu cōmuni:ꝛ
ſimiliter eſt de actibus alioꝝ ſenſuum.❡Sed ꝯtra hoc
eſt ꝙ ipſe potētie diffiniuntˀ per actus.Actus autē per
obiecta.ſi igitˀ ſenſus cōmunis ſunt tres:actus illi.ſ.qui
dicti ſunt:habebit ſenſus cōmunis tria diffinitiua quod
eſſe nō pōt.❡Preterea vnius potētie vnicus eſt actus
ſenſus cōmunis eſt potētia vna:ergo ſuus erit act⁹ vnus.
❡Item ſi vna potētia nō pōt cōuerti ſup actum ſuum:
tūc neꝗ̄ ſenſus cōmunis cōuerteretˀ ſup actum ſuum:ꝛ
ita oportebit nos habere alium ſenſum quo appꝑhendi/
mus actus ſenſus cōmunis:ꝛ iterum alium quo appre/
hendimus actus illius:ꝛ ſic ibimus in infinitū.❡Pre
terea queritur cum dicitur.video me videre uel ſentio
me videre Utruꝫ eadem apprehenſione numero perci/
piatur actus ꝛ obiectum uel diuerſa.Si eadem tunc

nihil eſt dicere q ſenſu cōi ſentiam me videre uel audi-
re: q: vidēdo album video me videre albū. Si vo diuer
ſa tūc opoꝛtebit diuerſo tpe iudicare actū ⁊ obiectum qd
videt eſſe incōueniēs: q: ſic videret ire in infinitum: qa
illum actū opoꝛtebit nos iterū alio actu iudicare ⁊ illum
iterum alio. ¶ Solutio dicendū q tres actus ſunt ſen-
ſus cois ut pbatū eſt per rōnes phi: ſed non eodem mō
cōueniūt ſenſui cōi. Apphēſio enim ſenſati ſenſus cois
eſt actus ſuus pſe ⁊ per illū diffinit. Apphēſio aūt ſenſa
ti pprij ꝯuenit ei per poſterius.ſ.inquātū ſenſatū ppriū
eſt in ſenſato cōi ut in ſbto: ſed apphēſio actuū ꝯuenit ei
per accñs.ſ.inquātū vnuſqſq; ppꝛioꝛ reducit in ipſuz. ſi
cut enim dicit Auicª: oēs ſenſus pprij oriunt a cōi ⁊ re
uertunt ad ipm cū lucro: ⁊ per hoc patet ſolō ad primū.
¶ Ad aliud dicendū q vnus actꝰ pſe eſt vnius potētie
ſed plures per poſterius. ¶ Ad aliud dicēdū q eodem
viſu ſm actū video me videre albū quo video albū: ſm
q reductū eſt in ſenſum cōem: ſicut enim pbatū eſt ſup
ſenſus ⁊ ſenſibile idē ſunt actu: q: actꝰ qñq; noiatꝰ eſt ex
pte ſenſibilis ⁊ ex pte ſenſuū. Jn auditu ſonatio ⁊ audi-
tio. Jn viſu aūt ex pte ſenſus dicit viſio: ex pte ſenſibilis
aūt nō habet nomē. vñ cū videre nihil aliud ſit q̄ʒ uti vi-
ſu in pceptione viſibili nō opoꝛtet aliū actum habere ad
cognitionē illius actꝰ. Uel dicat melius q ad cognitio-
nem obti exigit actꝰ per quē eſt ꝯuerſio ſup obm: ſʒ qa
actus immediate egredit a potentia: pter hoc ad cogni-
tionem actus non exigitur alius actus.

¶ Utrū ſenſus cōmunis in vno tempore appꝛehen
dat diuerſa ſenſata.

**S Ecundo queritur** Utrū ſē-
ſus cois vnus exñs in vno tpe apphēdat diuer
ſa ſenſata. Et videt q nō. vnū eniʒ ſimplex eſt actu vnū
ſed ſenſus cois potētia paſſiua eſt ⁊ efficit in actu per ſē-
ſibile: g videt q per diuerſa ſenſibilia diuerſa ſit in actu:
⁊ ita nō vnus actu exñs iudicat diuerſa. Judicādo enim
diuerſa per diuerſa: per diuerſa efficit in actu. ſilr videt
q nec in eodē tpe iudicet diuerſa tpe: q: in eodē tpe non
pñt eē diuerſa ſm actū. ¶ Preterea qñq; diuerſitatē po-
nit inter ꝯtraria: etſi iudicādo ꝯtraria eēt ſm utrunq; in
actu: ⁊ tūc ſimul in eodē ⁊ in vno tpe eēnt ꝯtraria. qd nō
pōt eē. ¶ Si foꝛte diceret q ſenſus cois vnus eſt in po-
tētia ⁊ duplex in oꝛgano ſicut viſus: q: hēt duos oculos.
hoc nō pōt eē: q: ſenſus cois apphēdit ſenſata oium ſen-
ſuū ppꝛioꝛ: ⁊ ſic reſpectu cuiuſlibet opoꝛteret q darētur
ei duo oꝛgana que in nullo differrēt ab oꝛganis ſenſuuʒ
ppꝛioꝛ: ⁊ ſic etiā ſenſus cois in nullo differret a pprijs.
¶ Si iterū diceret q ſenſata ppꝛia vniunt qñ ueniunt
ad ſenſum cōem: tūc illa vnio uel erit ex pte ſbti.ſ.q: ſūt
in ſbto vno ⁊ tunc tenēt phabite rōnes.ſ.q idē numero
ſbm ⁊ q idē hēbit in ſe diuerſas foꝛmas per quas eſt in
actu coelemētares ⁊ ꝯtrarias. Aut vnio eſt ex pte ſenſibi-
liū.ſ.q miſceant: ⁊ tūc ſicut mixta nō ſentiunt in actu p
pꝛio ſed in actu mixti: ita ſenſus cois ſenſata ppꝛia nō iu-
dicabit pſe ſed per pꝛias rōnes: ſed in rōne cuiuſdā cō-
fuſi qd ꝯſtituit ex oibus ſenſibilibꝰ qd iterū patet eē fal-
ſum. ¶ Si pter hoc aliqs dicat q ſenſus cois ſimul ⁊
ſemel nō hēt diuerſa ſenſibilia in ſe ſʒ ſucceſſiuē. ¶ Cō-
tra ꝯſtat q vno ⁊ eodē numero ponit idētitas ⁊ diuerſi-
tas inter eadē ⁊ diuerſa ſicut ſup habitū eſt: ⁊ non ponit
idētitas ⁊ diuerſitas niſi cognitis eiſdē ⁊ diuerſis. Cogni-
tis aūt eiſdē ⁊ diuerſis efficit in actu ab eiſdē ⁊ diuerſis:
ergo vnū ⁊ idē numero eſt actu eadē ⁊ diuerſa. Qd aūt
in vno ⁊ eodē nō ſic pbat. Jn hoc enim nūc iudico eē di
uerſum albū ⁊ dulce: ⁊ nō iudico eē diuerſuʒ albū a dul-
ci niſi cognoſcēdo albū ⁊ dulce. ergo in hoc cognoſco al
bū ⁊ dulce cognoſcēdo albū ⁊ dulce. ſenſus cōmunis eſt
in actu per albū ⁊ dulce: ergo in hoc nūc ſēſus cois actu
eſt albū ⁊ dulce. Et idē argumētū tenet de iudicio cōtra-
rioꝛ qd ſit per ſenſum cōem. ¶ Solō huius qōnis du-
plex eſt tradita ab Arꝫ: in fine ſcdi de aia: ⁊ in fine de ſē-
ſu ⁊ ſenſato. qrū vna eſt ex pte ſenſus cois. altera ex par-
te obti ſui. Ex pte ſenſus cois eſt hec q ſenſus cois vno
mō eſt vnus ⁊ alio mō eſt plures ſm actuʒ. Cōſideratur
enim in ſe ⁊ ſic eſt vnus. cōſiderat autē in pportione ad
ſenſus pticulares qui oriunt ab eo ⁊ reuertunt ad ipm:
⁊ ſic eſt plures ⁊ diuiſibilis: ⁊ ſilr huius eſt in cētro circu
li a quo egrediunt linee ad circūferētiā. ſi enim punctus
ꝯſideratus eſt in ſe tūc eſt vnus. ſi aūt in compatione ad
lineas: tūc eſt in rōne multiplicis pncipij. Ex pte obti ſi
militer eſt duplex ꝯſideratio. ſi enim magnitudo ſubie-
cti que eſt obm ſenſus cois cōſiderat in ſe tūc eſt vnum
ſenſatū ſenſus cois. Si vo cōſideret per reſpectū ad ſen
ſata ppꝛia que ſunt in ipſo.ſ.albū ⁊ dulce ⁊ huiuſmodi:
tūc eſt in rōne pluriū. Cū vo ꝯuertit ſenſus cois ad ſen
ſatū duplr pōt cōuerti ut ad vnū uel ad multa que vniū-
tur in vno. Si pmo mō tūc eſt in vno indiuiſibili tpe. ſi
ſcdo mō tūc nō eſt in vno indiuiſibili tpe qd ſic pbatur:
ꝯuertat enim ſenſus cois ad ſbm aliqd in quo eſt albuʒ
⁊ dulce: ponēdo idētitatē uel diuerſitatē iter ea per ſbm
illud: tūc ſbm illud erit q̄ſi pūctus ꝯtinuās albū ⁊ dulce.
Cū igit nō ſit idē reſpectꝰ ad dulce ⁊ ad albū opoꝛtet ſub
iecto vno ⁊ eodē bis uti.ſ.in pportione ad albū ⁊ in pro-
portione ad dulce: ergo qeſcere accidet de neceſſitate: ⁊
ita motus ad albū ⁊ motus ad dulce nō erūt in eodē tpe
nō interrupto ſed in ſequētibus tpibus: ⁊ hoc eſt qd di-
cit Arꝫ: in 2º de aia in ſolutione eiuſdē qōnis ſicut dicūt
qdā. Pūctū inquātū vnū eſt ⁊ nō duo ſic ⁊ indiuiſibile.
indiuiſibile aūt ſm q indiuiſibile eſt: vnū eſt diſcernēs
⁊ ſimul. Scdm illud vo qd eſt diuiſibile nō vnū eſt: bis
enim utimur eodē ſigno ſimul. Jnquātū enim duobus
utimur termino vno: duo iudicat ſepata ſunt in nō ſepa
to. Jnquātum vo vnū vno ⁊ ſimul iudicat: poſſet dici tñ
q ea inter que ſenſus cois ponit ꝯueniētiā ⁊ diuerſitatē
ſunt oꝛdinata: ⁊ ſenſus cois mouet ab vno in alterum: ⁊
ſic nihil phibet vnū motū eē ſup duo ⁊ in eodē tpe. Di-
cēdū ergo ad pmū q diuerſa ſenſibilia ex quo ſimul nō
ſunt ſm actū in ſenſu cōi ſicut obiectio pbat: ſed diuerſa
ſenſibilia hñtia oꝛdinē ad vnū in quo ſunt ut in ſbto bñ
pñt eē in ſenſu cōi actu per ſpēm illius obti. Siliter etiā
diuerſa ſenſibilia hñtia oꝛdinē ad ſe inuicē ita q iudiciū
ſenſus cois trāſeat ab vno in alterū bñ pñt eē in ſenſu cō-
muni. Cum enim ois rō ꝯueniētie ⁊ differētie ſit in cō-
paratione ad aliqd vnū ⁊ idē illud erit pncipium cogno
ſcēdi ꝯueniētiam ⁊ diam: ⁊ ſic ſenſus cois ſpēm illius in
ſe habet ut actuʒ ſimplr. Alioꝛ aūt ſpēm habet ut actum
qui nō eſt actus ſimplr ſed per reſpectū ad illuʒ. Et per
hoc etiam patet ſolutio ad ſcdm: q: ſicut eſt identitas ⁊
diuerſitas in actu ſenſus cois: ita eſt etiam diuerſitas ⁊
idētitas in tpe qd menſurat illum actum: ⁊ per hoc patet
ſolutio ad totum.

¶ Utrum ſenſus cōmunis eſt uerus.

**T Ertio queritur** Qualiter con
tingit ſenſum cōem eſſe uerū ⁊ falſum: ⁊ mētiri
⁊ uerū dicere. videt enim q ſit ſemp uerus: q: ſenſus cō-
munis accipit a ſenſu ppꝛio ſenſatū ppꝛiū circa qd non
eſt erroꝛ: ergo nec circa ſenſum cōem erroꝛ erit. ¶ Jteʒ
ſenſibile mouet ſenſum cōem ut habitū eſt ſupra. ſenſibi
le aūt ſemp eſt cum pñtia mãe: ergo illud qd mouet ſen
ſum cōem erit cum pñtia materie: ſed pſens in materia
ſemp eſt uerū: ergo ſenſus cois ſemp erit uerū. ¶ Jteʒ
qcqd eſt in re demōſtrabili eſt uerū ⁊ nō falſum: omne
pſens eſt in re demōſtrabili: ergo omne pſens in re eſt
uerum ⁊ nō falſum. ſenſus aūt cois eſt in re pſente tñ:
ergo ſenſus cōmunis eſt uerus tm ⁊ non falſus. ¶ Sed
cōtra hoc eſt qd dicit Arꝫ: q uerū ⁊ falſum ſunt ſm ſen-
ſum cōem in 3º de aia ſic. q qdā albū nō eſt nō mētit:

inquātū aūt hoc eſt albū mētit̄: ⁊ ita pticulariter motus ⁊ magnitudo accidūt ſenſibus circa que eſt maxime deci pi ſ̄m ſenſum. ¶ Solō dicēdū ꝙ ſenſus cōis hēt plures act⁹ ut ſup̄ determinauimus. quoꝝ vnus eſt cōponere ⁊ diuidere ſenſata ꝑpria cū ſenſato cōi ⁊ ad iuicē ⁊ ex hoc actu accidit ei mētiri ⁊ uerū dicere. Qn̄ ꝟo cōponit ſ̄m ꝙ eſt in re tūc uerū dicit. qn̄ ꝟo aliter q̄ȝ in re tūc mētit̄ ⁊ decipit̄: ſicut qn̄ cōponit actuȝ mellis ad ſubam fellis mel eſſe fel arbitramur ꝑpter deceptionē. ¶ Ad primum ergo dicēdū ꝙ ſenſus ꝑprij ueri qdē ſunt: q: nihil ponūt: ⁊ lȝ ſenſus cōis moueat̄ a ſenſibilibus ꝑprijs: tn̄ decipit̄ nō ſ̄m ꝙ mouet̄ ab ipſis: ſed inquātum cōponit ſenſata ꝑpria. ¶ Ad aliud dicenduȝ qd̄ p̄ſens eſt in re eſt ſimpliciter ⁊ ab hoc non eſt deceptio ſed ab eo ꝙ ſenſus cōis addit ſup̄ rem qd̄ eſt cōpoſitio ⁊ diuiſio ſenſuū: ⁊ per hoc patet ſolutio ad ultimum.

¶ Queritur quid ſit potentia imaginatiua.

# Einde tranſeundū

d eſt ad partes aīe ſenſibilis que ſunt app̄hēſiue deintus: que ſ̄m ph̄os ſunt imaginatio fantaſia eſtimatio memoria ⁊ reminiſcētia. de q̄bus ſ̄mo agēdū eſt ſigillatiȝ ⁊ poſtea in cōi. Primo ergo querendū eſt de imaginatione. Et querunt̄ q̄tuoꝛ. ſ. quid ſit. ⁊ qd̄ ſit eius obiectuȝ. ⁊ quid oꝛganum. ⁊ quis actus.

## Ad primum proceditur ſic

a dicit Algazel. Imaginatiua eſt virtus retētiua eius qd̄ impſſum fuit ſenſui cōi. ¶ Itē Auic^a. foꝛmam ſenſibilē retinet illa virtus que uocat̄ foꝛmalis ⁊ imaginatio ⁊ nō diſcernit illam ullo modo niſi q: tn̄ retinet. ¶ Sed cōtra hoc obijcit̄ ſic: potētie diffiniunt̄ per obiecta. Cum igit̄ ſenſus cōis recipiat foꝛmā ſenſibilē nō videt̄ diuerſificare ab imaginatione. hoc etiā videtur per Auic^am qui dicit ꝙ ſenſus cōis ⁊ imaginatio ſunt quaſi vna virtus. ¶ Preterea videt̄ ꝙ imaginatio non differat a fantaſia. Dicit enim Ar̄: ꝙ fantaſia eſt potentia ſ̄ȝ quam fantaſia nobis ſit. fantaſia aūt eſt foꝛma ſenſibilis: ergo videt̄ ꝙ imaginatio idem ſit cū fantaſia. ¶ Itē hoc idē videt̄ per Ar̄: in 3° de aīa. ubi diſtinguit medias potētias inter intellectū ⁊ ſenſum: ⁊ nō ponit diuerſas potētias imaginationē ⁊ fantaſiā. ¶ Itē in cap° de memoria ⁊ reminiſcētia videt̄ dicere ꝙ imaginatio ⁊ fantaſia non differūt ſb̄to ſed rōne nōis tm̄ per hec uerba ut in tabula ſcriptū aīal: ⁊ aīal eſt ⁊ imago: ⁊ idē ⁊ vnuȝ hec utraq̄ ſunt. eē tn̄ nō idē eſt utriſq̄ȝ: ⁊ eſt ꝯſiderare ⁊ ſicut aīal ⁊ ſicut imaginē: ſic ⁊ in nobis opoꝛtet fantaſma rimari ⁊ ipſius qdē eſſe p̄ſe quādā ꝯſiderationē: ⁊ etiā alterius fantaſma ſ̄m qdem ſeip̄m ſpeculatiōe ut fantaſma. Inquātum ꝟo alterius ut imaginationē. ſenſus huius auctoritatis eſt ꝙ ſicut pictura que eſt in tabula ꝯſiderat̄ dupl'r ſ. in ſe ꝑut nō ducit in rem ⁊ ſic eſt pictura ſimplex: ⁊ ꝑut ducit in rē: ⁊ ſic eſt imago. ſic etiā illud qd̄ accipit̄ a ſenſu cōi in aīa pōt dupl'r ꝯſiderari. ſ. in ſe ⁊ ſic eſt fantaſma ⁊ ob̄m fantaſie: uel ꝑut ducit in rē eſſe ⁊ ſic eſt imaginatio ⁊ ob̄m imaginatiue potētie. Et patet q̄liter videt̄ ph̄s dicere ꝙ imaginatio ⁊ fantaſia nō differūt niſi rōne nominis. ¶ Preterea imaginatio nō differt a memoria: q: diffinit̄ ab Algazele per retinere foꝛmas ſēſibiles qd̄ eſt ꝑpriū memorie. ¶ Preterea dicit Auic^a retinē ea que app̄hēdit ſenſus eſt illius virtutis que uocat̄ imaginatio: ⁊ dicit ꝙ non diſcernit neq̄ȝ diiudicat ea que retinet. ¶ Preterea expſſe dicit Auic^a: ꝙ imaginatiua eſt theſaurus in quē reponit foꝛmas illius ſenſus cōmunis ad quē reuertit̄ fantaſia ⁊ virt⁹ cogitatiua: ⁊ idē dicit Algazel. ſ. ꝙ nō differt virt⁹ imaginatiua a ſenſu cōi niſi retinēdo: ſic enim eſt in virtutib⁹ coꝛpalibus ꝙ alteri⁹ virtutis eſt recipe ⁊ alterius retinere. ſicut enim bn̄ retinet ⁊ male recipit: humidū male retinet ⁊ bn̄ recipit. ¶ Solutio dicēdū ꝙ imago multipl'r ſumit̄ ⁊ ſ̄ȝ hoc etiā multa habet noīa. qn̄q̄ȝ enim dicit̄ vis que retinet imaginationes ſenſibiliū abeūtibus ſenſibus ab oꝛganis ſenſuū cōis ⁊ ꝑprijs: ⁊ ſic ꝑp̄ie dicit̄ virtus ſenſibilis aīe ꝑxime ſita poſt ſenſuȝ cōem in qua reſeruant̄ imagines accepte a ſenſibus: ⁊ ſ̄m diuerſas ꝯſiderationes habet tria noīa. dicit̄ eniȝ imago ſ̄m ꝙ foꝛme que ſunt impſſe imagines rerū ſunt extra: ⁊ dicit̄ foꝛmalis eo ꝙ foꝛmalius habet illas imaginationes q̄ȝ ſenſus. ſenſus enim hēt eas cū p̄ſentia mā̄e. imaginatio aūt materia rei non p̄nte: ⁊ dicit̄ ab Aug̃ ſpūs ꝑpter nām̄ illarum imaginum q: ille ſunt ſ̄m eē ſpūale in virtute imaginatiua: lȝ ſint imagines earum. vn̄ Aug⁹ in geñ. ad lr̄aȝ dicit ꝙ ſpūs eſt vis quedā mēte inferioꝛ cui imagines rerū imp̄muntur. Dicit̄ enim qn̄q̄ȝ imaginatio oīs virtus ſenſibilis aīe que opat̄ ſ̄m ſenſibile acceptū a ſenſibus ſine p̄ntia mā̄e ⁊ ſine rōne p̄teriti tp̄is: ⁊ ſic cōp̄rehēdit imaginationē ⁊ fantaſiā ⁊ eſtimationē ⁊ ſic accipit̄ a Ioāne dama° ⁊ a Greḡ nix°. Dicit enim Dama° ꝙ imaginatiua eſt virt⁹ irrōnalis aīe ꝑ ſenſus opans. ⁊ q: imaginatio eſt paſſio irrōnalis anime que ab imaginātē ſit. fantaſia ꝟo eſt paſſio inanis a nullo facta imaginabili. Silr̄ Grego° nix° dicit ꝙ diuidunt̄ aīales virtutes in q̄tuoꝛ. ſ. in ſenſum imaginationē ⁊ intelligētiā ⁊ memoriā. ergo imaginatiua eſt virt⁹ irrōnalis aīe per ſenſus ſenſibiles opans: ⁊ ideo qn̄q̄ȝ dicit̄ ſēſus imago. aut eſt ergo paſſio irrōnalis aīe ab imaginabili generata. Fātaſia ꝟo eſt paſſio irrōnalis aīe a nullo imaginabili facta: ⁊ ita dicit ꝙ ſtoyci dicebāt q̄tuoꝛ eē in hac virtute. ſ. imaginationē imaginabile imaginatiuū ⁊ fātaſia. ⁊ imaginatio eſt paſſio facta ex imaginabili. imaginabile aūt illud qd̄ facit hāc paſſionē ⁊ imagini ſubycitur. Imaginatiuū aūt eſt ipſa virtus que attrahit imagines ſibi. fantaſia ꝟo qn̄ attrahimus ſ̄m imaginatiuū inanē attractionē ut in infirmis ⁊ in melācholicis: ⁊ dic̄ ꝙ diā nō eſt in his niſi ſ̄m trāſmutationē noīum. qn̄q̄ȝ dicit̄ imaginatio vis tenēs imaginationes ⁊ opans in illis ⁊ in intētionibus que ꝯiūgunt̄ imaginatiōib⁹: ⁊ ſic comp̄hēdit duas vires. ſ. imaginationē ⁊ fantaſiam: ⁊ ſic videt̄ Ar̄: accipe imaginationem in p̄ncipio tertij de aīa ubi dicit ꝙ imaginari in nobis eſt cum uolumus. Quid aūt opari ſit in imaginationib⁹: ⁊ que ſunt intētiones cōiūcte imaginationib⁹ infra patebit. qn̄q̄ȝ enim dicit̄ imago relatio foꝛme accepte a ſenſibus ad rem cuius eſt foꝛma ⁊ ſic ꝑp̄ie imago deſeruit memorie ſicut dicit Ar̄: in cap° de memoria: ⁊ diſtinguit a fantaſia ut habitū eſt in obijciēdo. Qn̄q̄ȝ enim dicit̄ imaginatio vis a qua refluūt imagines repoſite ſupꝛa oꝛganū ſenſus cōis ⁊ ſic accipit̄ imaginatio ab Ar̄: in 2° de ſomno ⁊ vigilia ubi dicit ꝙ in ſomno imaginationes ſomniales refluūt ad cōmune oꝛganū ſenſuū. ſ̄m ꝑp̄ijſſimū aūt modū accipiendi eſt imaginatio virtus tenēs imagines ſenſibiliū re nō p̄nte abſq̄ȝ eo ꝙ nō eliciat ex eis cōponēdo uel diuidendo intētiones aliq̄s nō acceptas per ſenſum hoc eniȝ eſt fantaſie ſ̄m Auic^am ⁊ Algazelem. Et ſic r̄ndebim⁹ ad obiecta. ¶ Dicendū ergo ad p̄mū ꝙ imaginatio diffinit̄ a retinēdo ad diām ſenſus. Senſus eni recipit ⁊ nō tenet niſi re p̄nte: ſed imaginatio retinet accepta a ſenſibus. Dicit̄ aūt recipe a ſenſu cōi q: ab illo recipit ꝑxime. Qd̄ aūt dicit Auic^a: ꝙ nō diſcernit illas nullo mō̄ intelligendū eſt de duplici diſtinctione. Quaruȝ vna eſt ſenſus cōis ⁊ altera fantaſie. ſenſus enim cōis diſcernit cōponēdo ſenſata ꝑpria inter ſe: ⁊ ꝑpria cum cōibus ⁊ hoc re p̄ſente: ⁊ ideo hec diſcretio eſt diſcretio rei per ea que uere accipiunt̄ a ſenſibus. fantaſia aūt diſcernit componendo ⁊ diuidendo imagines que ſunt in anima re nō preſente: ⁊ eliciendo quaſdam intentiones ex eis que non ſunt accepte per ſenſus. ſunt tamen ſemper coniuncte ſenſibus: ſicut eſt amicum ⁊ inimicum: ⁊ conueni-

ens τ nō cōueniēs:ſicut intētio doloris ꝯiūgit̃ cum figu
ra bacculi:τ intētio inimici cum figura lupi in oue:τ in/
tētio miſerēdi cum imaginatione ſui agni τ huiuſmodi.
neutra iſtarū diſtinctionū eſt imaginatiue cuius diffini/
tio ꝓprie eſt a retētione imaginū τ non a diſtinctione ha
rum.¶ Et ad id qđ ꝯtra hoc obijcit̃ dicēdū ꝙ lʒ ſenſus
recipiat formas tales τ ſilr̃ imaginatio:tñ ſenſus ꝓpe
diffinit̃ per recipe τ imaginatio per retinere.vis eniʒ re
tētiua debilis eſt in ſenſu eo ꝙ nō retinet niſi pñte mã:
ſed vis receptiua fortis eo ꝙ de facili recipit.ſed econtra
eſt in imaginatione.τ hec eſt ſolutio ſm phos.Sūt tñ q
dā qui diſtinguūt vires aĩe ſm modū abſtractionis ma
ioris τ minoris:dicētes ꝙ ſenſus abſtrahit a mã ſed nō
a pñtia mãe:imaginatio aūt τ a materia τ a pñtia mãe:τ
ideo rō obi nariat̃ hincide.¶ Ad aliud dicēdū ꝙ large
accipiēdo imaginē cōphēdit etiā fantaſiā:ſed ſi ſtricte
accipiat̃ tūc diuidit̃ ꝯtra eā ut patet ex ꝑdictis.ꝑ hoc eti
am patet ſolutio ad duo ſequētia.¶ Ad aliud qđ obij/
cit̃ ꝙ nō differat a memoria dicēdū ꝙ retinere imagina
tionis in duobꝰ differt a retinere memorie.ſ.in mō retē
tionis τ in retētis.In mō retentionis q: imaginatio reti
net ſine determinata dĩa tp̄is tñ recipiendo formas re
nō pñte:ſed memoria retinet ſimul determinata dĩa tē/
poris.ſ.ꝑteriti.In retētis aūt q: imaginatio retinet rece/
pta a ſenſibus tñ ſm ꝙ uere in ſenſu fuerunt.memoria
ꝟo nō tñ retinet imaginationes ſenſibiliū:ſed etiā intē
tiones elicitas a cōpōne τ diuiſione ſenſibiliuʒ facta per
fātaſiā τ eſtimationē.Ex hoc etiā patet ſolō ad ſequētia.

¶ Queritur quid eſt obiectum imaginationis.

s **Ecundo queritur** de obo
imaginationis qđ uocat̃ a Greḡ nixꝰ imagina/
bile qđ diffinit̃ ab ipſo:ꝙ imaginabile eſt qđ facit paſſi/
onē in imaginatiuo.Cū ergo Hylleꝰ dicat ꝙ imago eſt
rei ad rē exp̄ſſa ſilr̃tudo:videt̃ ꝙ imaginationes que ſūt
in imagine exp̄ſſe rerū ſilr̃tudines ſint.Cū enim in ſen/
ſu nō ſint niſi corpa τ q̃litates corpoꝝ videt̃ ulteriꝰ ꝙ ima
ginationes nō ſunt niſi ſilr̃tudines corpoꝝ:τ hoc etiā vi/
det̃ ex ꝟbo Aug.ſupra poſito:qui dicit ꝙ in ſpū impmū
tur imaginationes corpoꝝ.¶ Item ex Greḡ nixꝰ τ Da
maſceno qui dicūt ꝙ imaginatiua nō opat̃ niſi per iſtra
corp̄is que ſunt organa ſenſuū.Querat̃ ergo utrum ille
imaginationes habeāt quātitatē uel nō.Et videt̃ ꝙ ſic.
omne enim apphēſuʒ ſub tribus dimēſionibus uel aliq̃
triū eſt quātitas uel hñs quātitatem.oēs imaginationes
que ſunt in imaginatiua ſic ſunt apphēſie:ḡ ſunt quāti
tates uel hñtes quātitatē.¶ Itē mathematica ꝑ abſtra/
ctionē ꝯſiderata nō ſunt in ſenſibꝰ poſita ſed in imagina
tione tñ.cū ergo mathematica ſint q̃litates uere ille que
ſunt in imaginatione uere ſunt quātitates uel hñtia quā
titatē.¶ Iteʒ dicit Auic$^{a}$ ꝙ imaginatio eſt virtꝰ in qua
reponit ſua ſenſata ſenſus cois.Cuʒ ergo ſenſata ſenſus
cois ſint quātitates:τ quāta imaginata ſunt quantitates
uel quāta.¶ Preterea oē figuratū eſt quantū:oē imagi
natū eſt figuratū:ergo oē imaginatū eſt quātū.¶ Sed
ꝯtra quātū quāto adueniēs magis facit quātū.ſi ḡ ima/
ginatū eſt quātū:imaginatum imaginato adueniēs erit
maius:ergo tot pñt eē imaginata quot imaginatiua:ḡ
imaginatiua non poterit imaginari plura qđ falſum eſt.
¶ Itē omni quāto figurato dat̃ locus etiā a mathemati
co ut dicit Ar.Si ḡ imaginatuʒ aliqđ eſt in imagine ut
quātū erit in loco:τ ſic aliqđ imaginatū in imaginatiōe
nō poterit eē.¶ Preterea ſi imaginata ſunt quāta tunc
quātitas ipſoꝝ erit in eo in quo imaginata ſunt ut in ſub
iecto:τ hoc eſt organū imaginationis:ergo organū ima
ginationis mēſuratur quantitate imaginati.cum ergo ſi
mul habeat plura imaginatiua.ſ.imaginationē hois aſi/
ni τ leonis mēſurabit̃ ſimul τ ſemel quātitatibus oium
hoꝝ qđ eſt impoſſibile.¶ Itē imaginatum aliqđ eſt mi
nus ſicut imaginatū ſabe:τ aliqđ maius ſicut imagina/
tū montis.cum igit̃ utrūqʒ ſit in organo imaginationis
oportebit iterū ꝙ illud ſit quantitatis minoris uel maio
ris qđ iterū eſt impoſſibile.¶ Solutio dicimus ꝙ ima
ginabilia ſm quātitatē nec ſūt quātitates nec hñtia quā/
titatē:ſed ſunt quātitatū τ quātoꝝ ſilr̃tudines ſpūales ꝑ/
ut ꝓbāt ultime obiectiones.¶ Ad pm̄ū ergo dicēdū ꝙ
duplr̃ aliqđ apphēdit̃ ſub tribus dimēſionibus.ſ.ſm ue
ritatē rei τ eſſe nãe:τ ſic apphendit̃ ſenſu tñ:τ ſic currit
obiectio:uel ſm intētionē ſilr̃tudinis ſpūalis:τ ſic prima
eſt falſa:q: ſic apphēdit imaginatiua.¶ Ad aliud dicē/
dum ꝙ mathe$^{ca}$ ꝓut ſunt abſtracta non ſunt quātitates
nec quāta ſed intētiones quātitatū τ quātoꝝ.mathema/
tica enim ſm eē nō ſunt ſepata a nālibus τ ſenſibilibus
ſed ſm intētionē tñ.¶ Ad aliud dicendū ꝙ quātitates
que ſunt in organo ſenſus cois nō ſunt res quāte ſʒ quā
toꝝ ſilr̃tudines ſpūales.¶ Ad ultimū dicendū ꝙ ima/
ginatū dicit̃ figuratū ꝓpter ſilr̃tudinem figure non pro/
pter figure realem ueritatem.

¶ Queritur quid ſit organum imaginatiuarum.

t **Ertio queritur** de organo
imaginationis.τ dicūt Damaſcenus τ Gregoꝰ
nixꝰ ꝙ organū imaginationis eſt anterior uēter cerebri:
τ ſilr̃ dicūt Algazel τ Auic$^{a}$.¶ Preterea in li° de dĩa
ſpūs τ aĩe diſtinguit̃ caput in tres ptes:τ anterior pars
attribuit̃ fantaſie τ imaginationi:τ hoc exp̄ſſe dic Auic.
ꝙ locus imaginatiue eſt anterior pars cerebri:τ ideo cū
ꝯtingit infirmitas τ corruptio in anteriori parte cerebri
corrūpit̃ modus imaginationis τ fantaſie.¶ Sed ꝯtra
nihil idem decipiat̃ per abūdātiā ſicci τ per abūdātiam
humidi:ſed anterior pars cerebri eſt ad recipiēdū q: re/
cipe melioraf in abūdātiam humidi:τ ita videt̃ ꝙ nō cō
ueniat rei retinere qđ melioraf per abūdātiam ſicci.cuʒ
ergo imaginatio diffiniat̃ per retinere:nō erit ſita in an/
teriori parte cerebri.¶ Preterea ſenſus cois ſiccum ha
bet in pm̄a cōcauitate cerebri ut ſupra habitū eſt.cū ergo
diuerſarū viriū diuerſa ſunt organa:videbit̃ imaginatio
nō habere ſitū in pm̄a parte cerebri.¶ Solutio dicēdū
cum auctoribus ꝙ in pm̄a parte cerebri eſt organū ima
ginationis:ſed pm̄a pars diuidit̃ in tres partes ſcilicet i
illam que ꝓpinqſſime cōiungit̃ organis ſenſuum τ ad
quā immediate recurrūt nerui ſenſibiles:τ in illa eſt or/
ganū ſenſus cois:τ in illā partem que eſt poſt illā in me
dio que nō abūdat ſic humido:ſed eſt aliquātuluʒ termi
nata per ſiccū:τ in illa parte eſt organuʒ imaginationis:
cuius eſt retinere formas re non pñte:τ hoc virtute ſicci
terminātis humidū.In poſtrema ꝟo parte pm̄e partis
ſita eſt fantaſia τ eſtimatio ut patebit inferius.¶ Ad p/
mum dicendum ꝙ idē ſm diuerſas partes poteſt termi
nari per humidum τ ſiccum.¶ Ad aliud patet ſolutio
per ante dicta.

¶ Queritur quis ſit actus imaginatiuarum.

q **Uarto et ultimo querit̃**
de actu imaginationis.Et videt̃ ꝙ imaginari
ſit ꝓprius actus imaginationis:a ſimili in alijs potentijs
q: ſentire eſt actus ſenſus:τ intelligere actus intellectus
hoc etiam accipit̃ ex uerbo Ar.in pn̄cipio tertij de aĩa
ubi dicit ꝙ imaginatio in nobis eſt cum uolumus:pre
oculis enim eſt facere imaginē:ſicut ſunt in recordatiuis
poſiti idolum faciētes.¶ Sed tūc querit̃ cum diffiniat̃
imaginatio a retinēdo imagines ut ſupra habitum eſt τ
ſemper retineat imagines:quare non ſemper imagine
tur.¶ Preterea hoc videtur falſum ꝙ imaginari in no
bis ſit cum uolumus.Dicit enim ibidem philoſophus
ꝙ imaginatio non ſit ſine ſenſu:cum ergo ſenſus exi/
gat rei preſentiam videtur ꝙ non poſſumus imagina/
ri niſi re preſente:τ ita non imaginamur cum uolumus.

¶ Preterea querit̃ iuxta hoc cum diuerſarũ potẽtiarũ diuerſa ſint obiecta per que diffiniũtur. ⁊ ſenſus cois ⁊ imaginatio ſunt diuerſe potentie: oportebit earum eẽ diuerſa obiecta. obiectũ enim eſt agẽs ⁊ potẽtia patiẽs. ergo obiectũ imaginationis erit in actu: q: nihil eſt agens ꝰm ꝙ eſt in actu. ¶ Querit̃ ergo a quo efficit̃ in actu. ſi dicat̃ ꝙ a ſenſibili accepto a ſenſu: videt̃ ꝙ nõ q: nihil agit ultra actũ ꝓpriũ: ſed imaginatũ maioris eſt abſtractionis q̃ʒ ſenſatũ: ergo videt̃ ꝙ nõ agat̃ ab illo. Si forte dicat̃ ꝙ nõ oportet imaginatũ eẽ in actu ad hoc ꝙ pficiat in actu virtutẽ imaginatiuã hoc erit plane falſuʒ: q: ſenſibile nõ facit ſenſum actu niſi ꝰm ꝙ ipm eſt in actu: ut color: ꝰm actũ pficit viſumː ⁊ itellect⁹ poſſibilis nõ efficit̃ in actu niſi per agentẽ qui ſemp eſt actu ut dicit̃ in 3° de aia. ¶ Solõ dicẽdũ ꝙ act⁹ imaginationis ꝓprius eſt imaginari ut ſup̃ habitũ eſt. Scd̃ario aũt ꝑparat imaginationes q̃druplr̃ alijs virtutib⁹ opantibus in ipſa. Eſt enim rõ quorũdã in imaginibus ſicut eſt pcipue rõ mathematicoꝝ ⁊ tũc ꝑparat imagines ſupiori potentie que eſt itellect⁹ uel rõ ut dicit Auic. Quedã aũt ſunt cõpoſitiones imaginũ ⁊ diuiſiones ad eliciẽdas intentiones terribilis uel appetibilis ꝯueniẽtis ⁊ incõueniẽtis ⁊ huiuſmodi que ſunt ſemp colligate ſenſib⁹: ⁊ tũc preparat imagines fantaſie ⁊ eſtimationi. qñq; aũt debuit memorie ut dicit Ar: qñ. ſ. per imagines ꝑparatas i aia recurſus eſt in rẽ que accepta fuit in pterito per ſenſus. quandoq; aũt ꝑparat imagines refluentes ad organũ ſenſus cois: ⁊ tũc deſeruit reuelationi que eſt in ſõnijs. ¶ Ad aliud aũt cũ querit̃ utrũ imaginari ſit in nobis dũ uolumus. dicẽdũ ꝙ ſic. eſt enim pre oculis interiorib⁹ facere imaginẽ cũ uolum⁹ ut dicit phus. ¶ Ad hoc qð ꝯtra h̃ obijcit̃ dicẽdũ ꝙ hoc qð dicit phus ꝙ imaginatio nõ eſt ſine ſenſu ſic itelligit̃ ꝙ imaginatio nõ eſt niſi de ſenſibili pꝰus accepto. vñ cũ nullũ hẽmus ſenſuʒ illius nullã hẽmus imaginationẽ ut cecus nat⁹ nullã hẽt imaginationẽ coloꝝ: nõ tñ oportet ꝙ cũ imaginemur etiã ſentiam⁹ ꝰm actũ. ¶ Ad id qð querit̃ utrũ imaginatiuũ qð pficit virtutẽ imaginatiuã ſit in actu. dicẽdũ ꝙ ſic: ⁊ ꝙ eſt in actu per hoc ꝙ eſt abſtractuʒ a mã. ¶ Ad illud qð querit̃ a quo fiat in actu dicẽdũ ꝙ a ſpũ aiali qui abſtrahit ipʒ ab organis ſenſuũ ⁊ ꝯfert ei eẽ ſpũale ſicut lumen facit actu colores ⁊ intellect⁹ agẽs facit actu vniuerſale.

¶ Queritur quid ſit fantaſia.

## Einde queritur

de fãtaſia. Et querunt̃ q̃nque. ſ. quid ſit fantaſia. ⁊ quid ſit obm̃ eius. ⁊ qd organum. ⁊ qs actus. ⁊ qs modus corruptiõis ipſius.

a Ad primum proceditur ſic.

Dicit enim Ar: ꝙ fantaſia eſt mot⁹ a ſenſu ꝰm actũ fact⁹. Aliã diffinitionẽ dat Algazel dicẽs ꝙ fantaſia eſt virt⁹ que opat̃ cõponẽdo ⁊ diuidẽdo: qñq; i his que ſunt in archa formarũ: qñq; in his que ſunt in archa itẽtionũ. ¶ Cõtra pmã diffinitionẽ obijcit̃ ſic. nullus mot⁹ eſt potẽtia in aia: fantaſia eſt mot⁹: ergo fantaſia non eſt potẽtia in aia. ¶ Itẽ ois mot⁹ eſt pfectio mobilis: fantaſia eſt mot⁹: ḡ eſt pfectio alicui⁹ mobilis. Et querat̃ cui⁹ ⁊ ſi eſt pfectio aie ſenſibilis tunc aia ſenſibilis ſemp mouebit̃: q: ſemp hẽt fantaſiã. ſi aũt eſt pfectio illius potẽtie que dicit̃ fantaſia tũc erit idẽ pfectio ſuiipſi⁹. ¶ Itẽʒ ois mot⁹ eſt ex aliquo in aliqd. ſi ergo fantaſia eſt mot⁹ erit ex aliquo in aliqd. Dicit̃ aũt ꝙ eſt a ſenſu: ſed in quid ſit hoc nõ dr̃ in diffinitiõe. ¶ Preterea nõ videt̃ fantaſia eẽ mot⁹ a ſenſu: qcqd eniʒ opat̃ ſenſu nõ exñte ꝰm actuʒ hoc nõ de neceſſitate eſt mot⁹ a ſenſu ꝰm actũ fact⁹. fantaſia opat̃ ſine ſenſu nõ exñte ꝰm actũ. ergo nõ de neceſſitate eſt mot⁹ a ſenſu ꝰm actũ fact⁹ ⁊ ita per hoc non debet diffiniri. ¶ Itẽ per illã diffinitionẽ nõ videt̃ diuerſificari fantaſia ab imaginatione: q: imaginatio eſt mot⁹ a ſenſu ꝰm actũ factus ut patet ex pdictis. ¶ Preterea querit̃ cũ dicit̃ a ſenſu ꝰm actũ fact⁹: utꝝ itelligat̃ hoc de quolibet ſenſu. ſ. ꝓprio ⁊ cõi ⁊ per accñs: uel de aliquo illoꝝ. Et videt̃ de quolibet: q: qcqd diffinit̃ per aliqd indeterminate hoc ſimplr̃ ꝯuenit illi: fantaſia autẽ diffinit̃ ꝙ ſit mot⁹ a ſenſu fact⁹ ideterminate: ergo videt̃ ꝙ ſimplr̃ a quolibet ſenſu. ¶ Preterea in fantaſia iuenit̃ hoc qð ꝯuenit cuilibet ſenſui. Eſt eniʒ fantaſia uera ⁊ fãtaſia falſa. ſenſus aũt ꝓprius eſt uerus: ⁊ ſenſus cois ⁊ per accidẽs ſunt ueri ⁊ falſi: ergo videt̃ cũ fantaſia hẽat ꝓprietatẽ cuiuſlibet ſenſus ꝙ ſit mot⁹ fact⁹ a quolibet ſẽſu. ¶ Sʒ ꝯtra vnũqðq; hẽt diffiniri per hoc qð eſt imediatũ illi. ſi ergo fantaſia eſt mot⁹ fact⁹ a quolibet ſenſu ꝰm actũ erit fantaſia accipiẽs imediate a quolibet ſenſu ⁊ ſic erit imediata ſenſib⁹ ꝓprijs qð falſum eſt: q: ſenſus cois imediate eſt ſenſib⁹ ꝓprijs. ¶ Preterea ois potẽtia apphẽdẽs cũ pñtia rei eſt añ potẽtiã apphendẽtẽ re nõ pñte: ſenſus cois apphẽdit cũ rei pñtia ut ſup̃ habitũ eſt: fantaſia autẽ apphẽdit re nõ pñte: ergo ſenſus cois eſt añ fantaſiaʒ. ⁊ ſic relinqtur ꝙ fantaſia nõ eſt imediata ſenſibus ꝓprijs. ¶ Preterea ſi eẽt imediata ſenſib⁹ ꝓprijs tũc imediate accipet a ſenſib⁹ ꝓprijs ⁊ ab ea accipet ſenſus oẽs qð eſt ꝯtra oẽs auctores. ¶ Cõtra ſcd̃am diffinitionẽ ſic obijcit̃. Dicit Boe⁹ ꝙ qcqd põt potẽtia iferior põt ſupior. ſi ergo ſenſus cois põt cõponẽ ⁊ diuidere tũc quelibet potẽtiarũ ſupioꝝ erit cõponẽs ⁊ diuidens: ⁊ ſic imaginatio opabit̃ cõponẽdo ⁊ diuidẽdo ſicut ⁊ fantaſia: ⁊ ſic per cõponere ⁊ diuidẽ nõ bñ diffinit̃ fantaſia: q: per hoc non differt ab imaginatione. ¶ Preterea potẽtie differunt per oba: obm aũt fantaſie eſt fantaſma ut dicit phs ꝙ fãtaſia eſt potẽtia ꝰm quã fantaſma nobis fit: ⁊ ſic videtur male diffiniri per cõponere ⁊ diuidẽ. ¶ Preterea eiuſdeʒ potẽtie eſt obm̃ recipe ⁊ opari in ipſo. ergo videt̃ ꝙ archa formaꝝ que eſt imagiatio: ⁊ archa itẽtionũ que eſt memoria ſit opari in ſuis obiectis ⁊ nõ fantaſie. ¶ Preterea querit̃ q̃re fantaſia nõ diffiniat̃ in compatione ad itellectuʒ ita bñ ſicut diffinit̃ in compatione ad ſenſum. ¶ Solõ dicẽdũ ꝙ fantaſia dicit̃ duob⁹ modis. ſ. large ⁊ ſtricte. large ꝰm ꝙ cõprehẽdit imaginationẽ ⁊ fantaſiã ⁊ eſtimationẽ: ⁊ ſic diffinit̃ a phõ in li° de aia ꝙ eſt motus a ſenſu ꝰm actũ fact⁹. ſtricte aũt accipit̃ pro potẽtia collatiua imaginũ per cõpõnẽ ⁊ diuiſionẽ: ⁊ ſic diffinit̃ ab Algazele ⁊ ideo dicit Algazel ꝙ qdã appellãt eã potẽtiã cogitatiuã ſic eã appellat Auic. ſed tñ cogitatiua nõ eſt ꝓprie niſi in hoibus. ¶ Dicẽdũ ḡ ad pm ꝙ fantaſia dicit̃ motus nõ ꝓprie ſed ſumit̃ ibi motus mãliter pro ipa potẽtia mota que ſuſcipit a ſenſu ſpẽm ſenſibilẽ ⁊ mouetur circa ipſam motu diſcretionis ⁊ iudicij q: ⁊ ꝰm illã diffinitionẽ fantaſia large ſumit̃ ut dictũ eſt. per hoc etiaʒ patet ſolutio ad duo ſequẽtia. ¶ Ad id qð querit̃ qualiter motus ſit a ſenſu ꝰm actũ factus. dicenduʒ ꝙ hec ꝑpoſitio. a. notat cauſam efficiẽtẽ. ſenſus aũt ꝰm actũ eſt ſenſus hñs ſpẽm ſenſibilẽ. ille enim impmit ſpeciem acceptam a fantaſia per hoc ꝙ mouet ipſam ad obiectũ. ¶ Cõtra hoc dicendũ ꝙ fantaſia magis abſtrahit q̃ʒ ſenſus: ⁊ idcirco reſeruat ſpecies ſenſibiles re etiam nõ pñte nihilominus nõ mouet̃ circa ſpẽm aliquã quam nõ accipit a ſenſu. ¶ Ad ſequẽtia auteʒ patet ſolutio per ante dicta. ¶ Ad aliud dicenduʒ ꝙ fantaſia eſt motus a quolibet ſenſu ꝰm actũ factus ſed nõ immediate. Immediate eniʒ ſit iſte motus a ſenſu cõi. ¶ Ad id qð obijcit̃ cõtra hoc dicendũ ꝙ nõ oportet per hoc qð diffinit̃ per generaleʒ cauſam determinet̃ in partibus illius cauſe ad immediatum: q: ſic alie partes cauſe viderent̃ excludi a cauſalitate. obiecta aũt que ꝓbãt ꝙ fantaſia non ſit immediata ſenſibus ꝓprijs cõcedunt̃. ¶ Ad id qð obijcit̃ cõtra ſecũdã diffinitionẽ dicẽdũ ꝙ dictũ Boecij itelligit̃ de potẽtijs actiuis. ipſe eniʒ dicit h̃ de toto ptẽtiuo cui⁹ ſupior

pars pōt quicq̄d pōt inferior:ſed nō ꝯuertit̄.de potentia aūt mãli ⁊ receptiua nō eſt uerū.potētia enim celi que ꝑ or eſt ꝑm nãz q̄z potētia elemētoꝝ nō pōt oē illud qd̄ pn̄t elementa:idcirco ut dicit Auic^a^.alterius potētie eſt retinere imagines:⁊ alterius opari in eis cōponēdo ⁊ diuidēdo.Uel dicat̄ aliter ⁊ meliꝰ ꝙ fantaſia appḣēdit aliqd̄ qd̄ nō appḣēdit imaginatio.ſ.intētiones amici ⁊ inimici ⁊ ueri ⁊ falſi que lʒ ſemp ꝯiūcte ſunt ſenſibꝰ tñ nō ſunt accepte per ſenſuz.❡ Ad aliud dicēdū ꝙ ꝑm Grego^m^ nix^m^ ⁊ Dama^m^ fantaſia appellat̄ uana cōpō imaginū ſicut in corpe hoīs caput leonis ⁊ cauda equi eodē modo quo imaginamur trachelachū ⁊ hircocerū ⁊ chymerā: ſed ꝑm Alga.⁊ Auic.fantaſia eſt intētio illicita ex cōpoſitione imaginuz uel diuiſione:⁊ ſic patet diuerſa eē obiecta imaginationis ⁊ fantaſie.❡ Ad aliud dicēdū ꝙ iſta ꝓpoſitio falſa eſt:eiuſdē potētie eſt recipe ſpēm:⁊ opari in ipſa cōponēdo ⁊ diuidēdo:⁊ eſt iſtātia in ſenſu ꝓprio que recipit ſpēm ſui obiecti:⁊ tñ vnā nō cōponit cū altera.❡ Ad ultimū dicēdū ꝙ nō eſt gn̄alis cōpoſitio fantaſie ad intellectum ⁊ ideo non poteſt diffiniri in comparatione ad ipſum.

❡ Utrum fantaſie eſt aliquod obiectum.

# S Ecundo queritur De obo

fantaſie.⁊ videt̄ ꝙ nullū ſit.Jlla enim que ſunt in aīa in potētijs appḣēſiuis nō ſunt niſi uſe ⁊ pticulare. pticulare aūt nō uariat̄ niſi cū pn̄tia mãe uel ſine pn̄tia: ⁊ hoc duobꝰ modis.ſ.abſolute uel cū ꝯditione tpis preteriti.Et ꝑmo mō eſt obm̄ ſenſus.ſcd̄o mō imaginationis tertio mō memorie:⁊ ſic nullo mō erit obm̄ fantaſie.vſe aūt nō pōt eē obm̄ eius:q: nō pōt eē uſe in aīa ſenſibili: ſed in itellectu tm̄.❡ Sol̄o ad hoc dicēduʒ ꝙ ſi fantaſia gn̄aliter accipiat̄ tūc planū eſt ſoluere.ſi aūt ſtricte accipiatur tūc dicēdū eſt ꝑm quoſdā pḣos ꝙ nihil ꝓhibet ſemper idē obm̄ opari diuerſas potētias ſicut ſup ſenſibile ꝓpriū opat̄ ſenſus ꝓprius recipiēdo ipm̄ ⁊ iudicādo.ſenſus aūt cōis ſup idē opat̄ cōponēdo actu ⁊ diuidēdo ab ipſo ⁊ diſcernēdo idētitatē ⁊ diuerſitatē inter ea.ſilr̄ imaginatio recipit ea que ſunt in ſenſu cōi.Et ſi cōponit uel diuidit nō facit hoc niſi cōpōne uel diuiſione ſenſus cois ſed fantaſia ḣēt imagines cōponēdo ⁊ diuidēdo eas ad eliciendum intentiones ueri ⁊ falſi.

❡ Queritur quid ſit organum fantaſie.

# T Ertio queritur De organo fātaſie.

Et videt̄ ꝙ hoc ſit in medio capitis.Dis enim potētia extr̄s in organo accipiēs ab organo anterioris potētie ⁊ ab organo poſterioris ſitū ḣēt inter utrūqꝫ Talis eſt potētia que dicit̄ fantaſia:ergo ſitū ḣēt iter memoriā ⁊ imaginationē.ꝑma patet pſe.2^a^ ꝓbat̄ per Algazelē qui dicit ꝙ fantaſie eſt appḣēdere.pergit enim de his nūc que ſunt in archa formaruz hoc eſt in imaginatione.nūc de his que ſunt in archa itētionū hoc eſt in memoria:qñqꝫ fixa eſt iter eas:⁊ opat̄ in his duabus cōponēdo ⁊ diuidēdo.❡ Jtē Algazel expſſe dicit ꝙ fantaſia eſt in medio cerebri.Preterea in aīalibꝰ brutis poſterior ps capitis deputat̄ memorie:anterior aūt ſenſui cōi ⁊ imaginationi:g̃ videt̄ ꝙ media ps relinquat̄ fātaſie.Si forte dicat̄ ꝙ media ps deputat̄ rōni uel intellectui lʒ videt̄ falſuz:q: itellectꝰ nō eſt ꝟtꝰ opans in organo nec etiā rō.❡ Sʒ ꝯtra.anteriori pte capitis corrupta corrūpunt̄ imaginationes ⁊ fantaſie ⁊ nō corrūpunt̄ fantaſie in anteriori pte niſi q: ſitū ḣn̄t in anteriori : ergo fantaſia non eſt in medio cerebri ſʒ in anteriori pte.❡ Jtē Cōſtabulus in liº de dr̄a ſpūs ⁊ aīe dicit ꝙ ſpūs anterior ꝑm ſenſuz cōēz ⁊ fantaſiā opat̄:medius aūt cogitationē ⁊ cognitionē ⁊ ꝓuidētiā.ultimꝰ memoriā ⁊ reminiſcētiā.❡ Solutio dicēdū ꝙ tres ſunt cellule capitis.ſ.anterior: poſterior:⁊ media.ꝑma dicit̄ fantaſia ab antiquoribꝰ.2^a^ ſillogiſtica.3^a^ memorialis.Spūs aūt aīalis a ꝑori trãſit in mediā:⁊ a media in poſtremā.Et in ꝑma opat̄ ſenſuz ꝓpriū in organis ſenſuū.Senſum cōem in ꝑma ꝯcauitate cerebri:⁊ imaginationē in medio anterioris ptis cerebri ⁊ fantaſiā ⁊ eſtimationē in poſteriori pte anterioris ptis ut ſup̄ dictū eſt ut dicit Cōſtabulus.❡ Ad id qd̄ cōtra hoc obijcit̄ dicēdū ꝙ fantaſia duobꝰ modis ꝯſideratur.ſ.in cōparatione ad ꝓpriū obm̄ qd̄ eſt fantaſia.uel in cōparatione ad extrema:cū ipſa ſit vna mediarū potētiaruʒ.Et ꝑmo mō dicit̄ eſſe in poſteriori pte anterioris cellule.2º aūt mō dicit̄ eē in medio eo ꝙ ipſa ꝯuertit̄ ad imaginatiuā que eſt añ:⁊ ad memorialē que eſt poſt.❡ Ad aliō dicēdū ꝙ maior ſubtiliatio ſpūs aīalis exigit̄ ad operandū imaginationes appḣēſas ut ex eis eliciat̄ uerum uel falſuʒ q̄z ad recipiēdū imagines tm̄:⁊ ideo q: fantaſia facit talē cōparationē oportet ꝙ ipa ḣeat ſpūm ſenſibilē illi ſpūi qui eſt in media cellula:qui ſubtiliſſimus eſt ⁊ quo ad hoc dicit Algazel.ꝙ ſit in media cellula.

❡ Queritur de actu fantaſie.

# Q Uarto queritur De actu fātaſie.

Dicit enim Algazel ꝙ opari cōponēdo ⁊ diuidēdo ſup imagines imaginationis ⁊ ſup intētiones memorie eſt actus fantaſie.❡ Sed cōtra eiuſdē virtutis eſt intelligibile ſimplex ⁊ itelligibile cōpoſituʒ ut habet̄ in 3º de aīa.ubi dicit Arᷣ:ꝙ indiuiſibiliū intelligētia in his eſt circa que nō eſt falſum ⁊ in qbꝰ añ ueruʒ ⁊ falſuʒ eſt cōpoſitio quedā intelligibiliū:ergo a ſili videt̄ ꝙ eiuſdē virtutis ſit imaginatio ſimplex ⁊ imaginatio cōpoſita ſiue cōplexa:⁊ ſic fantaſie nō erit cōponere imaginationes ⁊ diuidere.❡ Sed ꝯtra diuerſarū virtutū diuerſa ſunt inſtr̄a.ſpūs enim aīalis inſtr̄m eſt virtutis apprehēſiue.Cū igit̄ ſpūs ſubtilior deſeruiat virtuti collatiue q̄z appḣēdēti:⁊ fantaſia ſit virtꝰ collatiua ꝑm Algazelem:nō erit eiuſdē ꝟtutis accipe imaginationē ⁊ cōferre inter imaginationes acceptas.❡ Sol̄o dicēdū ꝙ ſi fantaſia large accipiat̄ tūc parua erit dr̄ia inter fantaſiam ⁊ imaginationē ⁊ eſtimationē quātū ad actū obm̄ ⁊ organū.Et hoc mō videt̄ ſumere Arᷣ:qui dicit fantaſiam eē potētiā ꝑm quā fantaſma nobis fit:que fantaſia eſt motꝰ a ſenſu ꝑm actū factꝰ:qd̄ totū ꝯuenit imaginatiue.Dicit enim fantaſiā eē uerā ⁊ falſam:⁊ ꝙ ꝯuenit potentie diuidēdi ⁊ cōponēdi imagines appḣēſas.Dicit enim fantaſiam eē mouētem per qd̄ etiā determinat delectabile ⁊ triſte ⁊ nociuū ⁊ ꝯueniēs imaginibꝰ appḣēſis:qd̄ videtur ꝯuenire eſtimatiue.Si aūt ſtricte ſumat̄ tunc diſtinguit̄ fantaſia ab imaginatiua per hoc ꝙ nō eſt eiuſdē potētie in ſpecie ſpecialiſſima tenere imaginationes qd̄ fit p ꝟtutē ſicci:⁊ ꝯferre eas qd̄ fit per virtutem ſpūs ſubtilis ⁊ mobilis.Et ideo qdā auctores ſequētes hãc rōnem diſtinguūt inter fantaſiā ⁊ imaginatiuā.❡ Ad id qd̄ obijcit̄ in ꝯtrariū dicēdū ꝙ aliud eſt de virtute que nō ḣēt ſitū in organo : ⁊ aliud de virtute organica.ſimplex eniʒ ⁊ cōplexū in virtute ſepata ab organo nō diuerſificant̄ niſi ꝑm habitudinē ipſius rei ⁊ nō ꝑm diuerſitatē ſpūs uel organi:ſed in virtute organica alia eſt diſpoſitio ſpūs in collatione ⁊ alia in retētione ſimplicis.cum enim collatio ſit motus vnius ad alterū indiget ſpiritu bene digno ſubtili ⁊ mobili.bonitas aūt retētionis eſt per ſubiectuʒ nō de facili mobile:⁊ per organū qd̄ ꝯueniēter eſt ſicco determinatum.Et ideo alterius virtutis eſt retinē imagines ⁊ conferre.

❡ Queritur qualiter fantaſia corrumpitur.

# Q Uinto queritur et ul

timo de modo corruptionis fantaſie.Fit enim corruptio in anteriori parte cerebri:⁊ tunc fantaſie ſunt indeterminate:⁊ quandoqꝫ fit in poſteriori ⁊ tunc debilitatur memoria.Et quandoqꝫ fit in memoria ⁊ tunc fit

pebilitatio cognitionis ⁊ rōnis ut dicunt auctores. Sed
hoc videtur falſum: ſpiritus enim aīalis trāſit ab anteri/
ori parte capitis ad mediam ⁊ poſtremam. ergo ſi corru
ptus eſt in anteriori corruptio tranſit ad mediā ⁊ poſtre
mam ⁊ ita corrupta fantaſia corrupta erit ratio ⁊ memo/
ria. ¶ Preterea nos videmus ꝙ in ſomnis ſine corru/
ptione alicuꝰ ptis capitis falſe ⁊ indeterminate ſūt mul
te fantaſie. ergo videt ꝙ corruptio fantaſie nō cauſet ex
corruptione anterioris partis capitis. ¶ Preterea dicit
phūs in 3° de aīa ꝙ cauſa huius ꝙ fantaſia eſt uera ⁊ fal
ſa eſt ꝙ ſenſus qdē ꝓprioꝝ eſt uerus aut paruiſſimū eſt
hn̄s falſum. 2° aūt ut hec accidūt. ſ. uerū ⁊ falſū ⁊ ex hoc
⁊ ex hinc iā ꝯtingit mētiri: ergo videt ꝙ corruptio fanta/
ſie ſit emēdatio ſenſus cois per accn̄s: ⁊ nō a corruptiōe
ꝓpria. ¶ Itē dicimus ꝙ fantaſia qn̄qȝ impedit cognitio
nē intellectualē ſicut videt dicere Dionyſiꝰ in li° de my/
ſtica theologia cap° p° loquēs ad thimotheū ſic. vide ut
nullus indoctoꝝ iſta audiat. Iſtos aūt dico qui etiā exi/
ſtētibꝰ ſunt formati nihil ſup exiſtētia ſemp ſubaliter eē
opinātes: ſed putātes ſcire ea que ſm ſeipſos ex cogniti
one eū qui ponit tenebras latibulū ſuū. ⁊ tangit hoc qd
dicit Augꝰ in p° de trinitate. ſ. ꝙ qdā errātes de deo ſm
corpus ſapiūt: qꝛ nihil de eo ſentiūt niſi qd in fantaſijs ⁊
in ſenſibꝰ iuenit. ¶ Silr etiā qn̄qȝ fit reuelatiōe ꝓphali
⁊ ſomniali in qua qn̄qȝ ſe ingerūt fantaſmata qd virtꝰ in
tellectualis nō pōt diſcernē. ¶ Solo dicēdū ꝙ triplex
eſt corruptio fantaſie. ſ. in ſe ⁊ in cōpatione ad ſenſum
cōem: ⁊ in cōpatione ad itellectū. In ſe qn̄ corrūpitur
anterior pars capitis uel diſturbat īfirmitate uel aliquo
alio accn̄te: ſicut accidit in qbuſdā egritudinibꝰ in qbus
multiplicant fantaſie īdeterminate. In cōpatione ad
ſenſum cōem ex īdebita cōpōne uel diuiſione gn̄et cor/
ruptio in actu fantaſie que eſt falſitas. In cōpatiōe eni
ad itellectū corrupta eſt fantaſia qn̄ itellectꝰ ſpūaliū non
ſufficiēter reſultat in fantaſmatibꝰ ⁊ ideo qn̄ multiplicat
fantaſma īcipit aīa adherē fantaſmatibꝰ ⁊ errat in itelle/
ctu ſpūaliū. de hoc plenius hēbit īfra in qōne de reuela/
tione ſomnioꝝ. ¶ Ad pmū ergo dicēdū ꝙ ſpūs in ante
riori pte corrupta nō corrūpit corruptione ꝓpria: ⁊ ideo
qn̄ trāſit a pori pte ad mediā ⁊ poſtremam nō remanet
corruptū qꝛ corruptionē nō habuit pſe ſȝ p accn̄s. ¶ Ad
aliud dicendū ꝙ in ſomnis reflexa eſt imaginatio ad or
ganū ſenſus cois ⁊ ideo aīa ꝯuertit ſup imagines ſicut
ſup ſenſata ⁊ cū ſenſata accipiant per modū rerū: accipit
aīa tūc imagines ſicut res. hoc aūt ꝯtingit ideo qꝛ uapor
aſcēdēs a loco digeſtionis ad cerebrū infrigidat ibi pro/
pter locū que frigiditas fluit ad organa ſenſuū ⁊ accidit
ſilr fluere imagines ad organū ſenſus cois. Cū aūt ſpūs ī
ſomno ſit groſſus in capite ꝓpter dn̄iū frigoris non pōt
trāſire ad opationē rōnis: ⁊ ideo accidit ꝙ aīa nō diſcer/
nit utrū imagines ſint res uel imaginationes: ſed cōuer
tit ſup eas tanqȝ ſup res. ⁊ de his plenius hēbit. Ex hoc
tamē patet ꝙ nō eſt ex corruptione fantaſie ſed ex āñce/
dēte qd eſt ſomnꝰ. ¶ Ad aliud patet ſolo per añ dicta.

¶ Queritur quid ſit virtus eſtimatiua.

## Einde querendum

d eſt de eſtimatiua. Et querunt quatuor. ſ.
quid ſit. ⁊ quod ſit obiectū eius. ⁊ qd or/
ganum. ⁊ quis actus.

## D primum proceditur ſic.

a Dicit Algazel ſequēs Auicᵃᵐ. Eſtimatiua eſt
virtꝰ apphēdēs de ſenſato qd nō eſt ſenſatum: ſicut ouis
apphēdit inimicitias lupi: hoc enim nō fit per obm ſed
per aliā virtutē que eſt hoc brutis qd eſt itellectus hois.
¶ Sed ꝯtra. diuerſarū virtutū diuerſa ſunt oba. cū ḡ fā
taſia ⁊ eſtimatiua diuerſe ſint ꝟtutes: diuerſa hēbūt oba
ſed ſup hitū eſt ꝙ itētiones nō ſenſate in ſēſibꝰ tn̄ exn̄tes
ꝓprie ſūt fantaſie: ergo videt ꝙ nō ſint obta eſtimatiue.
¶ Preterea videt eſtimatiua nō eē virtꝰ apphēſiua ſed
motiua. virtꝰ enī determinās inimicū uel amicū eſt vir
tus impans fugā uel imitationē ⁊ ois talis eſt motiua. Cū
ergo eſtimatiua talis ꝟtꝰ ſit: ipſa videbit motiua. ¶ Pre
terea querit de quo itellectu hoc itelligat ꝙ dicit ꝙ eſti/
matiua eſt in brutis qd eſt itellectꝰ hoīum. Si enī itelli
git de itellectu ſpeculatiuo hoc eſt falſū. virtꝰ enim cōfe
rēdo determinās uerū uel falſū in imaginibꝰ eſt in bru
tis loco intellectꝰ ſpeculatiui: ſȝ hec nō eſt eſtimatiua ſed
fantaſia. Si ꝟo itelligit de itellectu practico ſiue actiuo:
tūc eſtimatiua videbit eē virtꝰ motiua ⁊ nō apphenſiua.
Qd ſi ꝯcedit. Cōtra. quecūqȝ ſunt eiuſdē diuiſionis ſunt
eiuſdē gn̄is. eſtimatiua ⁊ fantaſia ⁊ imaginatiua ponunt
in eadē diuiſiōe ab Auicᵃ ⁊ Algazele. ḡ ſūt eiuſdē gn̄is.
Sed fantaſia ⁊ imaginatiua ſunt in gn̄e virtutis apphēſi
ue: ḡ ⁊ eſtimatiua ſilr. ¶ Itē dicit Algazel ꝙ quinque
ſunt ſenſus iteriores. ſ. ſenſus cois ⁊ imaginatiua eſtima
tiua ⁊ fantaſia ⁊ memoria. ſenſus enim ſonat in apphen
ſionē: ergo eſtimatiua erit ꝟtus apphēdēs ⁊ nō motiua.
¶ Solo dicēdū ꝙ ſm ꝙ fantaſia large ſumit tunc eſti/
matiua eſt quedā pars fantaſie ut ſup habitū eſt. Si aūt
ſtricte ſumat tūc eſtimatiua eſt virtꝰ ſequēs fantaſiā ⁊ di
uerſa ab ipſa: ⁊ eſt determinās imitationē uel fugā in in
tētionibus apphēſis: que inqȝ intētiones ꝯiūcte ſunt cō
poſitioni ⁊ diuiſioni fantaſmatū nō tn̄ ſunt accepte a ſen
ſibus. ¶ Ad pmū ergo dicēdū ꝙ differt intētionē illā
accipe per modū ueri ſpeculatiui tn̄: ⁊ accipe eādē per
rōnē appetibilis uel deteſtabilis. ⁊ pmo intētionem acci
pit fantaſia ſcdo mō eſtimatiua. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ
apphēſiua dicit duobus modis. dicit enim apphenſiua
virtus accipiēs ſpēm ꝓut eſt pncipiū cognitionis cuiuſ/
libet ſiue ſpeculatiue ſiue opatiue: ⁊ hoc mō videt acci/
pere phs in 3° de aīa ubi dicit ꝙ ipſius acceptionis dr̄ie
ſunt ſcia opinio ⁊ prudētia. ſcia enim ⁊ opinio ptinēt ad
ſpeculationē: ⁊ prudētia ad opꝰ: ⁊ hō mō ꝯſiderāt apphē/
ſiuā ſenſibilē que diuidūt eā per qnque dr̄ias que dicū/
tur ſenſus interiores. Dicit etiā virtus apphēſiua virtꝰ
accipiēs ſpēm ordinatā ad ſpeculationem ueri tn̄ ⁊ hoc
mō eſtimatiua nō erit apphēſiua. Silr motiua dicit duo
bus modis. dicit enim motiua virtus īmediate mouēs
organa in motu ꝓceſſiuo ad fugā nociui ⁊ ad acqſitionē
ꝯueniētis: ⁊ hoc mō nō mouet niſi appetitus cū ſuis par
tibus ut infra ꝓbabit cū diſputabit de mouēte. Alio mō
dicit virtus motiua determinās per cognitionem id ad
qd eſt motus ꝓceſſiuus aīaliū: ⁊ hoc mō intellectus pra
cticus per ſciam ſuā eſt motiuus ut dicit Auerr. ⁊ ſimili
ter fātaſia practica ⁊ eſtimatiua ſm Auicᵃᵐ ⁊ Algazelē.
¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ſilitudo eſt ad intellectū practicū
que tn̄ vno mō eſt virtus apphēſiua. ¶ Ad duo ultima
dicēdū ꝙ qn̄ virtus apphēſiua diuidit in qnque ſenſus
interiores ſumit primo modo ⁊ non ſecūdo.

¶ Queritur quid ſit obiectum eſtimatiue.

## Ecundo queritur quid ſit

s obiectū eſtimatiue. Et videt ex pdictis ꝙ obm
eſtimatiue ſit id qd nō eſt ſenſatum. ſumit tn̄ de ſenſato.
hoc enim dicūt Auicᵃ ⁊ Algazel. ¶ Querat ergo utrū
ſit vniuerſale uel pticulare. Videt ꝙ nō pticulare. Om
ne enim pticulare eſt ſenſatū ꝓpriū uel cōe uel per acci/
dēs: ⁊ hoc dico ſi corporeū eſt. ⁊ dicūt aūt ꝙ illud qd ap/
prehēdit eſtimatiua nō eſt ſenſatū aliquo mō: ergo vide
tur nō eē pticulare. ¶ Itē oē qd determinat eē fugiēdū
uel imitādū videt hoc facere per aliqd cōe regens in fu
ga uel imitatione. Eſtimatiua vniuerſaliter determinat
de omni figura ⁊ omni imaginatione ſenſuum: ergo vi
det hoc facere per aliquod cōmune regitiuū: ⁊ ſic iterū
obiectū eius erit cōmune ⁊ nō particulare. ¶ Itē qcqd
vno mō ens accipit ab omni ſenſibili eiuſdem ſpeciet

hoc videt̄ uľe eſſe: ſicut homo in vna rōne accipit̄ a ſorte ꝛ platone. Illud aūt qđ determinat fugiēduʒ eſſe ſm vnum modū accipit̄ in oue ab omni lupo: ꝛ nō fugiēdū eſſe ſm vnuʒ modū ab omni paſtore: ergo hoc erit uľe cum ſit obm̄ eſtimatiue ꝛ ſic obiectū eſtimatiue erit uľe. ¶ Sed cōtra. oīs virtus aīe ſenſibilis eſt virtus opans in organo: nulla rō uľis eſt in ſpēbus defixis in organo. ergo nulla virtus aīe ſenſibilis eſt virtus opans ſm rōnem uľis. p̄ma probat̄ per hoc ꝙ nulla virtus aīe ſenſibilis ſepat̄ ab organo ut dicit phs: intellect⁹ enim ſolus nullius corpis eſt actus. 2ª probat̄ per hoc ꝙ dicit Auicª ꝙ quicqđ eſt in organo corporeo eſt cum quātitate ꝛ figura. ¶ Preterea oīs ſcia cauſat̄ ex rōne uľis. Si ḡ bruta aīalia pceptiua eſſent uľium: pceptiua etiā eēnt ſciarū per inuētionē ꝛ doctrinā ꝛ ſtudiū qđ falſum eſt. ¶ Solutio dicendū cum Auicª ꝙ intētiones accepte a ſenſib⁹ nō apprehēſe per ſenſum apphēdunt̄ per duos modos ſcilʒ per rōnem uľis ꝛ ſic elicē eam a ſenſib⁹ eſt experiētie ꝛ virtutis intellectiue. Alio mō accipiunt̄ per intentiones nunq̄ʒ ſepatas a ſenſib⁹ que ſunt hic ꝛ nunc: ꝛ ſic accipiunt̄ a duob⁹ modis. ſ. put ſunt principiū ueri ꝛ falſi in ptibus ꝛ ſic ſunt fantaſie: uľ put determinat nociuū uel ꝯueniēs in appetibilib⁹ ꝛ ſic ſunt eſtimatiue. Dicenduʒ ergo ad primū ꝙ p̄ma eſt falſa niſi intelligat̄ de corporeis exitibus in re extra. Si ꝟo itelligat̄ de his que inſunt eis ex cōpōne uel diuiſione ſicut ueruʒ ꝛ falſum. uel ex ordine ad appetitū ſicut nociuū uel ꝯueniens falſa erit ꝓpō. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ lʒ cōe regens ſit in eſtimatiua tñ nō cōſiderat̄ ſm rōnem coitatis ſue: quia aliter oporteret ꝙ eſtimatiua ſeparet cōe a pticulari per rōnem ſue coitatis: ſed ꝙ hic ꝛ nunc cōſiderat ipm qb⁹ colligat̄ aliud pticulare. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ eſtimatiua magis imitat̄ nām in mouēdo q̄ʒ ſciam ꝛ artem itellectus practici. Unde lʒ ouis vno mō accipiat inimicuʒ in omni lupo nō tñ utit̄ ingſitione ꝛ cōſilio in mō fugiēdi queadmodū homo: ſed oīs ouis fugit vno mō etiam oēm lupum. ꝛ hoc eſt qđ dicit Damaſcenus ꝙ bruta potius agunt̄ anteq̄ʒ agāt. ꝛ idem dicit Auicª ꝙ inſtinctu nature mouent̄ bruta ꝛ nō ad rōnem apprehenſi: ꝛ ideo rōnem vniuerſalis non conſiderant.

¶ Querit̄ quid ſit organum eſtimatiue.

# Tertio queritur

tur ipo poſt mortẽ.Alio mõ ĩtelligit a fantaſmate abſtra
hendo ulr̃:ꝛ hoc modo utiť in corpe.vñ lꝫ quendã actũ
intelligẽdi intellectus poſſibilis hẽat mediante fantaſia:
nõ tñ potẽtiã ĩtelligẽdi habet mediãte ipa:nec oẽm actũ
ĩtelligẽdi accipit ab ipa.Qd̓ aũt intellectꝰ poſſibilis actũ
intelligẽdi hẽat quendã ab intelligẽtijs ſepatis patet per
hoc qd̓ ſepe ſup̃ habitũ eſt in qõne de reuelatione ſom
nioꝝ ꝙ aĩa intellectiua eſt inſtrumentum intelligentie.
Preterea hoc iam ſtatim ꝓbabitur in ſequenti articulo.
¶ Ad aliud dicẽduꝫ ꝙ ex dicto Aꝛ:non ſequiť niſi ꝙ
quidã actus intelligẽdi corrũpať.ſ.qui eſt ex fantaſmate
ꝛ hoc idem dicit aplus ꝛ Augꝰ in epła ad corin.nũc co
gnoſco ex parte:tunc aũt cognoſcã ſicut ꝛ nũc cognitus
ſuꝫ:ꝛ idem ex pte cognoſcimus ꝛ ex pte ꝓphetizamus:
cum aũt uenerit qd̓ pfectuꝫ eſt euacuabiť qd̓ ex pte eſt.
¶ Ad aliud dicẽduꝫ ꝙ intellectus poſſibilis non corrũ
piť ex corruptione medie cellule niſi quo ad illũ actum
qui eſt ex fantaſmate. Si aũt querať q̃re non ſit ex actu
alio.Dicẽduꝫ ꝙ fortiores motꝰ in aĩa ſemp excludũt de
biliores.vñ cum motus ſenſuuꝫ ꝛ fantaſie ſit in hñtibus
corruptũ caput ſunt fortiores interioribꝰ motibꝰ intelle
ctus:nõ ita depꝛhenduntur motus intellectus niſi qñq; in
reuelatione:quas reuelationes Aꝛ:in 2º de aĩa de ſom
no ꝛ vigilia uocat ueras ĩtelligẽtias ſine fantaſmate exi
ſtẽtes ut ſup̃ habitũ eſt.¶ Ad aliud dicẽduꝫ ꝙ potentia
intellectus poſſibilis poſt morteꝫ cõplebiť ab intellectu
agẽte:ꝛ a formis que ſunt in intelligẽtijs ſepatis:ꝛ iõ nõ
erit ſupuacua.Dicũt enim phi ꝙ aĩa poſt mortẽ ɔuertiť
ad motorem primum ꝛ hic eſt finis perſpicuitatis eius.
¶ Qualiter intellectus poſſibilis intelligit poſt mortẽ.

## Ultimo queritur

Qualr̃ ĩtellectus poſſibilis intelligit poſt mortem.Et qui
dam dicunt ꝙ aĩe intellectiue ineſt duplex intelligendi
potẽtia vna.ſ.in ſe ſm quã intelligit per formas ordinis
vniuerſi ſicut dictum eſt ſup̃ de ſingulis.Alia ineſt in cõ
paratione ad corpꝰ ſm quã intelligit accipiẽdo a fantaſ
mate ꝛ illa uertiť in corpe.¶ Sed cõtra quecũq; poten
tia in ſe ineſt alicui in ſe non derelinquet ſubam eius:ꝛ
magis ineſt ei ſubalr̃ q̃ꝫ illa que ineſt ei in cõparatione
ad aliud.potẽtia intelligẽdi per formas ordinis vniuerſi
ineſt aĩe in ſe nõ derelinquẽs ſubam eius etiã poſt mor
tem.potẽtia aũt intelligẽdi ex fantaſmate nõ ineſt niſi in
compatiõe ad corpus:ergo ineſt ei magis ſubalr̃ q̃ꝫ iſta.
¶ Item ulterius quecũq; potẽtia magis eſt ſubalis ma
gis eſt parata ad actum q̃ꝫ illa que eſt accñtalis.potentia
intelligẽdi per formas ordinis vniuerſi magis eſt ſuba
lis aĩe q̃ꝫ potẽtia intelligendi ex fantaſmate:ergo magis
debet eſſe parata ad actuꝫ:ꝛ ex hoc ſequiť ꝙ aĩa in corpe
ꝑcipue debet intelligẽ per formas ordinis vniuerſi ꝛ nõ
ex fantaſmate.¶ Preterea queriť per quẽ modum ille
forme ſint in aĩa.Aut eniꝫ ſunt a natura.Aut per illumi
nationes intelligẽtiaruꝫ.Si ſm ꝑmo mõ tunc ſemp ſunt in
aĩa ꝛ in corpe ꝛ extra corpus:ꝛ ita aĩa exñs in corpe põt
intelligẽ per ipas ſine fantaſmate.¶ Preterea ſm hoc
nõ eſſet neceſſe ꝙ aĩa ɔiungereť:ſine corpe enim hẽret
intellectũ diuꝫ quẽadmodũ intelligẽtie ſepate.¶ Pre
terea cũ ueriori ꝛ certiori mõ cognoſcanť res per huiuſ
modi formas que ſunt in intelligẽtijs ſepatis q̃ꝫ per for
mas acceptas ex fãtaſmatibꝰ:qd̓ patet ex lꝫ ꝙ in ĩtelligẽ
tijs ſepatis nõ eſt opinio ꝛ ignorãtia ſꝫ certa ſcia.in hoibꝰ
aũt eſt opinio ꝛ ignorãtia videť male agẽ creator cũ aĩa
rõnali ponẽdo eã in corpe in quo capit ĩferiorẽ moduꝫ
cognoſcẽdi q̃ꝫ hꝛet ex ſeipa.Si ꝓpter hoc dicať ꝙ hmõi
forme ſunt in anima per illuminationes intelligẽtiarũ.
¶ Cõtra Auicª dicit in xº methaᶜᵉ ſue ꝙ intelligẽtia nõ
mouet aĩam niſi ſicut deſideratũ mouet deſideriuꝫ:hoc
aũt eſt mouẽs nõ motuꝫ a quo abſtrahiť forma deſidera
bilis:ergo oportet ꝙ ipa poſt morteꝫ formas abſtrahat
ab intelligentijs.Et querať modus abſtractionis ꝛ non
erit facile fingere.Propter hoc dicunt quidã alij ꝙ que
dam ſunt intelligibilia pſe ſicut abſtracta a motu ꝛ a ma
teria.Quedã ſunt cũ motu ꝛ mã:uel quedã cuꝫ mã tñ.
Et ea que ſunt cum motu ꝛ mã ſunt ſenſibilia facientia
fantaſmata per ſenſum ꝓpriũ ꝛ per ſenſum cõem:ꝛ ĩtel
liguntur duobꝰ modis.ſ.per ſuã eſſentiã uel per ſuuꝫ eſſe.
ꝛ hoc eſt per ſuã quidditatẽ diffinitiuã ꝛ per eſſe ſue na
ture qd̓ hñt in ſuba.Cum aũt per ſuas quidditates non
faciũt fantaſmata intellectus eoꝝ ſic cõſideratoꝝ non ab
ſtrahiť a fantaſmate.ꝛ ſic pñt intelligi ab ĩtellectu ſine fã
taſmate exñte poſt mortẽ per ſuuꝫ eſſe. Et adhuc cõſide
ranť duobus modis.ſ.per compationẽ ad ſbam in qua
ſunt:ꝛ ſic cognoſcunť per ſbaꝫ ſicut hẽtur in ꝑº de aĩa ꝙ
utile eſt qd eſt cognoſcẽ ad cognoſcẽduꝫ cauſas accñtiũ
ſubſtãtijs. Cõſideranť etiaꝫ ſm ſuas formas quas agũt
in alijs ſiue corporeis ſiue incorporeis ſicut frigidũ agit
in calidũ.incorporeis ſicut ſenſibilia agunt in aĩam ſen
ſibilem.dicunt igiť ꝙ ſuba que fantaſma nõ facit pſe in
telligibilis eſt ꝛ hoc ſiue ſit quidditas accñtis ſiue ſube.
Si accñtis ſm ſuuꝫ eſſe qd̓ habet in ſuba intelligibile eſt
intellectu deueniẽdo in accñs per ſbam:ꝛ ſic dicunt in
tellectũ poſſibilem intelligẽ poſt mortẽ ſbam ꝛ accñs.ſꝫ
illo mõ quo accñtia agunt ſuas opationes ſiue formas:
in alijs nõ intelliguntur poſt mortem q: ſic fantaſmata fa
ciunt:ꝛ aĩa poſt morteꝫ nõ eſt ɔiuncta fantaſie.¶ Sed
contra omne qd̓ intelligiť actu uel habitu eſt in aĩa:ſbe
ꝛ quidditates reruꝫ poſt mortẽ intelliguntur actu uel ha

bitu: ergo ſunt in aïa. Inde ulterius: omne qđ eſt in aïa actu uel habitu aut eſt cõcreatum illi aut acquiſitũ. ſube ꝛ quidditates rerũ ſunt in aïa actu uel habitu: ergo ſunt cõcreate uel acq̃ſite. Si cõcreate tũc etiã fuerũt in aïa in corpore exñte: ꝛ tunc etiã nõ fuit neceſſe ipas abſtrahẽ: ſic etiã incidimus in errorem Platonis ſm ꝙ oium ſcibiliũ ſpecies ſunt in aïa ꝛ qđ quiſq; diſcit immemor re cordaẗ. Si aũt ſunt in aïa per acq̃ſitionem cum ille motus nõ põt eſſe niſi per abſtractionẽ oportebit ꝙ aïa poſt mortem abſtrahat a rebus eſſentias ꝛ quidditates rerũ ſine p̃iudicio melioris ſnie. ¶ Sol'o dicim⁹ ꝙ aïa poſt mortẽ intelligit per formã ordinis vniuerſi ſicut ꝛ intelligentia ſepata. Que aũt ſint forme tales ſufficiẽter explanatum eſt in qõne de angelis. ꝛ ꝯcedimus ꝙ ille forme cõcreate ſunt aïe rõnales. ¶ Ad id aũt qđ obijciẗ in cõtrarium dicẽdũ ꝙ potentia intellectiua vna eſt utroq; mõ intelligẽdi. ꝙ aũt aïa duplicẽ habet modũ intelligẽdi eſt ꝑpter duplicẽ rõnem ipſius. ſicut enim ſup̃ habitum eſt ipa eſt vna in ſbã hñs quaſdã vires affixas corpori: ꝛ quaſdã nõ affixas: ꝛ ꝑpter hoc hñt vnum modũ intelligendi per compatiõnẽ ad corpus. Aliã aũt per cõparationẽ ad ſbas ſepatas qbus ipa eſt ſilis per hoc ꝙ eſt ſbã ꝑpetua ꝛ incorruptibilis ꝛ inſepabilis. Et ſi obijciẗ ꝙ hmõi forme ſunt in aïa que nõ indiget abſtrahere alias. dicẽdũ ꝙ forme ille nõ ſunt vnius rõnis cum his que abſtrahunẗ. ille enim forme ſunt ad rem ꝛ non ſunt rerũ rõnes eo ꝙ comparanẗ ad uľe ꝛ ꝑticulare eodẽ mõ. forme aũt que abſtrahunẗ ſunt rõnes uľes: ꝛ ꝑpter hoc etiam ſcie nõ ſunt vnius rõnis hincinde. Qđ aũt aïa nõ agat per formas illas hoc eſt q: fortiores motus in comparatione ad corpus excludũt alias que ſunt debiliores. oẽs enĩ motus exteriores ut habeẗ in libro de ſomno ꝛ vigilia fortiores ſunt interiorib⁹. ¶ Ad aliud dicẽdum ꝙ aïa eſt in corpe eo ꝙ depẽdet ad ipm ſbalr̃ita ſcil3 ꝙ ꝑpter quaſdã potẽtias ſuas nõ cauſaẗ niſi in corpore l3 nõ corrumpaẗ corrupto corpe: ꝛ ſm illas compatiões accipit ꝑfectionẽ ſcie in ipo que eſt per abſtractionẽ: ꝛ iõ ꝑficit ei qđ ꝯiungiẗ in corpore. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ aïa nõ ꝯuertiẗ ad intelligibilia niſi per formas quas habet apud ſe ſicut diximus de ꝯuerſione angeli ad angelum in conuerſione de angelis.

¶ Queritur quid ſit intellectus ſpeculatiuus.

## Einde queritur

De intellectu ſpeculatiuo. Et queruntur q̃nque. Quoꝝ p̃m eſt quid ſit intellectus ſpeculatiuus. 2m Utrum ipſe ſit res actu ſcita ut videẗ dicẽ Alex. 3m Utrũ ipe ſit vnus ꝛ idẽ numero in oĩbus aïalibus rõnalibus ut videẗ dicẽ Auerr̃. 4m Utrũ ſpẽs intelligibiles ſint in ipo ſicut in loco uel ſicut in materia. 5m Utrum habitus eius poſt cõſiderationẽ manet in ipo uel in memoria uel oĩo nõ manet in aïa rõnali.

## Ad primum ſic proceditur.

Dicit Alexander in libro de intellectu ꝛ intelligibili ꝙ intellectus ſpeculatiuus ſiue adeptus eſt cuĩ intellectu ꝛ habet habitũ ut intelligat: ꝛ eſt potens aſſumẽ formas intelligentiarũ per ſuã virtutem uel potentiam que eſt in ipo. ¶ Item Auic^a. intellect⁹ in effectu ſiue ſpeculatiuus eſt qui intelligit quotiẽs vult intelligere ſine labore acq̃rendi. ¶ Sed ꝯtra p̃^am ſic obijciẗ. intellectus poſſibilis eſt qui intelligit ꝛc. ergo videẗ ꝙ intellectus poſſibilis ſit ſpeculatiuus. p̃^a ꝑbaẗ per hoc ꝙ accñs nõ mutat ſbam: ꝛ ſic videẗ ꝙ l3 hẽat formã intelligibilẽ ꝙ adhuc ſit intellectus poſſibilis. ¶ Item intellect⁹ ſpeculatiuus eſt intellectus in effectu ꝛ actu. omne autẽ qđ eſt in actu debet diffiniri per actum ſuum: ergo intellectus ſpeculatiuus per actũ debet diffiniri ꝛ ſic mãle dicit ꝙ ſit potens aſſumẽ formas intelligẽtiarũ per ſuam virtutem uel potentiã que eſt in eo. ¶ Preterea in hoc nõ videẗ differre ab intellectu poſſibili q: intellect⁹ poſſibilis potens eſt per ſuã virtutem aſſumẽ formas intelligentiarũ. ¶ Item nihil accipiẗ qđ iam hẽtur. intellectus ſpeculatiuus iam habet formã intellectoꝝ: ḡ nõ eſt adhuc potens aſſumẽ illã formã per ſuã virtutẽ. ¶ Cõtra 2m ſic obijciẗ: ſi intellectus ſpeculatiuus intelligit qñ vult ꝛ ꝯſiderat. Queriẗ utrum virtus illa que mouet in ope ſit cõſiderãda ex ꝑte intellectus uel ex ꝑte intelligibilis. ꝛ videẗ ꝙ ex ꝑte intelligibilis: q: in omni cõpoſito ex mã ꝛ forma opationes illius cõpoſiti attribuunẗ forme ſicut mouenti. Cõſideratio aũt eſt opus cõpoſiti itellectus ex potentia ꝛ actu: ergo attribueẗ forme ſicut mouenti. p̃^a ꝑbaẗ in 2° de aïa ubi ꝑbat Ariſ: ꝙ eſt forma aïalis eſt etiam ut finis ꝛ efficiẽs opationũ. ꝛ in 2° phi^r ubi hẽtur ꝙ tres cauſe coincidũt in idẽ. ſ. forma finis ꝛ efficiens. 2m patet q: intellectus ſpeculatiuus cõpoſitus eſt ex potẽtia intellectiua ꝛ ſpecie intelligibili. ¶ Itẽ quicq̃d facit opari illud qđ eſt in potẽtia nõ põt opari ꝑ ſeipm: ipm eſt p̃ncipalr̃ opatiuũ: ſpẽs enim intelligibilis facit cõſiderare intellectũ poſſibilem: cum per ſeipm cõſiderare nõ põt. ergo ſpẽs intelligibilis p̃ncipalr̃ mouet ad ꝯſiderãdũ. p̃^a patet ꝑſe. 2^a aũt ꝑbaẗ ex hoc qđ dicit Ariſ: ꝙ intellectus nihil intelligit ante actum. ¶ Item dicit Ariſ: in prĩ° de morte ꝛ vita. ꝙ ſcia eſt in aïa ſicut aïa in corpe. ſed aïa eſt in corpe cauſa opationum: ergo ſcia in aïa erit cauſa opationũ. Opatio aũt hec eſt cõſideratio: ergo ſcia ſiue ſpẽs intelligibiles erunt cauſa ꝯſiderationis. uel nihil idem in eodem eſt mã ꝛ efficiẽs in cõſiderãdo vnũ opus. ergo intelligibile in ipo nõ eſt mã ꝛ efficiens ſed intelligibile ꝛ mã circa quã eſt ꝯſideratio ergo nõ erit efficiens ꝯſiderationis. ¶ Item omne opus eſt ab aliquo ꝛ ſup aliq̃d que nõ pñt eſſe idem: ſed conſideratio eſt ſup intelligibile: ergo nõ erit ab illo. ¶ Itẽ hoc videẗ demõſtrare modus loquẽdi. Dicimus enim de intellectu q: eſt ꝯſiderãs in ſigñone actiua: ꝛ de intelligibili qđ eſt ꝯſideratũ in ſigñone paſſiua ꝛ nõ ꝯuertimus locutionẽ ut dicamus intellectũ eſſe ꝯſideratũ ꝛ intelligibile ꝯſiderãs. ¶ Item in motu corpis ſic videm⁹ ꝙ illud qđ eſt renouaẗ ſm formã uel ſitum illud eſt motum. illud aũt qđ vnum ꝛ idem manet nõ renouaẗ ſm formã uel ſitum illud eſt imortale ꝛ mouens: ergo a ſilĩ illud qđ eſt in motu ꝯſiderationis vnũ ꝛ idem manẽs erit mouens: ꝛ in quo ſuccedũt ꝯſiderationes erit mobile ꝛ motũ: l3 intellectus ſit vnum ꝛ idem manens. intelligibilia aũt ſunt in q̃bus ſuccedũt ſibi ꝯſiderationes ergo intellectus erit mouẽs ꝛ intelligibilia mota. ¶ Solutio. dicẽdũ ꝙ intellectus poſſibilis nõ eſt hñs habitu niſi in potentia. cum enim diſtinguiẗ poſſibilis intellectus a ſpeculatiuo nõ diſtinguiẗ ex ꝑte ſbtĩ. ſed ex parte potentie ꝛ actus. poſſibilis enim eſt qui eſt in potentia: ꝛ ſpeculatiuus eſt qui eſt in actu: ꝛ ꝑpter hoc a phis potius diciẗ gradus intellectus ipſius q̃3 alius intellectus. ¶ Ad p̃m ergo dicẽdũ ꝙ formalr̃ poſſibilis nõ habet habitũ ſicut ſpeculatiuus: ſed potentia habet tñ qđ eſt ſimplr̃ nõ hr̃e ſed hr̃e ſm q̃d. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ cũ dicit Alexan^r. ꝙ ſpeculatiuus eſt potens aſſumẽ formã intellectoꝝ per ſuã virtutem intelligit de potentia ꝛ ꝟtute habituali hoc eſt que eſt ſtans cõpleta per habitum. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ poſſibilis nõ eſt potens aſſumere formas intellectiuoꝝ per ſuã ꝓpriã virtutem ſed indiget auxilio virtutis aliene ut aſſumat eas. ſ. ſtudij ꝛ doctrine inuẽtionis. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ duplex eſt aſſumptio alicuius. ſ. ad eſſe ꝛ ad uſum. Intellectus autẽ ſpeculatiuus nõ aſſumit formas intelligibiliũ ad hoc ꝙ eẽ hẽant in ipſo: q: iam inſunt ei ſed aſſumit eas ad uſũ cõſiderãdi ſm ꝙ dicit Uictorinus ꝙ uſus eſt actus elicit⁹ ex habitu. ¶ Ad id qđ queriẗ de 2^a diffinitiõe dicẽdum ꝙ ipa eſt data de potentia intelligibili cõpleta per

actum.¶ Ad id qꝺ querit̃ utrum virtus motiua in ope
cõſiderationis attribuat̃ intellectui uel ſpeciei intelligi/
bili.dicẽduȝ ꝙ utriſqꝫ diuerſimode.ſpẽi enim attribuit̃
ut forme regenti in ope:⁊ intellectui attribuit̃ ut efficien
ti ⁊ agenti.⁊ ꝓpter hoc dicit Alexãder ꝙ intellectus ſpe
culatiuus eſt ſicut virtus artificis hñtis artem.Ars aũt
in artifice mouet ut forma regens in ope:virtus ꝟo arti
ficis mouet ut efficiens ⁊ agens ſup mãm.¶ Ad ꝑmũ
ergo qꝺ obijcit̃ dicẽdũ ꝙ eſt cõpoſitũ ex eo ꝙ eſt tm̃ po
tentia ⁊ actu: ſicut cõpoſitũ ex mã ⁊ forma ſbali que dat
eſſe:⁊ in illis uerũ eſt ꝙ opationes cõpoſiti ꝑncipalr̃ re/
ducunt̃ ad formam ut ad mouens ⁊ agens ⁊ nõ ad ma/
teriam niſi per accñs ⁊ per poſterius ſicut opatiões ho/
minis reducunt̃ ad aiam per ſe ꝑo ⁊ ad virtutes corpo/
reas ut ad mouens ⁊ motũ:⁊ ita per accñs ⁊ per poſteri
us:⁊ eſt cõpoſituȝ ex ſbto ⁊ accñte.⁊ cuȝ ſbm ſit ſimplex
in actu lȝ in potentia ſit reſpectu accñtis ⁊ in illo compo
ſito nõ eſt uerũ ꝙ opatiões eius reducunt̃ pſe ad formã
⁊ per accñs ad ſbm.Eſt iteruȝ cõpoſituȝ ex eo ꝙ ſimpx
eſt actus ens tñ in potentia ad aliqd aliud ⁊ ex actu ⁊ in
illo adhuc viuus uerũ eſt:⁊ talis cõpõ eſt in itellectu ſpe
culatiuo qui ſimpx eſt forma ⁊ actus.Eſt tñ in potẽtia ad
ſpẽm intelligibilis:⁊ ex ipa ſpecie intelligibili: ⁊ ꝓpter
hoc cuȝ ipe ſit forma ⁊ actus ꝯuenit ei agere in aiali opa
tione que eſt ꝯſideratio ſpẽi:aut ꝯtingit agere ut regen/
ti opus.¶ Ad aliud dicẽduȝ ꝙ cum dicit Arẽ:ꝙ ſcien
tia eſt in aia ut aia in corpore intelligit compationeȝ for/
me ad ſbm tm̃.forma eniȝ eoꝝ corrumpit̃ corrupto ſbto
ſi tm̃ forma eſt:⁊ in hoc ꝯueniũt ⁊ forma ſbalis ⁊ accñta
lis ⁊ hñt etiam quaſdã ꝓprias corruptiones ut ſcia cor/
rumpat̃ per obliuionem manẽte ſbto:⁊ de hmõi cõpa/
ratione loqtur ibi Arẽ:nõ intẽdens ꝙ ſit in oibus ſilr̃.
¶ Ad aliud dicẽduȝ ꝙ itellectus ſpeculatiuus nõ oino
accipit potentiã ꝯſiderãdi a ſpecie intelligibili:ſed acci/
pit ipam ut regens:⁊ circa qꝺ eſt ꝯſideratio ſicut etiam
virtus digeſtiua nõ accipit virtutẽ digerẽdi a nutrimẽto
lȝ nihil digerat anteqꝫ hẽat nutrimẽtuȝ. Et qꝺ dicit phus
ꝙ nihil intelligit ante ſpẽm intelligibilẽ: hoc uerum eſt
eo ꝙ nõ habet regens circa qꝺ opet̃.¶ Ad id qꝺ obij/
cit̃ pro altera parte dicẽduȝ ꝙ ſi ꝓprie loquamur ſpẽs in
telligibilis nõ eſt mã ꝯſiderationis circa quã eſt cõſide/
ratio:ſed potius res cuius eſt illa ſpẽs: ſicut etiaȝ in viſu
ſpẽs viſibilis nõ eſt mã circa quã eſt viſus ſed potius res
viſa. Et ſi nõ fiat vis in hoc tunc dicẽduȝ eſt ꝙ aliter eſt
in motibꝰ aie ⁊ aliter in motibus corpoꝝ exteriorũ. Cor/
pus enim nõ mouet ſe ita ꝙ ipm ſit mouẽs ⁊ motuȝ ⁊ tm̃
intellectus ꝯſiderãdo ꝯuertit̃ ſupra ſe:ita ꝙ ipe ſit ꝯſide
rans ⁊ ꝯſideratũ ⁊ mouens ⁊ motũ:⁊ hoc ꝯtingit nõ ꝫm
idem ſed q: ſpẽs intelligibilis eſt in duplici ꝯſideratiõe.
Eſt etiã ſpẽs rei ⁊ ſpẽs itellectus.ſed rei ſpẽs eſt ſicut in
quã ducit per hoc ꝙ eſt rõ rei ⁊ quidditas.ſpẽs ꝟo ⁊ in/
tellectus eſt ut forma ꝑfectiua põne eius:⁊ iõ põt ipa eẽ
in ꝯſideratione mouens ⁊ mota ut eſt forma intellectus
mouẽs:mota ꝟo nõ eſt forma rei. Et ſi obijcit̃ ꝙ forma
⁊ mã nõ coincidũt in eãdẽ rem dicẽduȝ ꝙ hoc eſt uerũ
de mã ex qua eſt res ⁊ nõ de mã circa quaȝ eſt opus eo
ꝙ illa frequẽter eſt obm̃ opationis que per intẽtionem
ſue ſpeciei mouet opationẽ.¶ Ad aliud dicẽduȝ ꝙ nõ
põt eſſe idem ꝫm idem a quo eſt opus ⁊ ſup qꝺ eſt: ꝫm
diuerſa bñ ꝯtingit ut iam dictũ eſt.¶ Ad aliud dicẽdũ
ꝙ intellectꝰ eſt ꝯſiderãs per modũ loquẽdi ⁊ accipimus
intellectũ ut agentem. Cuȝ aũt dicimus ꝙ ſpẽs intelligi
bilis eſt ꝯſiderata.dicẽdum ꝙ accipimus ipam ut ſpẽm
rei ⁊ nõ ut ſpẽm intellectus.¶ Ad aliud dicẽduȝ ꝙ ꝯſi
derationes ſumunt̃ ſuper ſpẽs intelligibiles ꝫm ꝙ ſunt
ſpẽs rerũ q: ſunt ſic mote ⁊ ꝯſiderationis materia.

¶ Utrum intellectus ſit res ſcita.

s Ecundo queritur Utrum
intellectus ſpeculatiuus ſit in actu res ſcita. Et videtur
ꝙ ſic. Dicit enim Arẽ:in 3o de aia ꝙ idem in actu ſcia eſt
rei.¶ Item dicit Arẽ:ꝙ ſenſus eſt idem in actu cũ ſen
ſibili.¶ Item dicit ꝙ ſcia in actu eſt res ſcita. ¶ Item
dicit in 3o de aia ꝙ in his que ſunt ſine mã idem eſt itel/
lectus ⁊ qꝺ itelligit.ſcia nãqꝫ ſpeculatiua ⁊ qꝺ ſpeculatũ
eſt idem eſt. Ex oibus his accipit̃ ꝙ intellectus ſpecula
tiuus idem ſit in actu cum re intellecta. Si forte aliquis
dicat ꝙ Arẽ:intellexit hoc de itelligibilibꝰ ſepatis a mã
ſic ſunt intelligentie. Cõtra in oibus intelligibilibus ut
hoc uerũ eſt ꝙ ſunt ſepata ut dicit Arẽ:⁊ Auicª ⁊ Auer.
nihil enim ꝯiunctũ mãe ⁊ appendicijs mãe eſt intelligi
bile:hoc ergo intelligit̃ de oibus itelligibilibꝰ.¶ Pre
terea eadem difficultas eſt de intelligẽtijs que eſt de mã
libus:cum enim intellectus ſpeculatiuus ſpeculat̃ intel
ligentiã ipe per hoc nõ efficit̃ ſubalr̃ itelligẽtia lȝ ſit ideȝ
actu cum intelligentia.¶ Item dicit Arẽ:in 3o de aia ꝙ
aia eſt ſicut manus.manus enim organũ organoꝝ eſt.⁊
intellectus eſt ſpẽs ſpẽrum.⁊ ſenſus eſt ſpẽs ſenſibiliuȝ.
cum enim dicit̃ ꝙ intellectus eſt ſpẽs ſpẽrum aut intel/
ligit̃ de ſpẽbus que ſunt in aia tm̃:aut de ſpẽbus que ſũt
in rebus tm̃:aut de utriſqꝫ. Si ꝑmo mõ tũc oporteret du
plices ſpẽs eſſe in aia ꝫm intellectũ ut.ſ.intellectꝰ ſpecu/
latiuus eſſet ſpẽs aliquarũ ſpẽrum exñtiũ in aia:que nõ
eſſent in intellectu ſpeculatiuo qꝺ abſurdũ eſt. Si 2o mõ
tunc oporteret ꝙ intellectus ſpeculatiuus eſſet ſpẽs rea
lis extra:qꝺ iterũ falſum eſt:ergo relinquit̃ ꝙ 3o ſit ita.ſ.
ꝙ per li ſpẽs ſupponat̃ ſpẽs in intellectu:⁊ per li ſpẽrum
ſupponant̃ rerum ſpẽs extra. Si ergo intellectꝰ ſpẽs eſt
ſpẽrum ipe eſt ſpecie idem cum re extra:⁊ quecũqꝫ ſunt
ſpecie idem ſunt actu idem:ergo itellectus ſpeculatiuus
eſt idem actu cum re intellecta. Si forte dicat aliquis ꝙ
per li ſpẽs ſupponit̃ ſpẽs in intellectu ⁊ per li ſpẽruȝ ſup
ponant̃ ſpẽs in fantaſmatibꝰ. Contra hoc eſt altera pars
ꝓpõnis. Cum enim dicit̃ ꝙ ſenſus eſt ſpẽs ſenſibilium:
ſenſibilia ſunt extra aiam in rebus ſenſatis: ergo videt̃
etiam ꝙ cuȝ dicit̃ intellectus eſt ſpẽs ſpẽrum ꝙ ſpecies
ſint in rebus extra.¶ Item ſit ita ꝙ importent̃ ſpecies
in fantaſmatibꝰ ſequit̃ idem incõueniẽs qꝺ timetur in
alio.ille enim ſpẽs ſimplr̃ ſunt ſpẽs ꝑticulariũ ⁊ ꝑticula/
res ſpẽs in intellectu ſunt uľes:ergo intellectꝰ ꝫm actuȝ
nõ habet ſpẽs fantaſmatũ.¶ Preterea per rõnem ꝓba
tur dictuȝ phi:quecũqꝫ enim ſunt in potentia idem:ſi po
tentia reuocat̃ ad actuȝ ipa erunt actu idem.intellectus
poſſibilis in potentia eſt idem in oibus ſcibilibus:ergo
ſi potentia reducat̃ ad actũ:ipa erit actu idem cũ rebus
ſcitis ſed in ſpeculatiuo reducit̃ ad actum:ergo ſpecula/
tiuus eſt idem cum oibus ſcitis actu.ꝑª patet pſe.2ª pro
bat̃ per hoc qꝺ dicit̃ in 3o de aia ꝙ intellectus poſſibilis
potentia eſt oia intelligibilia actu.¶ Item quecũqꝫ po
tentie ꝑficiunt̃ ab eodem actu ille ſunt idem actu.poten
tia intellectus ⁊ potentia rei ſcite ꝑficiunt̃ ab eodẽ actu:
ergo ſunt idem actu intellectus ſciens ⁊ res ſcita. ꝑª pa/
tet pſe.2ª ꝓbat̃ in 7o methacc ubi ꝓbat̃ ꝙ eſt actus uľis ⁊
particularis q: rõ rei ⁊ quidditas eſt intellectus ſciẽtis.
Sed cõtra quecũqꝫ ſunt actu idem ſimplr̃ ſunt idem in
tellectus ⁊ res ſcita ſunt actu idẽ:ergo ſimplr̃ ſunt idem.
ꝑª probat̃ per hoc ꝙ idem eſt actu eſſe ⁊ ſimplr̃ eẽ.2ª ſup
ponit̃ per ante dicta.¶ Item ſic lapis eſt ſcitus ⁊ homo
eſt ſcitus ⁊ quicũqꝫ vni ⁊ eidem ſunt eadem:ſimplr̃ ipa
ſunt eadẽ:ſed lapis ſcitus ⁊ homo ſcitus ſimplr̃ nõ ſunt
eadem intellectu ſcibili:ergo ipa ſunt eadem: ergo duȝ
lapis ſcitur homo ſcitur qꝺ eſt abſurdum.¶ Solo dicẽ
dum ꝙ oia intelligibilia denudata ſunt a mã ⁊ appendi
tijs mãe:uel nuda per ſeipa:⁊ ꝓpter hoc intellectus ſpe
culatiuus ſpẽs eſt oium intelligibiliũ ⁊ idem cuȝ oibus
actu:ſed actus duplicẽ habet compationẽ.vnam ad rem
cuius eſt actus:⁊ ſic eſt rõ rei ⁊ quidditas nullã driaȝ ha
bet ab ipa. Si enim hẽret driam ꝫm illud in quo differ/

ret nō cognoſcerek per ipm res ſcita.ꝛ iō ſpēs que eſt in aīa eſt principiū intelligēdi totā rem ꝛ totū eſſe rei oino accipik ut actus totius rei.ꝛ cū ſint in intellectu eo ꝙ pn cipiuz ſit intelligēdi eſt ſcia res ſcita in actu ꝛ intellectus ſpeculatiuus ſpeculak in actu. Aliā habet compationez ad id in quo eſt ut in ſbto:ꝛ ſic nō eſt pncipiū intelligen di ſed pncipiū eſſe:ꝛ q: in itellectu eſt ſilitudo accntalis cauſat in ipo eſſe accntale.q: ꝟo in re eſt forma nālis fa/ cit in ipa eſſe nāle.ꝛ hoc attēdens phus dicit ꝙ ſcia quo dāmō eſt res ſcita.ꝛ in alio loco dicik ꝙ intellectꝰ eſt idē actu cum eo qđ intelligik:ḃm eſſe eſt aliud:ꝛ ſilr ſenſus cuz ſenſibili eſt idem actu ḃm eē eſt aliud ſicut ſup expo ſuimus.ut tñ melius itelligak gloſabimus ſingula dicta Ariſ.Qđ ergo dicit ꝙ idem ḃm actū eſt ſcia rei tripr glo ſak.pº ſit idem.ſ.poſſibilis de quo añ feci mentionez.in actu exñs eſt ſcia rei ꝛ intēdit tūc dicē ꝙ ſpeculatiuus ꝛ poſſibilis ſunt idem in ſba ꝛ ſbto:ſed qñ poſſibilis eſt in actu:tunc eſt ſcia rei.2º ſic ſpeculatiuus itellectus qui eſt formalr ſcia ḃm actū eſt idez rei ſed nō ḃm eſſe.3º mō ſic ſcia ſpeculatiui itellectꝰ actu eſt idem rei.in oibus his tri bus modis uera eſt ppō ſed intelligēdum eſt ḃm Ariſ:ꝛ Auic:ꝛ Auerr.ꝛ Alexan.ꝛ Alpho.ꝙ cuz dicik itellectꝰ eſt ſcia itelligik ſcia ꝛ itellectꝰ eſſe vnū ſicut vnū ꝯgrega/ tuz ex ſbto ꝛ accñte qđ dicik idē actu cū re qđ eſt in actu ſili.ſed meliꝰ eſt ut dicak itellectꝰ ſpeculatiuus formalr eē ſcia ꝛ actu idem rei ut ꝑus habitū eſt. Qđ aūt dicit in 2ª auctoritate ꝙ ſenſus eſt actu res ſēſata ꝛ ſcia res ſcita iaz explanatū eſt.Qđ ꝟo in 3ª auctoritate d: ꝙ aīa eſt ſicut manus:manus enim organū organoꝝ. ipē gloſat in liº de aīalibꝰ ubi dicit manus nō eſt vnū inſtrm ſed plura: qm̄ eſt ſicut inſtrm recipiens inſtra: nā ergo dedit hoī manū ut poſſit uti ipa diuerſis modis ꝛ ita parū hoīs eſt ſicut vnguis ꝛ vngula etiaz lancea ꝛ gladiꝰ ꝛ alia inſtra: qm̄ pōt oīa iſta facē ꝛ creatio manus eſt ꝯueniēs oibus opationibꝰ qm̄ eſt extenſa ꝛ diuiſa in multas ptes:ꝛ pōt vna pte ſola uti duabꝰ ꝛ multis ꝛ ḃm diuerſos modos. Eſt ergo ſenſus ꝙ manus eſt ulē organuz ad oīa inſtra opabilia ꝛ ſic aīa per duas ptes ꝛ ſpēs eſt utens oibꝰ ſpē/ bus.ḃm ſenſibilē enim ptem utimur oibus ſenſibilibus partibꝰ:ꝛ ḃm intelligibilē utimur oibus ulibus itelligi/ bilibꝰ.oīa eni que ſunt ſenſibilia uel itelligibilia ſunt ut hētur in 3º de aīa.nihilominus tñ ꝛ h̄ eſt uerū ꝙ ſpecies que formalr eſt itellectꝰ ſpeculatiuus eſt actꝰ ſpēruz que ſunt in rebꝰ. ¶ Ad id aūt qđ ꝯtra h̄ obÿcik per ultimaz rōnem dicēduz ꝙ dupx eſt actꝰ.ſ.actus nāe ꝛ rōnis.actꝰ nāe dat eſſe nāle qđ eſt eē ſimpx ꝛ que ſunt eadez in illo actu ſimpr ſunt eadē.Actus aūt rōnis eſt intētio ꝛ rō rei nō pncipiū eē ſ; pnm cognitiōis:ꝛ ꝑpter h̄ que illo actu ſunt eadē nō ſūt ſimpr eadē ſ; ḃm qđ ut patet ex pdictis.

¶ Utruz vnus ꝛ idem numero intellectus ſit in omni/ bus animalibus rationalibus.

**Tertio queritur** Utrum vnus ꝛ idem numero itellectꝰ ſit in oibus aīalibꝰ rō/ nalibꝰ.Et videk ꝙ ſic.q: dic̄ Auer.ſup 3m de aīa ꝙ vna eſt ſpēs itellectꝰ ſpeculatiui apud oēs hoīes. ¶ Itē glo. ſup illud uerbū uelociter currit ḃmo eius.Dicit ꝙ uelox eſt ſicut equus uel angelus uel uētꝰ alicubi eſt nō ubiq;. uelocitas aūt ipa ubiq; eſt nō eſt in pte nuſq̄ artak que nō mō eſt in equis ſed in alÿs inaīatis:ꝛ in eiſdē tēporū pūctis ubiq; terrarū diffundak hoc nō pōt itelligi de ue locitate hac uel illa:ſ; de ulī uelocitate ḃm ꝙ eſt ulis.cū igik hec ſint in itellectu ſpeculatiuo itellectꝰ ſpeculatiuꝰ eſt ubiq; terrarū vnus ꝛ idem:ꝛ ita erit idem in oibꝰ rō/ nabilibꝰ. ¶ Itez in pº poſteriorū dicit Ariſ:ulē dico ꝙ cuz de oī ſit ꝛ ꝑſe eſt ꝛ ḃm ꝙ ipm eſt.Ex h̄ accipik ꝙ ulē eſt idem de omni.ꝛ cuz ulē ſit ſpēs intellectꝰ ſpeculatiui: intellectꝰ ſpeculatiuus in vna ſpecie eſt de omni:ꝛ ſic in eadē ſpecie itellectꝰ ſpeculatiuus de omni eſt in vno ꝛ in alio. ¶ Per rōnem aūt ꝑbak idem ſic.quicqđ ſepatuz eſt ab oī mā ꝛ māe appēditÿs nō accipit dīam ꝛ nume ruz niſi dīam gñis ꝛ ſpeciei.oē ulē ens in itellectu ſpecu latiuo eſt ſepatū ab oī mā ꝛ māe appēditÿs:ergo nō hēt mām differentē numero ſed ſpecie ꝛ gñe.pª ꝑbak per hoc qđ dicit ꝙ idez eſt vnū numero ꝛ mā.2ª patet ꝑ mo duz abſtractiōis itellectꝰ qui ſepak ab oī mā ꝛ appēditÿs māe. ¶ Ex hoc ulteriꝰ ꝯcludik ꝙ ulē qđ eſt in itellectu oīum hoīum:ſi eſt idem gñe ꝛ ſpecie erit etiā idē nume ro apud oēs:ꝛ accipik hoc ulē aſinus qđ eſt idem ſpecie ꝛ gñe in itellectu oīum ꝛ ſic erit idem numero. ¶ Itez dicit Boeꝰ ſpēs eſt totū eſſe idiuiduoꝝ eo ꝙ poſt ſpe ciē nō eſt niſi mā idiuiduata.Dic̄ aūt Porphyrꝰ ꝙ ꝑti cipatiōe ſpeciei plures hoīes ſunt vnus hō.ergo remo/ tis ꝑticipātibus.ſ.mām idiuiduātibus nō remanet niſi vnus hō ſimpx ſed remouenk per itellectū oīuz hoīum. ſed ꝙ oēs nō diſtinguunk niſi per mām:remota mā erit idem apud oēs:ulē eſt hmōi:ergo remota mā erit idem apud oēs hoīes.ſed mā remouek per abſtractionē intel lectꝰ:ergo idem qđ eſt in itellectu eſt idez apud omnes. ¶ Item qcqđ oino facit idem apud oēs eſt idez.ulē oī/ no facit idem apud oēs ğ eſt idez apud oēs.pª patet per dictū Damaſceni qui dicit ꝙ res differūt ꝑprÿs rōnibꝰ. 2ª ꝑbak per hoc ꝙ eadē eſt cognitio quā ꝯſtituit eadem rōne apud oēs.Si forte dicak ꝙ ulē qdē eſt idem apud oēs:ſed nō itellectꝰ in quo eſt ulē. ¶ Cōtra eadē nume ro paſſio nō eſt in diuerſis ſbtis numero:ſed ulē qđ eſt apud oēs eadē paſſio numero ut ꝑbatuz eſt:ergo nō eſt in diuerſis ſbtis apud oēs:ergo itellectꝰ oīum idē eſt nu mero. ¶ Sed ꝯtra nō eadē eſt aīa rōnalis in oibus hoī bus qđ ſufficiēter ꝑbatū eſt ſup:ergo nec idem itellectꝰ cuz itellectꝰ ſit pars aīe ergo nec idem qđ eſt in itellectu eſt idem apud oēs. ¶ Item dicit Auerr. ꝙ itellectꝰ cor/ rūpik corruptiōe intelligibiliū:ſed nō ḃm ſbam. ſed ulē ḃm ꝙ eſt idem apud oēs nō eſt in itellectu ſed ḃm ꝙ eſt ſpēs que eſt in itellectu ſicut in ſbto:cū ergo nō ſit idem ſbm nō erit eadē ſpēs. ¶ Solō dicēduz ꝙ nō eſt idem intellectꝰ in oibus aīalibꝰ ut ꝑbāt ultime rōnes. ¶ Ad pꝛimū ergo dicēdum ꝙ itellectꝰ ſpeculatiuus hēt duo.ſ. ſbm ꝛ ſpēm.ſbm aūt nō eſt idem apud oēs.ſpēs aūt ꝯſi/ derak duobꝰ modis.ſ.ut rō rei ꝛ ut accñs aīe:ꝛ ut rō rei eſt apud oēs idem:ꝛ ut accñs ꝟo aīe idiuiduak in oibus aīalibus. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ueloci'accipik ut rō ue locitatis nō ꝯtracta huiꝰ uel illiꝰ. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ulē eſt de omni ḃm ꝙ eſt rō ꝛ nā coīs ſuoꝝ ꝑticulariuz ꝛ nō ḃm ꝙ eſt accñs aīe.ꝛ per hoc patet ſolō ad quatuor ſequētia que oīa ꝑcedūt ḃm ꝙ ulē eſt rō ſuoꝝ ꝑticularīū abſtracta ab illis. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ ḃm ꝙ ulē eſt accñs aīe non eſt rō rei.qđ patet:rō enim eſt quidditas rei ꝛ ſuba.ſpecies aūt intelligibilis eſt accñs non rei ſed intellectus:ꝛ propter hoc cum indiuiduek a ſolis intelli gibilibus numerabik per numerū intelligibilium.

¶ Utrū ſpēs intelligibiles ſunt in itellectu ut in loco.

**Quarto queritur** Utruz ſpēs intelligibiles ſunt in intellectu ut in loco uel in mā. Et videk ꝙ ut in loco. Dicit enim Ariſ:in 3º de aīa ꝙ phi bñ dicēies ſunt aīam eē locū ſpēruz ubiq; nō tota ſed itelligētia neq; actu ſed potētia eſt ſpēs ſupple aīa in tellectiua. ¶ Item qcqđ eſt in aliquo a quo hēt eē icor/ ruptibile ꝛ ꝯſeruatū eſt in ipo ut in loco:ſpēs aūt ſunt in itellectu ut a quo hñt eſſe icorruptibile:ergo ſunt in ipo ſicut in loco.pª ꝑbak per hoc ꝙ locus eſt ſaluatiuus loca ti ut hētur in 4º phix.2ª ꝑbak per hoc ꝙ ulē nō eſt niſi in rebus ꝛ in itellectu.In rebꝰ aūt corrūpitur q: diſtinctis pꝛimis ſbtis impoſſibile eſt aliqđ alioꝝ remanē ut hētur in pdicamētis.ꝛ in pº de morte ꝛ vita:ḃm accñs corrum punk que ſunt in ſbtis ꝯtrarioꝝ ꝑpter id qđ de illo ſbto ꝛ pdicare ſbam. ¶ Item quecūq; mouenk ad aliquod

ut ad imortale ſimplr mouent' ad ip̄m ut ad locuꝫ. ſpēs intelligibiles ſic mouent' ad intellectū: ergo mouent' ad ip̄m ut ad locū. p̄ª ꝓbat' per hoc ꝙ ſi aliqua mouent' ad aliqd mouent' ad ip̄m ut ad locū uel ut ad mām. Et ſi ut ad mām mouent' tunc mouent' ad id qđ ſimplr eſt imobile. Si enim mouent' ad locū mouent' ad imobile. habemus enim in 4° phiꝝ ꝙ locus ut locus ſemꝑ eſt imobilis. ſed motꝰ eſt ab ip̄o ⁊ ad ip̄m lꝫ locus ut uas moueat'. 2ª ꝓbat' in 7° phiꝝ ubi ꝓbat' ꝙ in intellectu nō eſt aliqua ſpēs motꝰ. ¶ Sed cōtra. oīs locus eſt terminus corꝑis alicuiꝰ: intellectꝰ nō eſt terminus alicuiꝰ corꝑis: ergo nō eſt locus. ¶ Item Arꝭ: hic rep̄hēdit yſidoꝝ qui dicit eādem eſſe loci potentiā ⁊ māe: ſed potētia itellectꝰ ad ſpeciem itelligibilē eſt potentia māe ut ſup̄ eſt ꝓbatū: ergo nō erit potētia loci. ¶ Item rep̄hendit Platonē qui dicit eſſe locū ⁊ mām: cū mā nihil terminet' ſed potius terminet' a ſpecie. locus autē eſt forma ⁊ ſpēs vniuſcuiuſqꝫ quo terminant' magnitudo ⁊ mā magnitudinis. cū igit' intellectꝰ ad ſpēm ſit idealis ſm Alexanᵐ. potētia ſua nō erit potētia loci. ¶ Item iuxta hoc querit' utrū itellectꝰ ſit potētia duarū ſpēruꝫ. Et videt' ꝙ ſic. Dicit eni Auerr'. ſup 3ᵐ de aīa ꝙ qñ oīa ſpeculatiua fiunt in nobis exñtia in potētia tūc etiā agens ꝯtinuat' nobis in potētia qđ nō cōtinuat' nobis niſi per illa. ⁊ cū fuerit exñtia in nobis in actu tūc ip̄e ꝯtinuat' nobis in actu. Ex hoc accipit' ꝙ itellectꝰ eſt in potētia ad ſpēm agentis ⁊ ad ſpēm itelligibilis ⁊ ita eſt in potētia ad alias ſpēs ſimul. ¶ Item ibidem Auer'. dicit manifeſtū eſt ꝙ ſbm itellectoꝝ ſpeculatiuoꝝ ⁊ itellectꝰ agentis eſt vnū ⁊ ideꝫ ſimul hoc eſt dyaphanū qđ recipit colorem ⁊ lucē inſimul ⁊ lux eſt efficiēs colorem ⁊ ex hoc ſequit' ideꝫ. ¶ Sed ꝯtra actꝰ hñt diffiniri in ꝓpria mā ut dicit Arꝭ. Cum ergo ſpēs agentis ⁊ ſpēs intelligētis nō ſunt idem actꝰ nō erūt in vno ut in ꝓpria potētia ⁊ ſimul. ¶ Solō dicēduꝫ ad p̄ᵐ ꝙ itellectꝰ reſpectu ſpēruꝫ hēt ꝯuenientiā cū loco ⁊ ꝯuenientiā cuꝫ ſbto. per hoc eni ꝙ ꝯfert eē ſimplex itelligibilibꝰ ⁊ quodāmō corruptibile hēt ꝯuenientiā cuꝫ loco ⁊ maxime cuꝫ loco ſuꝑiori: qꝛ de illo dicit Arꝭ: in 2° de gñatiōe ⁊ corruptione ꝙ ſpēs maxime interiꝰ eſt. formalia eni maxime ſunt in loco ſuꝑiori ⁊ mālia in iferiori. Iteꝫ per hoc ꝙ uariatio itellectuū fit circa itellectū ſine mutatiōe ipſius ⁊ motu ſimul hēt ſilitudinē cuꝫ loco ut ꝓbat' in 2ª obõne. per hoc ꝟo ꝙ eſt in potētia nō pōt agere pſe ⁊ efficit' in actu per itelligibile: ⁊ ſic hēt ſilitudinē cum ſbto ⁊ mā: ⁊ ꝑ hāc diſtictionē patet ſolō ad oīa obta. ¶ Ad id qđ iuxta hꝫ querit'. ſ. utrū ſit potētia ad duas ſpēs ſimul. dicēdum ꝙ ſuſcipit ſpēm agentis ⁊ ſpēm itelligibilis. Sed ille due ſpēs nō ſunt niſi actꝰ vnius. Spēs eni agētes eſt actꝰ ſpēi intelligibilis ſicut lux eſt actus coloris ſicut ſup̄ in q̄ōne de intellectu agente eſt determinatuꝫ. ⁊ per hoc patet ſolutio eius ⁊ obijcit' in contrarium.

¶ Utrum habitus intellectus ſpeculatiui poſt conſiderationem manet in ipſo uel in memoria.

Q**uinto et ultimo** querit' utrū habitꝰ intellectꝰ ſpeculatiui poſt ꝯſiderationem manet in ip̄o uel in memoria aliq̄ que ſit pars aīe rōnalis: uel nō manet in aīa rōnali. hec eſt qđ Auicᵉ in 6° de nālibꝰ. ⁊ videt' ꝙ manet in ip̄o. Habituꝫ enim eſt ꝙ aīa ſm intellectū poſſibilē eſt locus formarū intelligibiliū. locatū aūt manet in loco ꝯtinue: ergo videt' ꝙ ſpēs cōtinue poſt ꝯſiderationem maneāt in intellectu poſſibili. ¶ Item hēmus in p̄dicamētis ꝙ habitꝰ eſt q̄litas difficile mobilis. cū ergo habitꝰ ſit ꝑfectio potētie cuiuſlibet: habitꝰ manebit in itellectu. Sed contra forme remanentes poſt ꝯſiderationem aut manent in actu cōpleto aut in actu icōpleto. Si p̄° mō tūc cuꝫ ſint in itellectu in actu cōpleto erūt in itellectu: ſed itellectꝰ eſt virtꝰ app̄hēdēs ergo ſpēs ille in actu cōpleto manebūt in itellectu tanq̄ꝫ in ꝟtute app̄hendēte. Sed dicit Auicª ꝙ app̄hendē ſm actū nihil aliud eſſe q̄ꝫ ſpēm eſſe ſm actū in ꝟtute app̄hendēte: ergo itellectꝰ poſt ꝯſideratione ſpēs illas app̄hēdit in actu: ergo ꝯtinue ꝯſiderat ſm actū qđ falſuꝫ eſt. Si dicat' ꝙ nō manent in actu cōpleto in itellectu poſt cōſideratione: ergo cuꝫ actꝰ cōpletꝰ ſpēruꝫ intelligibiliuꝫ nihil aliud ſit q̄ꝫ abſtractio oīmoda ſpērum a mā ⁊ māe appenditijs: erūt ille ſpēs poſt ꝯſideratione reuertentes ad mām ⁊ māe appenditias: ſed oīs ſpēs ꝯiuncta appēditijs māe in aliq̄ virtutū ſcie aut eſt ut in ſbto: ergo ille ſpēs poſt ꝯſiderationem erūt in aīa ſenſibili ut in ſbto ⁊ nō manent in itellectu. Si forte dicat' ꝙ hoc nō eſt ꝯueniēs eo ꝙ Arꝭ: dicat ꝙ memoria eſt in itelligibiliū per accñs. Cōtra dicunt Arꝭ: in 2° de aīa ꝙ mutatꝰ ex habitu in actū nō eſt alteratꝰ ſm ſciam eo ꝙ nihil nouuꝫ recipit qđ p̄us nō habuit igit' itellectꝰ ꝓcedēs ex habitu in actū cōſiderādi nihil nouū recipit qđ p̄us habuit: ſed ſi ſpēs manent in memoria ſenſibili exigit' noua abſtractio ab appenditijs māe: ergo noua acceptio ab intellectu poſſibili: ergo itellectꝰ erit alteratꝰ ſm ſciam in tali ꝓceſſu qđ eſt cōtra p̄hm. igit' poſt ꝯſideratioꝫ nō manent in memoria ſenſibiliū ¶ Si forte dicat' ꝙ manent in memoriā rōnalis aīe. Cōtra memorie actus eſt cōuerti ſup ſpeciem cum intētione p̄teriti. intētio p̄teriti nō eſt de rōne ulīs: ergo ſpēs ulīs nō eſt in aliquo ſicut in memoria: ergo aīa rōnalis que nō habet niſi ſpēs ulēs nō habet memoriā. p̄ª ꝓbat' ex p̄habitis. 2ª ꝓbat' per hoc ꝙ eadē eſt rō ulīs in p̄terito in p̄nti ⁊ in futuro eo ꝙ abſtrahit ab hꝫ ⁊ nunc. ¶ Item tēpus eſt vna ꝯditio ꝑticularis. ulē aūt remotū eſt ab oībus ꝯditionibus ꝑticularis: ergo ulē remotū eſt a dr̄ia tp̄is. p̄ª ꝓbat' per hoc ꝙ tēpus eſt ꝓꝑetas motꝰ: ⁊ motꝰ nō eſt niſi ꝓprietas eius qđ eſt in mā ꝑticulari. 2ª ꝓbat' per rōnes ꝑticularis ⁊ ulīs. ꝑticulare enim eſt ꝙ de vno p̄dicat' ulē qđ de pluribꝰ. ¶ Item ſic oīs memoria eſt cū dr̄ia tp̄is determinata: nullū ulē eſt cum dr̄ia tp̄is: ergo nullū ulē eſt in memoria. Intellectus aūt tm̄ eſt ulīs: ergo nulla memoria eſt in itellectu: ⁊ qꝛ de hꝫ plura ſūt obta ſup̄ in q̄ōne de memoria hec in hoc loco ſufficiūt. Si forte dicat' ſicut dicit Auicª ꝙ hmōi ſpecies poſt ꝯſiderationem nō manent in itellectu poſſibili ſed per ip̄as efficit' itellectꝰ poſſibilis aptꝰ ſufficiēter ad petēdū itelligibilia ab itelligētia agēte. Cōtra. ſꝫ hoc ſpēs nō eſt in itellectu poſſibili niſi qñ actualr ꝯſiderat eā: ergo ſi 2ª ꝯſideratiōe aliqd recipit itellectꝰ poſſibilis. ergo mutatus eſt: ⁊ hoc eſt ꝯtra p̄hm. ¶ Preterea illa intelligibilia aut ſunt ſemꝑ intelligētia agēte: aut recipit ea. Si p̄° mō tūc nihil addiſcimus ſed per ſtudiū ⁊ acq̄ſitioneꝫ tm̄ excitamur ad hoc ut ꝯuertamur ad intelligentiā agentē ⁊ accipiamus ab ea itelligibilia: ⁊ hic eſt error Platonis. Si 2° mō tunc itellectꝰ agens eſt in potētia ad recipiēdū aliqd qđ ſup̄ in q̄ōne de itellectu agēte multis rōnibus eſt improbatū. ¶ Si forte dicat' ꝙ intelligibilia manēt in aīa ⁊ itellectꝰ poſſibilis ꝯuertit' ad ip̄am ⁊ tūc reſultāt in ip̄o ſicut in ſpeculo. Cōtra aut manēt ut res pſe exiſtētes: aut ut in aliquo ſbto. Si p̄° mō tūc ſpēs eēnt ſbe: qđ falſuꝫ eſt. res enim pſe exñs nō eſt niſi ſba cōpoſita. ſpēs aūt que ſunt in aīa ſunt paſſiōes ſicut habet' in p̄n° ꝑyarꝝ. Si 2° mō cuꝫ nō ſint in aīa niſi in aliqua eiꝰ virtute ſunt. querat' que ſit illa ⁊ redibit eadē qō que p̄us. Si ꝟo dicat' ꝙ ſunt in memoria ſenſibilis aīe ⁊ manēt in ip̄a ſicut ulīa: ⁊ ꝓpter hoc nō exigit' iterata abſtractio. ¶ Contra memoria ſenſibilis aīe eſt potētia ſcita in organo ut ſup̄ ꝓbatū eſt. oīs aūt talis virtꝰ nō accipit niſi formā hñtem ſicut dicit Auicª: ergo memoria nō accipit ulē: qꝛ ulē abſtractio eſt a ſitu ⁊ mā ⁊ oībus appenditijs māe. ¶ Ad hoc rñdet Auicª eligēdo illā ꝑtem ꝙ intelligibilia emanāt ab intelligētia agēte intellectū poſſibilē: ⁊ ꝙ addiſcē nihil aliud ſit q̄ꝫ per ſtudiū acq̄rere aptitudinē ꝑfectā in intellectu poſſibili ad ꝯuertēdū ſe ad intelligentiā agē-

tem ex qua emanāt intellectꝰ ſimplices in intellectū poſ
ſibilē: qs tñ intellectus poſſibilis accipit cū oꝛdine ⁊ com
poſitione. dicit etiā ꝙ hec aptitudo in intellectu poſſibi/
li addiſcere eſt imꝑfecta: poſt addiſcere aūt erit ꝑfecta: ⁊
ideo poſt ꝑfectionē illā nihil addiſcimꝰ: q: nullā aptitu/
dinē acqrimus quā nō hēamus: ſed añ ipſam addiſcimꝰ
acqrēdo aptitudinē quā nō hēmus. ¶ Sed cōtra illa in
telligibilia que emanāt ab intelligētia agēte aut ſunt ab/
ſtracta a fantaſmatibꝰ aut ſemꝑ ſunt in intellectu agēte.
Si ꝓmo mō tūc opoꝛtet ꝙ in aliquo recipiant ut in ſbto
cū abſtracta ſint. hoc aūt nō eſt intellectꝰ agēs eo ꝙ ipſe
nō ſit in potētia: ſed eſt agēs ulr̄iter: ideo addiſcē non erit
tm̄ acqrē aptitudinē ꝯuertēdi ad ſe tm̄ itellectū agētē ſed
etiā acqrere foꝛmā itelligibilē. Si ſcd̓o mō tūc nulla foꝛ/
marū intelligibiliū acqrit per intellectū: ⁊ ſic nihil vidē/
tur ꝓdeſſe fantaſmata que accipiunt per ſenſus. Si foꝛ/
te dicat ꝙ ꝓſunt ad hoc fantaſmata ꝙ ad ipſa determinā
tur ulia que emanāt ab intellectu agēte ulia determina
bilia ad fantaſmata illa. ¶ Cōtra ulia uliter nō determi
nant ad fantaſmata niſi attingat illud uel additionē ipſi/
us: uel id qd̓ emanat ab intellectu agēte nō attingit fan/
taſiā niſi in ſe nec aliā ꝯditionē ſuam: ergo illud qd̓ ema
nat ab itellectu agēte non determinat a fantaſia. pͣ ꝓba
tur per hoc ꝙ ule nō cōtrahit a ꝑticulari niſi per hoc ꝙ
imponit uel in alia ꝯditione ipſius. 2ͣ pꝛobat per hoc ꝙ
emanatio nō fit niſi in intellectū poſſibilē: ⁊ ad illū nō ꝑ
tingit fantaſia: nec aliq ꝯditio fantaſmatis. ¶ Preterea
querit cuius emanatio ſit que fit ab intellectu agente in
poſſibilē: aut enim ita eſt ꝙ foꝛme ille fiāt in poſſibili ex
2ˡᵉ ad agentem per modum gñationis aut per modū da
tionis. Si ꝓmo mō tūc intellectus poſſibilis ꝯtinue erit
in ignorātia niſi ſit actualr̄ ꝯſiderās. Ignorātia enim ni/
hil eſt aliud q̄ ꝓuatio hitus ſcie. Si ſcd̓o mō aut ergo foꝛ
me date eiuſdē ſpēi ſunt infinite in itellectu agēte: aut fi/
nite: aut plures: aut vna. Si ꝓmo modo tūc finite foꝛme
eiuſdē ſpēi ſunt in eodē ut in ſbto. Si ſcd̓o mō ergo tot
pōt dare qd̓ nō hēbit plures ⁊ tūc deſunt intelligē qd̓ ab
ſurdū eſt. ¶ Solō ſine ꝑiudicio alioꝝ dicimus ꝙ aīa rō
nalis pꝛoꝑe loquēdo nō hēat memoriā. ⁊ ſi Augꝰ dicat
ꝙ memoria eſt ps imaginis ipſe accipit memoriā ꝓut
eſt ꝑñtiū ꝑteritoꝝ ut futuroꝝ ut ſuꝑ diximus: ⁊ de h̓ que
rit ifra in qōne de imaginatione. Sentētia aūt Auicͤ in
hoc ꝙ nō eſt hēre memoriā aīam rōnalē eſt eadē nobiſ/
cū ⁊ ipſe diſtinguit iter theſaurū foꝛmarū ⁊ virtutē apꝑ/
hēſiuā dicēs ꝙ theſauri nō eſt recipe foꝛmarū ⁊ nō apꝑ/
hēdere. Et ꝑpter hoc foꝛma nō eſt in theſauro ſicut in ꝟ
tute apꝑhēſiua. ſed virtutis apꝑhēſiue eſt apꝑhēdere foꝛ
mā ⁊ nō retinere: ⁊ ꝑpter hoc dicit ꝙ ſpēs intelligibiles
nō retinent in intellectu poſſibili: q: ipſe eſt virtus apꝑ/
hēſiua: ſed ex ꝯuerſione ſui ad intellectū agētē gñatur in
ipſo cū actualr̄ ꝯſiderat. Nos aūt dicimus ꝙ manet in i
tellectu poſſibili eo ꝙ Ariſ. expꝛſſe dicat ꝙ memoria ⁊ re
miniſcētia hñt ſuos actꝰ apꝑhēſiōis. vñ falſum eſt ꝙ the
ſauri nō ſit apꝑhēdere. In virtutibꝰ enim coꝛpalibꝰ alte
rius qdē virtutis eſt recipe: ⁊ alterius retinē. humidi enī
eſt bñ recipe ⁊ ſicci bñ retinere. ſed in itelligibili virtute
eiuſdē virtutis eſt recipe ⁊ retinere eo ꝙ oppoſitoꝝ actꝰ
ibi nō ſunt oppoſiti cū ſint ſepata oppoſita a mā ⁊ poten
tia agēdi ⁊ patiēdi. vñ intellectꝰ poſſibilis recipit foꝛmas
intelligibilium ⁊ retinet eas. ¶ Ad hoc aūt qd̓ obijcit
Auicͣ ꝙ actuale ꝯſiderare nihil aliud eſt q̄ ſpēm intel/
ligibilē eē in potētia apꝑhēſiua in actu ꝑfecto. dicēdū ꝙ
hoc falſum eſt. exigit enim inſuꝑ ꝙ ad ipſam ſpēm con/
uertat: ⁊ ꝙ referat eā ad rem cuius eſt ſpēs. ¶ Si autē
querit qd ſit reducēs poſſibilē de habitu in actū. dicēduz
ꝙ nihil niſi uolūtas ⁊ hoc patet per diffinitionē habitus
datā a phō. ſ. ꝙ habitus eſt quo qs aliqd agit qñ uolue/
rit. uolūtas enim triplr̄ eſt in aīa. ſ. motoꝛ aliarū potentia
rū ad actū: ⁊ pars imaginationis: ⁊ pars liberi arbitrij ut
infra dicet. ⁊ per hoc patet ſolutio ad totum.

¶ Querit quid faciat ſpeciem intelligibilez eſſe
intelligibilem.

## Einde queritur de dif

d ferētia itelligibilis. Et querunt tria. quo
rū ꝓmum eſt quid faciat ſpēm intelligibi
lē eē intelligibilē. 2ᵐ eſt de diuerſitate in/
telligibiliū. 3ᵐ an oīa intelligibilia ſunt in
anima an abſtrahuntur a rebus extra.

a **D primum ſic procedit.**

Dicit Auicͣ ꝙ ſpēs itelligibilis eſt ſpēs nuda
a mā ⁊ māe appēditijs. materia aūt nō eſt in oībus rebꝰ
niſi per potētiā ad motū ut habet in xjᵒ methaᶜᶜ. ergo vi
det ꝙ nō ſit aliqd̓ itelligibile niſi abſtractum a moto ⁊ a
mā. ⁊ ex hoc ſequit duplex incōueniēs quoꝝ vnū eſt ꝙ
nullus ſit intellectꝰ rerū nāliū: q: dicit Ariſ. ꝙ illa per in
tellectū nō abſtrahunt a motu ⁊ a mā. 2ᵐ eſt ꝙ nullus ſit
intellectꝰ ſubarū ſepatarū que dicunt itellectiue. qd̓ eniz
nunq̄ eſt in mā ⁊ motu nunq̄ ſepat ⁊ diuidat ab illis.
¶ Itē Ariſ. in 3ᵒ de aīa dicit. oīno aūt ſunt ſepabiles res
a mā ⁊ ſic que circa intellectū ſunt: ſed quedā res nullo
mō ſunt a mā ut nāles: ergo illarū nullus eſt intellectꝰ.
¶ Itē qcqd dicat de alijs mā nunq̄ ſepat a materia: er
go nullus erit intellectꝰ māe. Si foꝛte dicat ꝙ ꝺm Aui/
cēnā quedā ſunt itelligibilia nuda ꝑ ſeipſa ⁊ in his non
eget intellectꝰ denudatione: querat que ſunt illa. ⁊ ſi di/
cat ꝙ ſube ſepate. ¶ Cōtra intellectꝰ eſt qōlibet intelli/
gere in potētia anteq̄ itelligat: cuz aūt intelligit tūc fit il/
lud itelligibile in actu. ponamꝰ igit itellectū nr̄m intelli
gē aliquā ſubarū ſepataꝝ. tūc g̃ in actu nr̄ itellectꝰ efficit
illud in actu ꝺm rem aut ꝺm intētionē. Si ꝓmo mō tunc
opoꝛtet ꝙ intellectꝰ intelligeret aliquā ſubarū ſepataruz
ꝙ efficeret illa ſuba ꝺm rē quod falſum eſt: ergo efficit
illa ꝺm intētionē. Illa aūt intētio nō eſt intētio ſube ſepa
te niſi per hoc eſt abſtracta ab illa: ergo intellectus nr̄ ab
ſtrahit a talibus que oīno denudata ſunt a mā. ¶ Itez
intelligētia qdē eſt itellectus cōis ſubijs ſepatis oībus:
oē aūt cōe abſtrahit a ꝑticularibꝰ eo ꝙ non hēt eē niſi in
illis. Cū igit nullus intellectꝰ cōis ꝑdicatū huius ⁊ illiꝰ
intelligētie accipiat: ⁊ nō accipit cōe niſi denudādo a ꝑti
culari hoc ⁊ illo nr̄ intellectus abſtrahit itelligibilia que
daz a ſbſtātijs ſepatis. ¶ Ad hoc uolūt quidā dicere ꝙ
in intellectu nr̄o ſunt duplices ſpecies. ſ. abſtractionis ⁊
cōpoſitionis. ⁊ ſpecies abſtractionis ſunt que per reſo/
lutionē ſimplicis a cōpoſito ⁊ ꝑoris a poſteriori fiunt de
intellectu: ſicut ſpecies reſoluunt ab indiuiduis ⁊ genus
a ſpeciebus: ⁊ generaliſſimū a ſubalternis: ⁊ ꝑncipiuz a
generaliſſimis. Cōpoſitionis aūt ſpecies ſunt que nō fi/
unt per reſolutionez ab aliquo ſed potius res intellecte
cōponūt ſuas ſpecies cum intellectu nr̄o ſicut hic intelli
git angelus ⁊ hec intelligētia. ¶ Sed cōtra eſt intelle/
ctus angeli ⁊ intelligētie in cōmuni ⁊ cōmunis intelle/
ctus nō habet niſi per reſolutionē a particulari ſicut pa/
tet ab hoc enim angelo ⁊ ab illo naturā incoꝛporeā ⁊ nō
niſi per reſolutionē pꝛioris ⁊ poſterioris. ergo ſpecies il
loꝝ nō ſunt ſpecies cōpoſitionis ſed reſolutionis. Si ꝑ
pter hoc dicat ꝙ intellectus abſtrahit ab oībus. ¶ Cō/
tra. ſeparata a motu ⁊ a materia ſunt ſimplicia: a ſimplici
bus aūt non pōt eſſe reſolutio. oīs autem intellectus eſt
per reſolutionē vniuerſalis a particulari: ergo nullus in
tellectus pōt eſſe de ſimplicibus. Si foꝛte dicat ꝙ huiuſ
modi ſimplicia nō intelligunt niſi per hoc ꝙ habent oꝛ/
dinem ad materiā ⁊ motū ſicut motores intelligunt ex
motu ⁊ materia. ¶ Contra quod non contingit intel/
ligi eo modo non contingit ſignificari ſermone ⁊ ratio/
ne: ergo a deſtructione conſequentis quod contingit ſi/
gnificari ſermone ⁊ ratione contingit eo modo intelligi

⁊

a **Secundo queritur** quid ſit motus ꝓceſſiuus. Et videt̃ Ariſ: dicẽ ꝙ ille motus eſt ꝓceſſiuus qui eſt mot⁹ organicus in quo ꝑncipiũ ⁊ finis eſt idẽ: cui⁹ aliud qdẽ mouet̃ aliud qdẽ quieſcit. dicit enĩ ſic mouẽs eſt mouẽs organice ut ꝑncipiũ ⁊ finis idem eſt ut qdã enim finis illud ꝟo ꝑncipiũ eſt vñ aliud qdẽ qeſcit ⁊ aliud mouet̃ hoc eſt ut ꝑncipiũ ⁊ finis idem eſt in ſuba ſed differũt in rõne: ⁊ ꝓpter hoc eſt ut finis ⁊ idem eſt ut ꝑncipiũ ⁊ ad ipſi⁹ mot⁹ quieſcit: q: in fine ut fine de neceſſitate accidit qeſcẽ. Aliud ꝟo mouet̃ q: moueri eſt in ꝑncipio mot⁹. ¶ Sed tũc querit̃ cum oĩs mot⁹ localis ſit ẜm ꝓceſſuꝫ mobilis de loco ad locũ: q: nõ oĩs mot⁹ localis ſit ꝓceſſiuus. ¶ Item querit̃ q̃liter ſit organizat⁹. Aut enĩ hoc eſt ab organo ſpeciali aut ab oĩbus organis in qbus eſt virt⁹ motiua. Si ꝑmo mõ Cõtra oĩs mot⁹ eſt organic⁹ qui eſt a ꝟtute motiua mouẽte organũ. talis enim eſt mot⁹ manus ⁊ reuolutio capitis ⁊ oculoꝝ ⁊ auriũ in qbuſdã aialib⁹ ⁊ lingue ⁊ multoꝝ alioꝝ mẽbroꝝ: ergo videt̃ eſſe motus ꝓceſſiuus nõ dict⁹ ab organo ſpeciali ſed a multis. Si hoc ꝯcedat̃ ꝯtra organa ꝓceſſiui mot⁹ ſunt ea per que ꝓcedit aial de loco ad locũ. talia non ſunt niſi pes uel ala uel anulus uel ſpina uel coſta: ergo videt̃ eſſe dict⁹ ab organo ſpeciali. ambulabilia enim mouent̃ pedib⁹. uolatilia aũt alis: anuloſa ſiue rugoſa trahũt ſe ore: ⁊ corpus ſequit̃ per iuolutionẽ anuloꝝ ſiue rugarũ ſicut patet in uermib⁹ qui dñr inteſtina terre. ſerpẽtes aũt motu coſtaruꝫ repunt. natatilia ꝟo ſpinis. ¶ Item videt̃ eſſe incõueniens ꝙ in vno motu aliqd qeſcat ⁊ aliqd moueat̃. videt̃ enim eſſe oppoſituꝫ in adiecto ꝙ motus qeſcat. ¶ Sol'o ẜm Ariſ: ꝓceſſiuus motus eſt cõpoſitus ex pulſu ⁊ tractu ⁊ eſt ſicut mot⁹ circularis nõ circuli ſed ſup circuluꝫ rei ita ꝙ ſuper vnum ſemicirculum ſit pulſus ⁊ ſup aliũ tract⁹. eſt enĩ pulſus appetit⁹ in appetibile extra: ⁊ eſt tract⁹ ipſius appetibilis in aial appetẽs: ⁊ ad appetibile qdẽ eſt finis pulſus ⁊ ab eodẽ eſt ꝑncipiũ tract⁹: ⁊ ꝓpter hoc qeſcẽ accidit in appetibili a pulſu. ꝓbatũ eſt enĩ ſup in qõne de eternitate ⁊ tpe ꝙ quotiẽſcũqꝫ mobile in motu vno ⁊ eodẽ utitur ut in fine ⁊ ꝑn⁹ de neceſſitate qeſcẽ accidit: per ꝉ patet ꝙ ꝑma diffinitio ꝯueniẽs eſt. ¶ Ad ꝑᵐ aũt qd̃ ꝯtra hoc obijcit̃ dicẽdum ꝙ ꝉꝫ mobile qdlibet ferat̃ localiter de loco ad locũ in toto uel in ꝑtibus tñ nõ ꝓꝑie ꝓcedit: ꝓcedẽ enĩ eſt ab appetitu moueri organo ordinato ad ꝓcedẽduꝫ ſicut eſt pes uel ala. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ organicus dicit̃ ab organo ſpeciali. ⁊ ꝉꝫ virt⁹ motiua a poſteriori capitis deſcẽdat in multa membra: nõ tñ ab illis dicit̃ ꝓceſſiuus mot⁹ q: per illa nõ ꝓcedit totũ aial ſed tñ mouet̃ quedã pars ipſi⁹. ¶ Ad ultiᵐ dicẽdũ ꝙ motus ꝓceſſiuus eſt motus compoſitus ut iam dictum eſt: ⁊ iõ nihil prohibet ꝙ quieſcit in parte vna ſcilꝫ in pulſu quãdo motus eſt in altera ſcilꝫ in tractu.

¶ Querit̃ ad quid ſit motus proceſſiuus.

b **Tertio queritur** Ad qd ſit motus ꝓceſſiuus. Et videt̃ ꝓhi dicẽ ꝙ ad cibum qui nõ eſt in loco vno ſicut plantarũ quarũ cibus tot⁹ cõgregat̃ circa radicẽ: ſed hoc videt̃ falſuꝫ. videm⁹ enĩ aialia alia delectabilia querẽ in diuerſis locis q̃ꝫ ciboꝝ ⁊ ꝓ̃cipue hoĩeꝫ. ¶ Preterea ſicut habet̃ in libro de aialib⁹ multa mouent̃ ſolũ ꝓpter hoc ut excitẽt ſibi calorẽ digeſtiuuꝫ quo magis digerãt ſibi cibaria ⁊ illa nõ videntur moueri ad motũ aliqueꝫ cibi. ¶ Preterea querit̃ iuxta hoc q̃re diuerſa ſunt organa ꝓceſſiui mot⁹ cum per qdlibet illoꝝ pñt moueri aialia ad diuerſa loca. ¶ Sol'o dicẽduꝫ ꝙ mot⁹ ꝓceſſiuus ꝑncipal'r eſt ad cibũ ⁊ ſecundario ad alia eſt delectabilia: ⁊ per ꝉ patet ſol'o ad duo ꝑᵃ. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ quorũdã aialiũ eſt cibus multũ ſparſus ⁊ illa indigent ala. quedã hñt corpora excellẽter longa ⁊ illa mouent̃ anulo uel coſtis: q: ſi natura feciſſet eis pedes factũ fuiſſet corpus eoꝝ minus oſſeũ ita ꝙ impedita fuiſſẽt ſpũalia ⁊ nutritiua eoꝝ. Si aũt paucos pedes habuiſſent fuiſſet corpus in alia ꝑte tractũ in terra ⁊ in alia ꝑte eleuatum. ſcribit̃ tñ in libro de aialib⁹ de carabo ⁊ cancro ⁊ alijs que multos hñt pedes. ⁊ dicunt̃ multipedia: ⁊ de quodã aiali qd̃ dicit̃ q̃dragintaq̃tuor eo ꝙ tot hẽat pedes: ⁊ videmus multos uermes multos hẽre pedes: ſicut eruca ⁊ hmõi. ſed in oĩbus his aialib⁹ accidit cõtrariũ ei⁹ qd̃ eſt in pedib⁹ uel in q̃drupedib⁹ uel natatilib⁹. In oĩbus enĩ talib⁹ mica que vicarius eſt cerebri quãtũ ad poſteriorẽ partẽ eſt in ſupiori ꝑte corporis ſui miniſtrãs ꝟtutẽ motiuã neruis ſuoꝝ organoꝝ ꝓceſſiuorum ⁊ ꝓpter crura eoꝝ ⁊ ale eoꝝ colligant̃ ad deorſum. molle aũt eoꝝ ⁊ ale eoꝝ in uẽtre ⁊ locus ſpũaliũ eſt inferius: ſed in multipedib⁹ eſt ꝯtrariũ. mica enim illorũ uel id qd̃ eſt ĩ loco mice eſt ſubt⁹ per modũ cuiuſdã pontis ⁊ infigunt̃ in ipa pedes mobiles per longitudinẽ tot⁹ corporis ex utraqꝫ ꝑte ⁊ ſup illud diſponunt̃ ſpũalia ⁊ nutritiua. Cauſa aũt hui⁹ eſt duplex. quarũ vna eſt ꝙ aialia talia nõ accipiũt tantũ cibi ꝙ uẽter eoꝝ intumeſcat: ꝓpter qd̃ neceſſe ſit ꝙ natura remoueat eis obſtaculũ tumoris illi⁹ ſicut ſit in his que habent pedes paucos uel nullos. Alia eſt q: talia aialia fere oĩa ſunt teſtea: ⁊ cũ teſta ſemper ꝯtinua debeat eſſe a dorſo deſcẽdens impediret motuꝫ curuũ ſi collectio eſſet ad deorſum. ¶ Notãdum eſt etiã ꝙ oẽ aial organa ꝓceſſiui mot⁹ habet ꝑia ⁊ ẜm nãm mot⁹ eius ſemp incipit a dextro: cuius ſignuꝫ eſt in hoĩe ⁊ leone qui ſemp ꝑponunt pedẽ dextrum niſi aliter fiat per premeditationem uel leſionem.

¶ Querit̃ quis ſit intellectus practicus.

c **Consequenter que**rit̃ de ſingulis viribus mouẽtibus. ⁊ querunt̃ duo. ſ. de vnoquoqꝫ eoꝝ pſe ⁊ de rõne eoꝝ ⁊ ſufficiẽtia. ¶ Circa ꝑᵐ duo querũtur. ſ. de his que mouẽt per appꝛ̃heſionẽ ⁊ appetituꝫ. ⁊ de his que añcedũt eas que nõ niſi impant motũ. mouẽtis aũt per appꝛ̃henſionẽ ⁊ appetitũ ſunt tres. ſ. intellect⁹ practicus ⁊ fantaſia ⁊ ꝑtes appetit⁹. ꝑmo igit̃ querẽdum eſt de intellectu practico circa quem querunt̃ q̃tuor. ꝑᵐ quoqꝫ eſt qs ſit intellect⁹ practicus. 2ᵐ Utrum ipe ſit vis vna uel plures. 3ᵐ Utrum ipſe ſemp ſit practicus queãdmodũ videt̃ ꝓhs dicẽ. 4ᵐ que diã ſit ipi⁹ ad ſpeculatiuũ.

a **Ad primum proce**ditur ſic. Dicit Auic⁹ in 6⁹ de nãlibus ꝙ intellect⁹ practicus eſt vis actiua que eſt ꝑncipiũ mouens corpus hoĩs ad actiones ſingulas que ſunt ꝓꝑie cogitationis ẜm ꝙ ĩtẽtionib⁹ ꝯuenit ad placitũ que appropriant̃ ei ⁊ habet reſpectũ in cõparatiõe ꝟtutis vitalis appetitiue: ⁊ reſpectuꝫ in cõparatione virtutis vitalis imaginabilis ⁊ eſtimabilis: ⁊ reſpectũ in cõparatione ipſi⁹ ad ſe. videt̃ enĩ nõ debẽ dici vis intellect⁹ practicus. Aug⁹ enim in libro de ſpũ ⁊ aĩa diſtinguit inter vim ⁊ potentiã dicẽs ꝙ vis ꝓꝑie eſt appꝛ̃heſiua ſed potẽtia ꝓꝑie refert̃ ad motiuas ergo videt̃ male dicẽ Auicᵃ ꝙ intellect⁹ practicus ſit vis. ¶ Preterea itellect⁹ nõ eſt alicui⁹ corpis act⁹ ſiue ſit practicus ſiue ſpeculatiuus: ergo videt̃ male diffiniri ꝑ hoc ꝙ dicit ꝑncipiũ mouẽs corpus. ¶ Preterea ſup habitũ eſt ꝙ mot⁹ corpis nũqꝫ eſt circa intellectũ practicuꝫ. motus aũt nunq̃ꝫ eſt circa ꝑncipiũ mouẽs: ergo videt̃ ꝙ intellect⁹ practicus nõ ſit ꝑncipiũ mouẽs. ¶ Item Auicᵃ ibidem dicit ꝙ intellect⁹ practicus fact⁹ eſt ꝑncipiuꝫ mouens alias vires que ſunt ſubtracte ei ut ille cogant̃ ſeq affectũ ei⁹ ⁊ nõ ecõuerſo: ergo intellect⁹ practicus eſt ꝑncipiũ mouẽs fantaſiã ⁊ appetitũ ⁊ nõ ꝑncipiuꝫ mouens corpus. Si forte dicatur ꝙ mouet utrũqꝫ. ſ. vires abſtra-

etas ⁊ corpus. Cōtra aut mouet utrūqꝫ imediate aut vnū per alterū. Si pͦ mō ſequunt̄ duo incōueniētia. cuꝫ eniꝫ nō ſit motꝰ in mobili niſi qꝛ eſt a mouēte ſequit̄ ꝙ nullus motꝰ ſit in viribꝰ inferioribꝰ niſi qui eſt ab itellectu: ⁊ ſic nunqꝫ mouebunt̄ motu ꝯtrario qđ falſuꝫ eſt ſicut patet per an̄dicta. Secūdū incōueniens eſt ꝙ ſm hoc ab vno motore ⁊ ſimplici mouent̄ duo mobilia imediate quod eſt ꝯtra oēm nām. Si 2ͦ mō capit̄ ſequunt̄ iterū duo incōueniētia quoꝝ vnū eſt ꝙ in artibꝰ mechanicis que oēs principiant̄ ab itellectu practico ut habet̄ in methaca immediate mouēt ꝟtutes iferiores. ſ. iraſcibilē ⁊ ꝯcupiſcibilem que ſunt ꝑtes appetitꝰ ſenſibilis: qđ patet eſſe falſum. opa enim mechanicoꝝ ⁊ medicoꝝ ſine ꝯcupiſcētia ⁊ ira ſunt. Secūdū eſt ꝙ nō erit motꝰ in iferioribus qui nō ſit ab itellectu qđ tn̄ improbatū eſt. ¶ Preterea obijcit̄ ꝯtra hoc qđ dicit ꝙ eſt ꝑncipiū ad ſingulas actiones que ſunt ꝓprie cogitatiōis ſm ꝙ intentionibꝰ ꝯuenit ad placitū que ꝑparant̄ ei. oīs enim intellectꝰ eſt ſpēi denudate a mā: oīs aūt talis ſpēs eſt uľis: ergo nulla videt̄ eē ad actiōes ſingulas qꝛ ille ſunt ſingulares. ¶ Preterea intētiones que ꝑparant̄ ad placitum vident̄ eſſe ſigna que per inſtitutionē aliqd ſignificāt ſicut ſunt noīa ſignificātia ⁊ uerba: ⁊ ſic videt̄ itellectꝰ practicus eē taliū ſignoruꝫ: ꝗ nō differt a diſciplina que eſt per auditū. ¶ Preterea hoc videt̄ eſſe falſum qđ dicit ꝙ hēt reſpectū in cōparatione ꝟtutis vitalis appetitiue. ꝑtes eni uegetabilis aīe appetitiue ſunt: ⁊ de his dicit Ariſ. in fine tertij ethic ꝙ nō ſuadent̄ a rōne. ergo intellectꝰ practicus nō hēt reſpectū ad ipas. ¶ Preterea hoc expimētū patet ꝙ ꝟtutes ille qn̄qꝫ ꝯtra rōnem mouent̄. Preterea dicit Auica ꝙ reſpectꝰ quem hēt cōparatione ſui ad ſe eſt modus q gn̄at in eo actionē ⁊ intellectū ꝯtemplantē. ſed intellectꝰ cōtēplans eſt intellectꝰ ſpeculatiuus: ergo intellectꝰ ſpeculatiuꝰ naſcit̄ ex itellectu practico qđ falſuꝫ eſt. ¶ Solutio dicēdū ꝙ diffinitio Auicce bona eſt ⁊ dat̄ in cōparatione ad ea que ſunt ex itellectu practico. ꝑſis eniꝫ idem eſt qđ opus. oē aūt humanū opus eſt per corpus ſiue ſit in moribꝰ humanis per ꝯſuetudinē: ſiue ſit per nām exteriꝰ in artibꝰ mechanicis: ⁊ ꝓpter hoc dicit̄ itellectꝰ practicus mouens corpus. qꝛ ꝟo intellectꝰ practicus ut dicit Auerr. mouet per ſuā ſciam ſm ꝙ ſcia eſt diſpō opabilium: iō dicit Auica ꝙ illud ꝑncipiū eſt ad actiones ſingulas que ſunt ꝓprie cogitatiōis ſm ꝙ intētionibꝰ ꝯuenit que ꝑparant̄ ei ad placituꝫ. cogitatio eni hec dicit̄ quaſi coagitatio ⁊ eſt diſcurſus rōnis practice in inqſitiōe opabiliū: quoꝝ oīum rōnes ſunt in intētionibꝰ ꝑparatis ad placitū hoc eſt ad uoluntatē eo ꝙ oīa opa nr̄a uolūtaria ſunt. per hmōi aūt collationē opabiliū eſt intellectꝰ practici ordinate ꝑncipia reſpiciētia opus. hec eniꝫ ſunt aut in ope aut in rōne opis. Si pͦ mō aut ſunt in rōne opis ꝑtinētis ad ꝯſuetudinē ⁊ ſic egrediunt̄ per ꝑtes appetitus que ſunt iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis ſicut opa caſtitatis ⁊ fortitudinis: ⁊ ſic dī intellectꝰ practicus hēre reſpectuꝫ ad vitalē appetitiuā. vitale enim ſm ꝓprietateꝫ arabici ſmonis dī ſenſibile. appetitiuum aūt eſt iraſcibile ⁊ cōcupiſcibile qꝛ ordinari hēt ab intellectu practico ut habetur in fine pmi ethicoꝝ ⁊ a Gregorio nixͦ. Si ꝟo ꝑtinet opus ad nām extra ſicut in artibꝰ mechanicis tūc illud opus eſt figura artifici eſtimata ad utilitatē aliquaꝫ. ⁊ ꝓpter hoc illud opus egredit̄ ab intellectu mediante imaginatiōe ⁊ eſtimatiōe ut imaginatio referat̄ ad figurā ⁊ eſtimatio ad utilitateꝫ. Si ꝟo eſt in rōne opis tunc eſt in ꝑncipijs qbus regit̄ intellectꝰ in ope que ſunt accepta ut ꝑ ſe nota in opationibꝰ ſicut ꝙ mentiri eſt turpe: ⁊ ꝙ vnicuiqꝫ eſt tradēdū qđ ſuū eſt. ⁊ hēt intellectꝰ opationem ſui ad ſe. ⁊ iō dicit Auica ꝙ in cōparatiōe pma inaſcunt̄ in itellectu affectiones ſicut erubeſcentia ⁊ uſus ⁊ hmōi. ⁊ ꝑcipue ꝗtuor nāles que ſunt timor ſpes gaudiū ⁊ triſticia. In 2a ꝟo fiunt ab ipo artes mechanice. In tertia aūt ꝑncipia operū que ſunt dignitates. ¶ Ad pmuꝫ ergo qđ obijcit̄ ꝯtra lꝫ dicēdū ꝙ Augꝰ ſtricte accipit viꝫ ſm ꝙ eſt vigor intus: ⁊ qꝛ potētia paſſiua non extēdit ſe extra patiēs eo ꝙ nō eſt niſi recipiēs tm̄: ꝓpter hoc ipſe dicit apphenſiuas eſſe vires. Actiua ꝟo eſt dans ⁊ ſic extendit ſe extra ſe ⁊ ꝓpter hoc potētia que eſt ad aliud dicit attribui motiuis: eo ꝙ ille extēdūt ſe ad reꝫ extra. Sꝫ Auica large ſumit vnū ꝓ alio. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ lꝫ intellectꝰ nō ſit actꝰ alicuiꝰ corpis per affixionē in organa tn̄ practicus utit̄ corpe ut inſtrō per qđ explet opatiōes ſuas. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ lꝫ motꝰ corpis qn̄qꝫ ſit circa itellectū tn̄ nō ſic eſt ecōuerſo eo ꝙ plura mouēt corpꝰ: ſed nō oē opus qđ fit per corpus eſt intellectꝰ practici, eo ꝙ qn̄qꝫ fantaſia mouet in ꝯtrariū. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ intellectꝰ nunqꝫ imediate mouet corpus ad minꝰ eni memoria que eſt in neruis ⁊ muſculis ſed in artificiatis mechanicis mouet mediāte fantaſia ⁊ eſtimatione ſicut cōcupiſcētia ⁊ ira ⁊ hoc eſt reſpectu ſenſus ſm Auicam. In ꝯſuetudinibꝰ aūt per ꝑtes appetitꝰ que ſunt iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis: ⁊ hic eſt reſpectꝰ pmus ⁊ tn̄ nō ſeqt̄ ex hoc ꝙ nullus motꝰ ſit qui nō ſit ab intellectu. ꝑtes eni appetitꝰ mouent̄ a duobꝰ: quoꝝ utrūqꝫ hēt ꝓpriuꝫ motū ab vno. ſ. ſupiori motore: hoc eſt ab itellectu ⁊ ab alio inferiori hoc eſt a fantaſia. ⁊ ſi iferior ſequat̄ ſupiorē egrediunt̄ mores boni ut dicit Auica. Si ꝟo ſupior ſequat̄ iferiorē egrediunt̄ mores ꝑuerſi ⁊ hmōi. ſilr̄ ponit Ariſ. in motoribꝰ celi: quoꝝ qlibet hēt ſuuꝫ motū ꝓprium ⁊ tn̄ inferius ſequit̄ ſupiorē in motu diuino. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ forme denudate a mā ſunt duobꝰ modis ut ſup̄ diximus. ſ. abſtractiōis que deſeruiūt itellectui ſpeculatiuo ⁊ cōpōnis que deſuiūt practico: que lꝫ ſint uľes ꝑticularizant̄ tn̄ per cōpationē ad mām eo ꝙ oē opus ſit in particularibꝰ. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ad placituꝫ eſt hic ad uoluntatē: opa enim uolūtaria ſunt. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ equocatio eſt in vitali. ſm enim arabicū ſmonē vitale eſt equocum ad uegetabile ⁊ ſenſibile. vn̄ alia lr̄a hēt ſenſibile: appetitꝰ aūt ſenſibilis ꝑſuaſibilis eſt a rōne. ¶ Ad ultim dicēdū ꝙ intellectꝰ cōtēplans dicit̄ hic itellectꝰ cognoſcēs ꝑncipia operū inquātū operum ſicut ꝙ oportet parētes honorare. ⁊ ꝙ oportet incōtinētiaꝫ fugē ⁊ hmōi: que lꝫ etiā ſpeculatiuus qn̄qꝫ cognoſcat cuꝫ ipſe refert ea ad finē ueri ⁊ nō ad opus: ⁊ iō nō cognoſcit ea inquantum ſunt principia operis.

¶ Utrum intellectus practicus ſit vis vna uel plures.

s ECundo queritur Utrum intellectꝰ practicus ſit vis vna uel plures. Et videt̄ ꝙ vna. Una eni vis eſt cuiꝰ eſt vnꝰ actꝰ ⁊ vnus finis qui eſt obm. opabile aūt inquātū opabile eſt obm vnuꝫ ⁊ finis: ergo ſup ipm eſt vnꝰ actꝰ: ergo ⁊ potētia erit vna. Sed ꝯtra in intellectu practico ſunt ꝑncipia operū: uľia ergo abſtrahunt̄ de neceſſitate ab aliquo. oē aūt abſtrahere eſt agē: ergo neceſſariꝰ eſt intellectꝰ agens in opationibꝰ. ¶ Item rōnes operū nō ſemp ſunt in itellectu: ergo ante qꝫ ſint in ipo intellectꝰ practicus eſt potētia oīa illa: ergo neceſſariꝰ erit intellectꝰ poſſibilis. ¶ Item in intellectu practico acqrunt̄ ſpēs opabiliū: acqſitio aūt talis ꝯſtituit intellectū formalē ⁊ adeptū: ergo erit etiā ibi intellectꝰ adeptꝰ. ¶ Preterea querit̄ iuxta hoc utruꝫ intellectꝰ practicus ſit idem qđ rō practica uel nō. Et videt̄ ꝙ nō. Rō enim eſt diuiſa ꝯtra ꝯcupiſcibilē ⁊ iraſcibilē. intellectꝰ aūt practicus ꝯtra ſpeculatiuū eſt vis ordinatiua vniꝰ ad alterum: intellectꝰ aūt videt̄ eſſe ſimplicium. ¶ Querit̄ etiā ulteriꝰ utrū ſit vis actiua ut qdā dicūt uľ paſſiua. Et videt̄ ꝙ actiua. Quicqd enim eſt ꝑncipium operū opabiliū per nos eſt ſimplr̄ actiuū: talis eſt intellectꝰ practicus: ergo ſimplr̄ eſt actiua potētia. ¶ Preterea a phis oībus dī intellectꝰ actiuus. Sed ꝯtra apphēdere eſt recipe: recipe aūt pati. cuꝫ igit̄ intellectꝰ practicus ap-

p̄hēdit ſpēs opabilium ipe erit virtꝰ paſſiua. ¶ Sol'o dicēdū q ad pfectionē intellectꝰ practici exigit̄ actio agētis ſicut etiā ad pfectionē ſpeculatiui: ſed nō eſt aliō agēs hincinde eo q nō agit ea inquātū opabilia ſunt ul' ſcibilia ſed inquātū ſimplicia denudata a mā ꝛ in hoc conueniūt opabilia ꝛ ſcibilia. Cōcedimus etiā bñ q intellectꝰ practicus pus eſt in potētia ꝛ poſtea in actu: ꝛ eſt ideꝫ in ſuba differēs tñ rōne. Utruꝫ aūt idem ſit cū ſpeculatiuo infra determinabitur. ¶ Ad id aūt qō obijcit̄ q ſit vna potētia dicēduꝫ q in oibus vna eſt opatio potētie ꝛ actu: q: potētia nō opat̄ niſi ſm q eſt in actu: ꝛ ſic etiā eſt vna potētia itellectꝰ practici in ſuba ut dictū eſt. ¶ Ad id qō querit̄ utrū ſit idem cū rōne practica dicēdū q idem eſt in ſuba ſed differt: q: ſimplicior eſt in ſbto ſiue obto. rō enim ordinat vnū ad alterū: ſed intellectꝰ ꝓprie eſt pncipiorū ſm q eſt ordinatio illa: ſed tñ ambo ſunt vna vis aie. ¶ Ad id qō ꝯtra obijcit̄ dicēduꝫ q qñ rō diuiditur cōtra cōcupiſcibilē ꝛ iraſcibilē tunc itellectꝰ practicus includat̄ in rōne. Rō aūt ponit̄ ibi pro oi eo qō mouet ex parte aie rōnalis. qñ aūt practicus diuidit̄ ꝯtra ſpeculatiuuꝫ tunc dr̄ia notat̄ in fine ſicut dicit phs in 2° methacc ſpeculatiue eniꝫ eſt ueritas practice aūt opus. ¶ Ad id qō ultimo querit̄ utrū ſit potētia actiua uel paſſiua. dicēduꝫ q ſm qd eſt paſſiua ꝛ ſimplr̄ actiua. reſpicit eniꝫ ſpeciem opabilium ut agat ꝛ non ut ſpeculetur receptum: vnde finaliter eſt ad opus.

¶ Utrum intellectus practicus ſemper ſit rectus.

**T Ertio queritur** Utrū intellectus practicus ſemp ſit rectus. Et videtur q ſic. Quicqd ſemp de nā ſua iubet retrahē a malo ſemp iclinat ad bonū: ꝛ ſic inclinādo ſemp eſt rectū. Dicūt auteꝫ Auicª ꝛ Alg: q itellectꝰ de nā ſua ſemp iubet retrahē a malo: ergo ſemp inclinat ad bonū ꝛ inclinādo ſemp eſt rectꝰ. ¶ Item nihil iclinat in aliqd niſi qō cognoſcit ꝛ iudicat bonū. Intellectꝰ aūt nō eſt cognoſcēs ꝛ iudicans niſi bonū ulē: ergo nō iclinat niſi in illud. pª ꝓbat̄ p hoc q cognitio mali eſt cauſa fuge. 2ª ꝟo ꝓbat̄ per hoc q intellectꝰ eſt uliuꝫ ꝛ nō ꝑticulariū. ¶ Inde ſic: circa ulē bonuꝫ cognitū ſemp eſt rectitudo ꝛ nunq̄ error. intellectꝰ ſemp eſt circa tale bonū: ergo ſemp eſt rectꝰ ꝛ nunq̄ errat. pª ꝓbat̄ per hoc q ulē bonū eſt bonuꝫ ſimplr̄. error aūt eſt in bono ut nūc ꝛ in ꝑticulari. 2ª ꝟo ꝓbata in ſillo ꝑticulari ꝓcedēti. ¶ Item ſicut ſe hēt ſenſus ꝛ vis ſenſibilis ad bonū cōmutabile ꝛ corruptibile qō eſt ꝑticulare ꝛ ut nūc: ita ſe hēt itellectꝰ ad bonū ſimplex ꝛ incōmutabile. ſed ſenſus ſemp inclinat ad bonū ut nūc: ergo intellectꝰ ſemp ad bonū ſimplr̄: ꝛ ſic nunq̄ errat. pª ꝓbat̄ per hoc q ſenſus eſt vis corruptibilis ꝛ corporea ꝑticularia cognoſcēs cuꝫ hic ꝛ nūc. intellectꝰ aūt nulliꝰ corpis eſt actꝰ cognoſcēs ulia ꝛ ſimplicia. ¶ Sed ꝯtra ois motor vincibilis a motore iferiore qñq̄ ſequit̄ motū inferiorꝫ. ſed intellectꝰ eſt talis motor. ergo intellectꝰ qñq̄ ſequit̄ motū inferiorꝫ: ſed inferior eſt fantaſia que mouet qñq̄ nō recte: ergo intellectꝰ eſt qñq̄ nō rectꝰ. ¶ Item ois potētia equalr̄ iudicatiua boni ꝛ mali qñq̄ deflectitur in vnū: qñq̄ in alterū: intellectꝰ practicus eſt hmōi. ḡ qñq̄ deflectit̄ in bonū ꝛ qñq̄ in malū. Sed deflectēdo in malū eſt nō rectꝰ. ergo qñq̄ eſt nō rectꝰ. ¶ Sol'o dicēduꝫ q intellectꝰ practicus tribꝰ modis accipit̄. ſ. ꝓut eſt nā quedā ꝛ pars rōnalis aie ꝛ ꝓut eſt potētia intelligibilia ꝛ opabilia ꝓut eſt pncipiorꝫ opabiliū. Si p° mō accipiat̄ tunc etiā ex ſeipō deflecti pōt in malū ꝛ hoc probat nā angeli cuiꝰ intellectꝰ reflexus eſt in malū ꝛ abſq̄ hoc q eſſet ꝯiunctꝰ fantaſie. ꝛ ꝓpter hoc dicit Dañ. ꝛ oē creabile uertibile eſt aut ſm nām aut ſm electionē. ſm nāꝫ ut gñabilia ꝛ corruptibilia. ſm electioneꝫ ut rōnabilia ꝛ uolūtaria. Si 2° mō accipiat̄ tunc ipa potētia eſt oia intelligibilia: opabilia ꝟo pncipia ſūt in ꝑticularibꝰ vñ extēdi hēt in ꝑticularia ꝛ cuꝫ circa ꝑticularia plurimus ſit error ꝯtingit ipm qñq̄ iterū deflecti in malū ex errore ꝛ ignorantia. Si 3° mō accipiat̄ tunc ipe erit circa ulia iuris in quibꝰ nō eſt error: ꝛ ſic ſemp eſt rectus: ꝛ q: ſic ꝓprie accipit̄ eo q ſit de rōne intellectꝰ ut dicit Auicª q circa ulia remota a mā ꝛ appēditijs māe dicit phus q ſemp eſt rectus. pōt tñ dici ſicut quidā dixerūt q intellectꝰ ordinat̄ añcedēter ad uoluntatē ꝛ ꝯñr. ꝛ qñ añcedēter tūc mouet uoluntatē ꝛ nō errat ꝛ ille eſt ordo ꝓprius. qñ ꝟo conſequēter tunc qñq̄ errat ꝛ ille eſt ordo indebitꝰ ꝛ imālis ꝑ queꝫ egrediūt mores ꝑuerſi ut dicit Auicª. ꝛ per hāc diſtinctionem patet ſolutio ad omnia obiecta.

¶ Querit̄ que ſit dr̄ia ipſius practici ad ſpeculatiuum.

**Q Uarto queritur** Que ſit differētia ipſius practici ad ſpeculatiuū. ꝛ cōſuenit dici q ſpeculatiuus per extēſioneꝫ fit practicus ꝓpter illud uerbū Alg: in 3° de aia ubi dicit ampliꝰ extēdēte ſe intellectu ꝛ dicēte itelligibilia fugē aut mutari nō mouet: ſed ẜꝫ deſideriū agit ut abſtinēs. ¶ Sed tūc querit̄ que ſit iſta extēſio. Et dicūt qdā q ſic a rōne ueri in rōnē boni uel mali ſm q videt̄ phs dicē in ethicis q opus ethicum nō eſt ꝯtēplādi grā ſed ut boni fiamus. ¶ Sed cōtra. ſcie ethice que ꝯſiderāt vnūqōq̄ in ꝯſideratione boni ſine appetitu ſunt: ergo ſunt ſine motu ad bonū. dicit enim phus q nihil mouet niſi inquātū eſt appetitiuuꝫ. cuꝫ ergo itellectꝰ practicus ſit mouēs nō videbit̄ hoc ſufficē q extēdat ſe in rōne bonitū. ¶ Preterea queritur quare potiꝰ dicat̄ extēdi a uero in bonū q̄ ecōuerſo: puta ſup̄ habitū eſt ex uerbis phi q intelligētia extēſa accipit nālia: reflexa aūt methacª ꝛ mathcª. querit̄ ḡ q̄re in practicis nō ſit reflexa intelligentia ſicut eſt in theoricis. ¶ Preterea ſm iſtā diffinitionē intellectꝰ practici videtur practicus in ſuba nō differre a ſpeculatiuo: cuꝫ tñ videat̄ dicē Auicª q ſit alia vis aie hoc etiā per rōnē videtur poſſe ꝓbari ſic. potētia cuiꝰ nō eſt vnꝰ habitꝰ cuꝫ alia nō eſt eadē in ſuba cū ipa. potētie practice nō eſt vnꝰ habitꝰ cū potētia ſpeculatiua: ḡ non eſt eadē cū ipa i ſba. pª ꝓbat̄ per h qō dic phs q idē accidēte eſt idē numero. 2ª patet pſe. ¶ Itē potētia diffinit̄ per actꝰ ꝛ obta. ſꝫ aliꝰ eſt actꝰ ꝛ obm practici ſm rōneꝫ q̄ ſpeculatiui. ḡ alia eſt potētia hinc ꝛ inde. ¶ Sol'o dicimus q ſpeculatiuus ꝛ practicus ꝯueniūt in ſuba ꝛ rōne. ꝛ hec rō eſt extēſio a uero in bonū ſicut dicit phs. extēdit̄ aūt pncipalr̄ ad tria. ſ. ad bonū ꝛ ad actuale ſiue opabile: ꝛ ad appetitū. bonū eniꝫ eſt pmū mouēs. pmus aūt motꝰ boni eſt eiꝰ cui ſit nūciū de ipō. ꝛ hic eſt itellectꝰ practicus inquātū practicus. Cū aūt hoc bonū ſit actuale ſiue opabile ipm erit in ꝑticularibꝰ: q: oē opus eſt circa ꝑticularia qō patet per circūſtātias in qbus eſt opus que dicūt̄ in ethicis ſingularia: ubi dicit phus q uoluntariū eſt cuiꝰ pncipiuꝫ eſt in ipſo cognoſcēte: ſingularia in qbus eſt opus. ¶ Item bonū nō nūciat niſi inquātū eſt appetibile ꝓpter hoc extendit ſe intellectꝰ mouēdo appetitū ad ꝯſecutionē boni: ꝛ hoc eſt qō dicit phus q nihil mouet niſi inquātū eſt appetitiuum mouet. In ſpeculatiuis eniꝫ ſtatꝰ eſt. In illis eniꝫ accipit̄ uerū nō ut bonū ſibi. Et ſi accipiat̄ bonū accipit̄ ut uerū. ſicut enim vniuſcuiuſq̄ rō eſt pncipiū ueritatis de ipō ita ꝛ rō boni nec ſit ibi extenſio ad ꝑticularia nec ad appetitū eo q ſpeculatiuus nihil actuale cōſiderat ut dicit phs. ¶ Ad pm ergo dicēdū q bonū ethicuꝫ aliter eſt in uolente ꝛ opante: ꝛ aliter in ſciēte tñ. p° modo eſt ut actuale bonū ꝛ appetibile. 2° aūt mō eſt ut ſcibile de q̄ eſt rō ueri: ꝛ hoc eſt qō dicit phus in ethicis q ſcire nihil aut parū ꝓdeſt ad virtutē. uelle aūt ꝛ pſeuerare in opibꝰ multū. ꝛ iterū in alio loco. ſunt qui ethica nō faciunt: ad rōnes aūt ꝯfugiētes querūt ꝓbari ꝛ eſſe boni aliqd ſimile faciētes egris qui medicos qdē ſtudioſe audiūt faciūt aūt opando nihil. Et queadmodū illi nunq̄ bñ hēbūt

corpus ſic curati: ſic nec iſti aīam ſic pbantes. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ bonum eſt poſt uerū in intellectu. uerū enim eſt in rōne ſpeciei uľis: bonū aūt in particularibꝰ opum. ⁊ ꝑpter hoc neceſſe eſt extendi intellectū ultra id qđ eſt intellectus ꝓprium. propriū enim ſuū inquātum eſt intellectus eſt ſtare in vniuerſali. ſed ſi deberet eē practicus neceſſe eſt extēdi ad particularia in qbus eſt ipſa praxis. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ extēſio in theoricis eſt ad materiā per hoc ꝙ ꝯſideraꝝ forma que eſt in materia ſubiecta trāſmutata. reflexio aūt eſt ad formā que nō ẜm id qđ eſt in tali materia ſed in ethicis nihil ſepatū ꝯſideraꝝ a pticularibus ⁊ ꝑpter hoc ibi reflexio eē nō pōt. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ hec ꝓpoſitio falſa eſt: potētia cuius non eſt vnus habitus cū alia: nō eſt eadē in ſuba cum alia. ſūt enim diuerſi habitus in vna potētia ẜm ſubam. ¶ Ad id per qđ probat eā dicendū ꝙ lȝ idem accñte ſit idē numero nihil tñ prohibet in vno numero eē multa accidētia. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ Auicᵃ nō cōſiderat ueri in rōne ſube ſed in rōne potētie. rō aūt potētie eſt ad aliud: ⁊ propter hoc ipſe dicit aliā vim eſſe practicā ⁊ ſpeculatiuam q: ad aliud eſt. ¶ Ad aliud dicendū ꝙ dĩa actuū ⁊ obiectoꝝ differre facit practicū a ſpeculatiuo in ratione virtutis ⁊ potētie ſed nō in rōne ſbti. dĩa ꝟo inter ſpeculatiuū ⁊ practicū multiplex eſt: ſed tñ q̄tuor differētie colliguntur ex dictis Aꝛ: ⁊ Auicᵉ. Quarū ẜma eſt ꝙ practicus accipit ſpēm ẜm ꝙ eſt ꝑncipiū opis: ſpeculatiuus autem ẜm ꝙ eſt ꝑncipiū ſcie: ⁊ hoc eſt qđ dicit Aꝛ: in 2° methaᶜᶜ ꝙ finis ſpeculatiue ſciētie eſt ueritas: ⁊ finis opatiue eſt opus. Opantes enim lȝ cōſiderāt in eo qđ agāt: tñ nō pſcrutanꝝ per cauſam ꝑpter ſeipſam: ſed reſpectu eiꝰ qđ agūt: ⁊ nos nō ſciamus ueritatē abſq; eo ꝙ ſciamus cauſam eius. ⁊ in ẜmo de aīa practicarū intelligētie ſunt termini. oīs enim alterius cauſa ſunt. ſ. opis. ſpeculatiue ꝟo rōnibus terminanꝝ. 2ᵃ eſt ꝙ practicus intellectꝰ habet formā opatiuam rei: ⁊ per hoc cōponiꝝ cū re opata. dicit enim Aꝛ: in 7° methaᶜᶜ ꝙ ſanitas que inducitur in egro eſt a ſanitate que eſt in aīa medici: ⁊ diciꝝ forma cōpoſitionis. forma ꝟo que eſt in intellectu ſpeculatiuo nō eſt ad rem ſed a re per abſtractionem: ⁊ ideo diciꝝ forma abſtractionis. 3ᵃ eſt q: intellectus practicus per hoc ꝙ ē practicus cognoſcit pticularia in qbus eſt opus ut tempus ⁊ locum: ⁊ partes mãe ſicut patet in archario qui cognoſcit lignū ex quo eſt archa ⁊ partes eius ſicut opculum ⁊ fundū. Intellectus aūt ſpeculatiuus eſt uľiū ⁊ nō cognoſcit mãm uel mãlia in qbus ſpēs uľis tñ per materiā diuerſificaꝝ. 4ᵃ eſt q: intellectus practicus per hoc ꝙ appetitiuus immittiꝝ corpi ⁊ influit virtutē motiuā in ipſum ut poſſet exequi motū eius ut dicit Auicᵃ. ſed ſpeculatiuus nō immittiꝝ corpori ſed abſtrahit ſe ab ipſo ꝑ hoc ꝙ ipſe ſtat in vniuerſali.

¶ Queritur quid ſit fantaſia.

d **Einde queritur** de fantaſia mouente que ſit. Et queruntur duo. primum eſt quod dictū eſt ſcilicet quid ſit. ⁊ vnde contingat ei eſſe rectam ⁊ non rectam.

a **D primum proce**ditur ſic.

Dicit Aꝛ: ꝙ fantaſia eſt motus a ſenſu ẜm actū pfectus. ſi aūt fantaſia mouet mouebit ab alia ſpecie que fit a ſenſu ẜm actum facto. ſed in ſenſu nō ſunt niſi ſenſibilia ꝓpa ⁊ coīa: ergo mouebit ab illis. ¶ Si hoc ꝯcedaꝝ ꝯtra: nihil mouet niſi per itētionē boni uel mali. Intētio boni uel mali nō accipiꝝ a ſenſibꝰ ut ſup̄ habitū eſt: ḡ fantaſia nō mouet per hoc qđ accipit a ſenſu. ¶ Preterea dicit phus ꝙ fantaſia eſt potētia ẜm quā fantaſma nobis fit. ⁊ dicit alibi ꝙ ad huiuſmodi imaginatiōes in aīa nos hēmꝰ ſicut ſi aſpiciētes ſimꝰ ad ſcripturas ſine appetitu ⁊ terrore: ergo videꝝ ꝙ non poſſit mouē fantaſia. ¶ Itē in 3° de aīa dicit ꝙ itellectꝰ qui pp aliqd rōcinaꝝ practicꝰ eſt ⁊ differt a ſpeculatiuo in fine: ḡ videꝝ a ſili ꝙ talis ēt ſit dĩa iter fantaſiā cognitiuā ⁊ motiuā. ſ. ꝙ cognitiua accipit imaginē ꝓut eſt ꝑncipiū cognitionis ſenſibilis: motiua aūt ꝓut eſt appens bonū uel malū. ¶ Solo dicimꝰ ꝙ ultima uerū cōcludit. duo enim hēt fantaſia motiua. ſ. ꝙ ſibi ſit nūctū de appenti bono uel malo: ⁊ ꝙ immittiꝝ corpi mouēdo ipm per appetitū ſenſibilē. d: tñ fātaſia large ⁊ ſtricte ut habitū eſt ſup̄: ⁊ hoc itelligiꝝ mouēs large ẜm ꝙ icludit etiā eſtimationē. ¶ Ad obm ꝯtra dicēdū ꝙ lȝ bonū ⁊ malū nō accipianꝝ a ſenſibili tñ non ſeparanꝝ a ſenſibilibꝰ ꝓut ſūt in fantaſia. ⁊ hoc eſt qđ dicit Auicᵃ: ꝙ ſenſus qñq; diffūdit ꝯcupiſcētiā per lȝ. ſ. ꝙ ſenſibilis vis id qđ videꝝ bonū nō ſepata ſenſibili ſed accipit cū ipſo: ⁊ hec ſup̄ ſufficiēter explanata ſūt in qōne de eſtimatiua. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ ſi pure fantaſia attēdaꝝ tūc eſt ſicut pictura. ſed ſic non accipit ipm fantaſia mouens ſed ꝯiūctum apparenti bono uel malo.

¶ Utrum fantaſia eſt recta ⁊ non recta.

s **Ecundo queritur** Uñ contingat ei eē rectā ⁊ nō rectā. Uideꝝ enim ꝙ ſemp ſit recta. ſenſus enim ꝓprioꝝ uerius eſt: ergo ab illo nō habet errare. Si dicaꝝ ꝙ hēt hoc a ſenſu cōi. ¶ Cōtra oba ſenſus cois ſūt ſpēs q̄titatis. illis aūt nō eſt cōiūcta itētio appentis boni uel mali. alr enim bonū ⁊ malū ꝯſideraret i methaphoricis ſi bonū ⁊ malū eēnt paſſiones quāti. Cū igiꝝ fantaſia ſit de appenti bono uel malo ipſa nō erit de obtis ſenſus cois: ḡ ab illis nō hēt errare. ¶ Solo dicēdū ꝙ fantaſia errare hēt apphēdē a ſenſu cōi ut habeꝝ in 3° de aīa. ſenſus enim cois nō tm̄ hēt apphēdere ſenſata coīa: ſed etiam diuidere propria ex qua collatione reſultet intentio apparentis boni uel mali.

¶ Queritur quid ſit uoluntas.

d **Einde queritur** De ptibus appetitꝰ. ⁊ q: dicit phs ꝙ in rōnali uolūtas ſit ⁊ in irrōnali deſideriū ⁊ aius. inuūtur tres eē ptes appetitus. ſ. uolūtas ex pte rōnalis aīe. ⁊ deſideriū ſiue ꝯcupia: ⁊ aius ſiue iraſcibilis ¶ Ex pte irrōnalis aīe hoc eſt ſenſibilis querēdū ē igiꝝ ẜmo de uolūtate. 2° de ꝯcupiſcibili. 3° de iraſcibili. 4° de tribꝰ in cōi. ¶ De uolūtate aūt queruntur tria. ſ. qd ſit uolūtas. ⁊ utrū ſit potētia vna per ſe uel diffuſa in oībus aliis viribus. ⁊ de conſenſu uoluntatis.

a **D primum proce**ditur ſic.

Dicit Damaꝰ 2° liꝰ 22° capꝰ. oportet ſcire quoniam aīe nāliter iſerta eſt virtus appetitiua eius ẜm nām eſt ⁊ oium que ſubaliter nāe aſſunt ꝯtēptiua que uoluntas uocaꝝ. Ex hoc accipiꝝ ꝙ uolūtas eſt virtꝰ appetitiua eius que ẜm nām eſt ꝯtēptiua oium que ſubaliter aſſūt nāe. ¶ Sed cōtra hoc obijciꝝ id qđ ẜm nām eſt: aut intelligiꝝ id qđ ptinet ad ꝯſiſtētiā vite: aut id ad qđ ordinatur natura. Si ẜmo mō tūc nō eēnt uolūtaria niſi que ptinēt ad ꝯſeruationē vite qđ patet eē falſum. Si aūt intelligiꝝ id ad qđ ordinaꝝ nā tūc nō eēt uolūtas niſi ueritatis ⁊ hoc iterum falſum eſt. ¶ Preterea dicit Damaꝰ exponēs quomodo uolūtas ſit eoꝝ que ſunt ẜm naturam: ꝙ ſubſtātia qdem eſſe ⁊ viuere ⁊ moueri ẜm intellectum ⁊ ſenſum appetit propriā cōcupiſcens naturalem ⁊ plenā eſſentiam: ergo videꝝ ꝙ uolūtas non ſit niſi ad eſſe ⁊ viuere ⁊ ſentire ⁊ intelligere. ¶ Preterea dicit Damaſcenus ꝙ uolūtas eſt ipſe vitalis ⁊ naturalis ⁊ rationalis appetitus ⁊ ſimplex ⁊ mixtus omniū nature cōſtitutiuorū. naturam autem cōſtituentiū nō ſunt niſi ꝑncipia ex qbꝰ eſt nā: uel ex qbus ꝯſeruaꝝ: ſed uolūtas eſt eoꝝ ex qbꝰ eſt natura: cū ea ex qbus eſt ꝑcedēt uolūtatem: uolūtas erit

p:ecedẽtiũ ſe.omne aũt ex qbus eſt uolũtas eſt uolunta/
rium:ergo aliqd eſt uolũtariũ uolũtate que nonduz eſt:
qḋ falſum eſt.¶ Preterea talia de neceſſitate iam ſunt
habita:ergo uolũtas erit eoꝝ que de neceſſitate habenẗ.
¶ Itẽ taliũ ꝓpriũ ꝑncipiũ eſt nã:ergo uolũtas erit ꝑnci
piũ eorũdẽ quorũ eſt nã ꝑncipiuz:que oĩa falſa ſunt.Si
aũt eſt eoꝝ ex qbꝰ cõſeruaẗ nã tũc nõ eẽt niſi cibi ⁊ potꝰ.
qḋ falſuz eſt cũ dicit Damaꝰ ꝙ uolũtas eſt in his que ſũt
in nobis:⁊ in his que nõ ſunt in nobis hoc eſt in poſſi/
bilibꝰ ⁊ in ipoſſibilibꝰ.¶ Solꝰo dicendũ ꝑm Damaᵐ ⁊
Gregoᵐ nixᵐ ꝙ dupˣ eſt uolũtas.ſ.nãlis ⁊ delibatiua.
Nãlis eni eſt de ꝯſtituẽtibꝰ ⁊ ſaluãtibꝰ nãm.Delibatiua
ꝩo eſt de his que ꝑm phẽſim eligunẗ.tñ ex ꝩbis Dama
ſceni uolũtas nõ nãlis nec etiã deliberatiua eſt eoꝝ que
poſſibile eſt per nos fieri ⁊ etiã ipoſſibilium ſicut ꝙ uolu
mus nos nunqꝫ mori qḋ tñ eſt ipoſſibile:⁊ hec enim uo
lũtas eſt poſſibiliũ que nõ fiũt per nos:ſicut ꝙ uolumus
eẽ reges qḋ qdẽ poſſibile eſt:ſed nõ fit per nos.has tres
uolũtates noĩat tribꝰ modis.ꝑma enim diciẗ thelíſis hoc
eſt nãlis uolũtas.2ᵃ autẽ ꝓpe diciẗ uolũtas rõnalis.3ᵃ
ꝩo dẽ bulíſis hoc eſt qliſcũqꝫ uolũtas eo ꝙ gñalis eſt ap
petitꝰ poſſibiliũ ⁊ ipoſſibiliũ ſiue per nos ſiue nõ per nos
opandoꝝ.¶ Dicendũ ergo ad duo ꝑma ꝙ Damaꝰ ibi
diffinit uolũtatẽ que dẽ thelíſis:⁊ hec eſt diffinitio potiꝰ
manifeſtãs diuiſionẽ qꝫ totam dicẽs eẽntiam uolũtatis.
¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ nihil ꝓhibet uolũtatẽ eiꝰ eſſe qḋ
iã ineſt per nãm:⁊ eiꝰ qḋ añ uolũtatẽ eius eſt acqſituz:⁊
eiꝰ qḋ iã de neceſſitate eſt habitũ.ſed aliter eſt de ipa uo
lũtas qꝫ ſit per nãm:⁊ aliter.qꝫ ſit acqſituz añ uolũtatez:⁊
aliter qꝫ iã ineſt ex neceſſitate.eſt enim uolũtas ad pma/
nẽdum ⁊ cõſeruãdum cum ꝑm hũc modũ ante nos reſe
runt nec habitum eſt.

¶ Queriẗ utrum uoluntas ſit potẽtia vna per ſe uel dif/
fuſa in omnibus alijs.

s Ecundo queritur Utrum
uolũtas ſit potẽtia vna pſe uel diffuſa in oĩbus
alijs.⁊ videẗ ꝙ vna pſe.Dicit enim Damaꝰ ꝙ uolũtas
que rõnalis eſt nõ eſt uolũtas:ergo videẗ ꝙ uolũtas nõ
ſit niſi illa potẽtia que ꝑm nãz ſeqẗ iudiciũ rõnis.¶ Itẽ
Ariſ:in topicis dicit ꝙ oĩs uolũtas eſt in rõne ⁊ ex hoc ſe
quiẗ idẽ.¶ Itẽ in liꝰ de aĩa dicit ꝙ in rõnali uolũtas eſt
in irrõnali aũt deſideriũ ⁊ aĩus.¶ Itẽ Priſcianꝰ dicit ꝙ
hoc ꝩbũ uolo eſt uerbũ phẽticũ.ꝑm aũt Ariſ:phẽſis eſt
cũ eligẽtia recta ſicut habeẗ in 3ᵒ ethicoꝝ.Cũ igiẗ eligen
tiã recta nõ ſit niſi ꝑm rõnẽ uolũtas nõ erit niſi in rõne.
Hoc etiã ꝓbaẗ per rõnẽ uolũtas eius qḋ eſt uolũtariuz
eſt eo ꝙ potẽtie per actꝰ ⁊ actꝰ per obta habeãt diffiniri.
Dicit autem Ariſ:in 3ᵒ ethicoꝝ ꝙ uolũtariũ eſt cuiꝰ ꝑnci/
pium eſt in ſeipſo cognoſcenti ſingularia in quibꝰ nõ eſt
opatio ſed ſingularia hoc eſt determinatas circũſtantias
cognoſcere nõ eſt niſi rõnis:ꝗ uolũtas nõ eſt niſi rõnis.
¶ Sed ꝯtra dicit Ariſ:in 3ᵒ ethicoꝝ ꝙ neqꝫ uolũtas eſt
phereſis.uolũtariũ enim ⁊ pueri ⁊ alia aĩalia coĩcãt:pro
hereſim aũt nõ.ex hoc accipiẗ ꝙ uoluntas ineſt brutis ⁊
pueris.Et bruta qdem nec hñt rõnẽ nec uſuz rõnis:ꝗ nõ
oĩs uolũtas in rõne eſt.¶ Itẽ hoc dicũt auctores medi
cine artis qui diſtinguũt virtutẽ aĩalẽ appꝰhẽſiuã ⁊ moti
uã motꝰ uolũtarij.⁊ motũ uolũtariũ appellat motũ ꝓceſ
ſiuũ in oĩbꝰ aĩalibꝰ:ergo videẗ ꝙ uolũtas in oĩbꝰ aĩalibꝰ
ſit ⁊ nõ in rõne tm̃.¶ Preterea videẗ uolũtas eſſe in oĩ
bus viribꝰ.dicimus eniz uolumꝰ intelligẽ:uolumus am
bulare:uolumꝰ vidẽ:ſignãtes ꝓgreſſuz vniuſcuiuſqꝫ vir
tutis ad actũ ſibi ꝓpriũ.Cũ igiẗ ad hunc ꝓgreſſum ſit in
vnaqꝫqꝫ virtute videẗ uolũtas eẽ appetitꝰ qdẽ diſſemina
tus ⁊ ſpſus per oẽs vires aĩe.¶ Itẽ vnũqḋqꝫ appetit id
qḋ ꝑm nãm pficit ipm:ſed oẽs vires aĩe pficiunẗ a ſuis
obtis ꝑm nãm ipſaꝝ viriũ:ergo oẽs appetũt ſua obiecta.
appetitꝰ aũt nõ diuidiẗ niſi per uolũtatẽ ⁊ iraſcibilẽ ⁊ cõ/
cupiſcibilẽ.Cũ igiẗ ꝯcupiſcibilis ſit reſpectu delectabili
uz coꝛpis:iraſcibilis aũt ad inſurgẽdũ ꝯtra nociuũ:relin
quiẗ ꝙ appetitꝰ qui eſt vniuſcuiuſqꝫ ꝩtutis ad ſuũ obm
ſit appetitꝰ qui eſt uolũtas.¶ Iuxta hoc etiã queriẗ quõ
hoc itelligaẗ ꝙ oĩs uolũtas eſt in rõne.Eſſe enim in rõ/
ne dẽ tribꝰ modis.ſ.ſicut obm rõnis eſt in rõne.aut ſicut
id qḋ eſt in radice rõnis ⁊ ſbto.aut ſicut id qḋ eſt ps rõ/
nis.Si ꝑmo mõ dicaẗ uolũtas eẽ in rõne hoc paruz eſt:
qꝫ ſic oĩa ſunt in rõne eo ꝙ rõ eſt de oĩbꝰ.Si ſcḋo modo
tũc nõ erit uolũtas niſi que eſt ps rõnalis aĩe.aĩa rõnalis
ꝑm ſbm eſt rõnis.⁊ hoc eſt ꝯtra ꝑhitas auctoritates:⁊ ꝑ
terea ꝯtra hꝰ ꝙ dictuz eſt uolũtatẽ quãdã eẽ nãlẽ que eſt
de ꝯſtituẽtibꝰ nãm que videẗ ieſſe oĩbus.Si tertio mõ
tũc oĩs uolũtas eẽ videẗ ⁊ cũ iudicio rõnis:⁊ cũ iudiciuz
rõnis nõ ſit repẽtinuz nulla uolũtas videẗ eẽ repẽtina:⁊
hoc eſt ꝯtra Ariſ:in 3ᵒ ethicoꝝ.ubi dicit ꝙ repẽtina qdẽ
uolũtaria eẽ dicimꝰ:ſed ꝓhereſim aũt nõ.¶ Iuxta hꝰ ite
rũ queriẗ de diſtinctione quorũdã dicẽtiũ ꝙ eſt uolũtas
finis:⁊ uolũtas eiꝰ qḋ eſt ad finẽ.cũ Ariſ:dicat ꝙ uolũtas
eſt finis tm̃:ꝯſiliũ aũt eiꝰ qḋ eſt ad finẽ.¶ Itẽ Damaꝰ eſt
aũt bulíſis hoc eſt uolũtas finis nõ earũ que ad finẽ ſunt
ergo finis qdẽ eſt uolũtabile ut regẽ eẽ:⁊ ſanũ eẽ.Ad fi/
nẽ aũt eſt qḋ cõſiliabile eſt.ſ.moduz per quẽ debemꝰ ſa
ni eẽ uel regnare:ergo nulla videẗ ſup habita diſtinctio.
¶ Iuxta hoc iterũ queriẗ de ꝩbo Anſelmi qui dicit ꝙ i
oĩbꝰ in qbꝰ ꝯiũcta ſit ptãs ⁊ uolũtas:ptãs ꝑcedit uolun/
tatẽ.hoc eniz videẗ eẽ falſum.ptãs eniz ſimplicius eſt qꝫ
uolũtas eo ꝙ eſt in plus:⁊ ita videẗ uolũtatẽ p:ecedere.
¶ Solꝰo dicẽdũ ꝙ uolũtas dẽ multiplr.ſ.large ⁊ ſtricte.
large dẽ duobꝰ modis.ſ.ꝓprie ⁊ methaᶜᵉ.ꝓpꝛe diciẗ de
ſenſibilibꝰ ꝑm ꝙ appetitꝰ illoꝝ quo mouenẗ ad deſidera
ta dẽ uolũtas.Methaᶜᵉ aũt dẽ de iaĩatis ⁊ plãtis ſicut di/
ciẗ in euangꝰ Ioãnis 3ᵒ.ꝙ ſpũs ubi vult ſpirat.qḋ ꝑz Cri
ſoᵐ intelligiẗ de uẽto.ſtricte aũt diciẗ appetitꝰ rõnalis aĩe
⁊ in hac ſignificatione ꝓpꝛijſſime accipiẗ.Et adhuc diciẗ
tribꝰ modis in illa ſignificatione ꝑm triplex eiꝰ obm.ob
iectũ eni eius aut eſt itra aut extra.Intra ſicut potẽtie aĩe
qs oẽs uolũtas iclinat ad actũ ꝑm ꝙ dicimꝰ uolo itelligẽ
uolo dicẽ ⁊ uolo ambulare.Si eſt extra aut eſt de ꝯſtitu
entibꝰ ⁊ ſaluãtibꝰ nãm ⁊ tũc eſt illa que uocaẗ thelíſis a
Damaꝰ.Dicit eniz ꝙ thelíſis eſt rõnalis appetitꝰ cũ nãe
ꝯſtitutiuoꝝ.i.appetitꝰ rõnalis aĩe.Aut eſt de nõ ptinenti
bus ad nãm ſed hoc duobꝰ modis.ſ.poſſibiliũ ⁊ ipoſſibi
liũ.ſi eſt ipoſſibiliũ tũc eſt uolũtas que a qbuſdã dẽ irrõ/
nalis eo ꝙ ſemp p:eit delibatiõnẽ ⁊ inqſitiõnẽ ⁊ ꝯſilium
Si aũt eſt poſſibiliũ adhuc eſt dupˣ.aut eniz eſt poſſibili
um nõ opandoꝝ per nos in toto uel in pte ⁊ ſic eſt illa uo
lũtas quã Damaꝰ dicit eẽ ꝙ ipſa uolumꝰ eẽ reges uel ſa
ni ad qḋ qñqꝫ nihil opamur.qñqꝫ aũt nõ in toto.Si ꝩo
opandoꝝ per nos tũc eſt ꝓpe uolũtas rõnalis qꝫ tunc
eſt de qbus rõ hẽt añcedẽter ingrere ⁊ diſponẽ ⁊ ordina
re ⁊ cõſulere.uolũtas aũt gñalis ad tres ultimos modos
hoc eſt poſſibiliũ ⁊ nõ poſſibiliũ nõ per nos opandoruz
ꝑm Damaᵐ ⁊ Gregoᵐ nixᵐ dicitur bulíſis niſi qñqꝫ re/
ſtringaẗ ad aliqḋ hoꝝ triuz per ſpecialẽ rõnẽ.Ex hoc pa/
tet ſolutio ad qnque ꝑma que ꝓbãt uolũtatẽ eſſe in rõne
⁊ ad duo que in ꝯtrariũ obijciunẗ.¶ Ad id ꝩo qḋ que
riẗ vtrũ uolũtas ſit qdã appetitꝰ diffuſus in oĩbꝰ viribus
dicẽdũ ꝙ nõ.¶ Ad ꝑmũ aũt qḋ obijciẗ dicẽdũ ꝙ uolũ
tas ꝓut eſt ad intrinſeca ulꝭ moto: eſt viriũ ad actuz nõ
ita ꝙ ipſa ſit immixta eis:ſed qꝫ cetere virtutes cum acti
bus ſuis ſunt in rõne uoliti ⁊ per hoc efficiunẗ obta uo/
lũtatis.¶ Ad aliud dicẽduz ꝙ appetitus ſumiẗ large ⁊
ſtricte.large ꝓut dicit inclinatiõnẽ vniuſcuiuſqꝫ rei natu
ralis in id quod debeẗ ei ꝑm naturã:⁊ ſic appetitꝰ eſt eti
am diffuſus in omnibus viribus aĩe appꝰhenſiuis ꝑm ꝙ
Ariſ:dicit ꝙ omnia appetũt eẽ diuinũ:⁊ ꝓpter illḋ agũt
quicqd agũt.⁊ alibi qꝫ materia appetit formam ſicut fe
mina maſculũ ⁊ turpe bonũ.⁊ Boeꝰ in liꝰ de hebdoma/

dib⁹ dicit ꝙ oīa que ſunt appetūt bonū. ⁊ ſic etiā dicim⁹ totā nāꝫ moueri ꝓpter aliqd. appetit⁹ aūt ſtricte dicit de ſideriū alicuius rei adipiſcēde uel fugiēde apphēſe in rōne boni uel nociui: ⁊ ſic ſumit appetit⁹ qñ diuidit in uolūtatē ⁊ iraſcibilē ⁊ cōcupiſcibilē: ⁊ iſte appetit⁹ nō eſt ſpſus in oibus virib⁹. ¶ Ad id qḋ ultra querit dicēdū ꝙ uolūtas eſt in rōne duob⁹ modis. ꝑmo. ſ. q: eſt ps rōnalis aie ⁊ ſic ois uolūtas dūmō ꝓprie ſumat uolūtas eſt in rōne: ⁊ iſte modus eſt in compatione ad id cuius eſt uolūtas ut ſbti. eſt etiā in rōne in compatione ad obm. i. uolitū: q: uolitū añcedēter debet eē ex rōne determinatū: ⁊ ſic nō ois uolūtas eſt in rōne ſed ordinata. Si ꝟo priori mō ois uolūtas dicat eē in rōne tūc nō ſequit ꝙ ꝓpter hoc uolūtas debeat eē rōnalis eo ꝙ uolūtas nō de neceſſitate ſeqtur rōnē lꝫ ꝑm ordinē debitū ſeq debeat. ¶ Ad id qḋ ulteri⁹ querit utrū ois uolūtas ſit finis. dicēduꝫ ꝙ ſic ſi accipiat uolūtas reſpectu uoliti extra: ſed ibi finis accipit ut ſit ultimū intētū per appetitū hoc enim eſt ſemp determinatū: ⁊ ꝓpter hoc de ipſo nō eſt ingſitio ⁊ ꝯſiliū: ſed modus acgrēdi ipm nō eſt determinat⁹ ⁊ ideo ꝯſilium eſt de ipſo. Si aūt accipiat uolūtas nō reſpectu obti extra ſed reſpectu viriū itra aiam q̄s mouet ad actū tunc uerū eſt ꝙ uolūtarie rōcinat ⁊ uolūtarie diſponit ⁊ ꝯſulit: ⁊ hoc mō uolūtas pōt eē eius qḋ eſt ad finē: ſed ſic nō ꝓpe ſumit uolūtas buliſis ut patet ꝑ añdicta. ¶ Si ꝟo querat q̄re uolūtas buliſis nō ſit de eo qḋ eſt ad finē. dicēdū ꝙ nulla potētia appetitiua tm̄. i. cui⁹ nō eſt apphendere ſed affici circa obiectū diſtinguit aliqd uel ordinat: ⁊ ois diſtinctio uel ordinatio eſt ex ꝑcedēti apphēſione. Cū igit in his que ſunt ad finē ꝓpter icertitudinē ipſorū exigit diſtinctio ⁊ ingſitio ⁊ ordinatio nō pōt eē uolūtas de his. Finis aūt in oī appetēte ſuppoſit⁹ eſt cert⁹ ⁊ ideo uolūtas eſt de ipſo. nec debet dici ut qdā dicūt ꝙ finis ſumat ibi pro ultimo fine qui eſt deus: hoc enim nō eſt de intētione auctoꝝ ut patet ex ꝑdictis. ¶ Ad id qḋ ulteri⁹ querit dicēdū ꝙ duplex eſt ptās. ſ. gñalis: ⁊ hec eſt que diuidit in oēs vires ⁊ eſt ſimplicior uolūtate. Alia eſt poteſtas que dicit q̄ſi potētia ſtās in actu: ⁊ hec ſequit uolūtatē ſi ſunt reſpectu eiuſdē ptās ⁊ uolūtas: q: ut ſup hituꝫ eſt uolūtas vno mō dicta eſt motor gñalis oium potētiarū ad actū: ⁊ ꝓpter hoc dicit Anſelm⁹. ꝙ cū dico poſſum loq ſubintelligit ſi uolo. ⁊ ſilr cū dicit poſſum ambulare ⁊ poſſum intelligē ⁊ ſic de alijs. ⁊ hoc eſt qḋ dicit Aug⁹ ꝙ nulla eſt cauſa cū intelligibile eſt in aia q̄re qñqꝫ actu intelligit ⁊ quādoqꝫ non niſi uoluntas.

¶ Utrum aliquis ſit ꝯſenſus uoluntatis.

Ertio queritur de conſenſu uolūtatis. Uidet aūt ꝙ nullus ꝯſenſus ſit uolūtatis ꝓprie. de illo enim eſt ꝯſenſus qḋ ingrit per ꝯſiliū. nullius aūt qḋ ingrit hoc mō eſt uolūtas: ergo cōſenſus nō prope eſt uolūtatis. ꝑ^a ꝓbat per hoc ꝙ ꝯſenſus dicit q̄ſi ſenſus cū alio ⁊ nō eſt alius cū quo ſentiat niſi ꝯſiliū ꝑcedēs. 2^a ꝟo ꝓbat ꝑ añdicta: q: uolūtas eſt prope finis. ¶ Itē nomē cōſenſus ſonat in apphēſionē pauſantē ſuper apphēſum. uolūtatis aūt nō eſt apphēdere: ergo uolūtatis nō eſt ꝯſentire. ¶ Sed ꝯtra uolūtas frequēter cōtraria eſt rōni ſicut in abſtinētib⁹. ꝯtrarietas aūt illa nihil aliud eſt q̄ꝫ diſſenſus ei⁹: ergo uolūtatis eſt diſſentire. ſꝫ cuiuſcūqꝫ eſt diſſentire eius etiā eſt cōſentire: ergo uolūtatis eius eſt cōſentire. ¶ Juxta hoc etiā iteruꝫ querit que dr̃ia ſit inter theſim ⁊ thelicon ⁊ theliticon de quib⁹ mētionē facit Dama⁹. ¶ Solo dicēdū ꝙ qdā cōſenſus eſt rōnis ⁊ qdā uolūtatis. rōnis cōſenſus q̄ſi ſnīa de faciendo ꝑm ꝙ dicit Dama⁹. ꝙ ſnīa eſt depoſitū ⁊ amatum qḋ iudicatū eſt ex cōſilio: ⁊ ille cōſenſus ſemp eſt in rem ex cōſilio inuētā. volūtas aūt cōſenſus eſt in cōcordia rōnis. dicūt aūt qdā ꝙ eſt cōſenſus in uerū ⁊ cōſenſus i bonū. Cōſenſus in uerū eſt rōnis: cōſenſus aūt in bonū uolūtatis. ſed hoc nihil eſt q: cōſenſus in uerūm ꝓprie ſpeculatiue potētie eſt de qua nō eſt hic ſermo. Rōnis autē practice eſt ingrere de actuali bono ⁊ cōſentire. uoluntatis aūt appetere: ⁊ ꝓpter hoc cōſenſus utriuſqꝫ eſt in bonū: ſed rōnis cōſenſus eſt in ſnīa: uolūtatis aūt ut cōcordia: ⁊ per hoc patet ſolo ad duo ꝑma. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cōtrarietas uolūtatis ad rōnē nō eſt in allegatis ⁊ cōſultis: ſed potius in hoc ꝙ appetit⁹ uolūtatis cōtrarie ſe hēt ad allegata ⁊ cōſulta per rōnem: ⁊ ꝓpter diſſenſus eius eſt diſcordia ⁊ ideo cōſenſus eius cōcordia uocat. ¶ Ad id qḋ ulterius querit que dr̃ia ſit inter buliſim ⁊ theliſim patet ex dictis. thelicon aūt nihil aliud eſt q̄ꝫ uolitum qḋ Dama⁹ uocat uoluntabile. thelicon autem latine eſt uolens.

¶ Queritur quid ſit ꝟtus concupiſcibilis.

Einde queritur de cōcupiſcibili ⁊ querunt tria. Quorū ꝑ^m eſt qd ſit. 2^m qs ſit propꝰ eius act⁹. 3^m q̄re a ſctis dicat eē corrupta ⁊ iſecta cum alie vires aie ſint corrupte tm̄.

Ad primum ſic procedit. Dicit Auic^a in 7⁹ de nālib⁹. ꝙ motiua aie ſenſibilis dup^x eſt. vna impans motū ⁊ alia efficiēs. ꝑ^m iperās hēt duas ptes. ſ. iraſcibilē ⁊ ꝯcupiſcibilē. vis aūt ꝯcupiſcibilis eſt vis impans moueri ut appropinquat ad ea que putant neceſſaria aut utilia appetitiui delectamēti. ¶ Sꝫ ꝯtra obijcit. ois enim vis obediēs poti⁹ debet diffiniri per obediētiā q̄ꝫ per impiū. ꝯcupiſcibilis eſt huius modi: ergo poti⁹ debet diffiniri per obediētiā q̄ꝫ per iperiū. ꝑ^a patet ꝑſe. 2^a ſcribit a Dama⁹ in fine ꝑmi ethicoꝝ. ¶ Preterea ea que ponunt in diffinitione alicui⁹ ſemper debēt ꝯcomitari ipm. impare aūt motū nō ſemp cōuenit ꝯcupiſcibili: ergo videt ꝙ nō debeat per ipm diffiniri. ¶ Itē putare rōnis act⁹ eſt: ergo videt ꝯcupiſcibilis eē ps rōnis. ¶ Itē utile eſt ꝙ ſic in facultatē rōnis aſſumit qḋ ad aliud refert: ⁊ ſic utile videt ꝑtinē ad rōneꝫ: ḡ nō erit ꝓpriū ꝯcupiſcibilis. ¶ Preterea delectatio eſt ex ꝯiūctione ꝯuenietis ad ꝯueniēs. hoc aūt videt ꝯuenire oī potētie motiue ex ꝯiūctiōe ſui finis cū ipſa: ⁊ ita nō erit ꝓpriū ꝯcupiſcibili. ¶ Solo dicēdū ꝙ ꝯcupiſcibilis prope loquēdo eſt vis ſenſibilis aie cui⁹ ꝓpri⁹ finis eſt delectabile in ſenſu ⁊ impat motū ad ꝯſecutionē illius: ⁊ hoc attēdit Auic^a in diffinitione ſua. ¶ Ad ꝑ^m aūt dicēdū ꝙ eſt impiū ꝑmū ſimplr ⁊ in aliquo tm̄: ⁊ eſt impiū ꝑmū in gñe illo ⁊ in oib⁹. Impiū aūt ꝑmū ſimplr ⁊ in aliquo tm̄ eſt impiū rōnis ⁊ eſt in hoie tm̄. In hoie eniꝫ rō impat ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili ꝓpter hoc ꝙ ordinātur ad ipam ſicut habet in fine ꝑmi ethicoꝝ ⁊ lꝫ ifra determinabit. In gñe aūt ſenſibilis ꝑma impatiua eſt iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis: ⁊ lꝫ in oib⁹ aialib⁹: q: etiā in hoie nō de neceſſitate ſequit impiū rōnis ſꝫ impat per ſeipam: ſicut in eo qui a pho dicit etiā abſtinēs. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ impare motū dr̃ duob⁹ modis. Uno mō impare motiue que eſt in neruis ⁊ muſculis ut exequat motū ad executionē delectabilis. Alio mō affici circa lꝫ qḋ per motū eſt acqſitū: ⁊ altero iſtoꝝ modoꝝ ſemp impat motū. uel dicatur meli⁹ ꝙ mot⁹ nō dr̃ hic mot⁹ ꝓceſſiu⁹ ſꝫ poti⁹ inmutatio corpis ad ſuſceptionē delectationis que ꝯcupiſcit ſicut qñ eſt ꝯcupia coit⁹ impat ꝟtuti excedēti mēbrū ⁊ ſpūi ipellēti ſemē ad genitalia ⁊ huiuſmodi. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ putare ponit ibi pro eſtimare ꝑm fantaſiā. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ utile dr̃ duob⁹ modis. ſ. ꝑꝫ nām ⁊ ꝑm formā ⁊ rōnē. ꝑm nām utile eſt id per qḋ obtinet finis appetit⁹. ꝑm rōnē ꝟo qñ apphēdit in rōne utilis: ⁊ hoc mō loquit Aug⁹. ꝑmo aūt mō aliqd utile eſt etiaꝫ in appetitu ſenſibili. ſ. per qḋ ultima delectatio intenta obtinetur. ¶ Ad aliud dicēduꝫ ꝙ anthonomatice dicit delectatio

in ꝯcupiſcibili q: ipſa hēt delectationē maximā que qdē eſt ſm ſenſum ⁊ p̄cipue ſm tactum in cuius obiecto proprie eſt delectatio ut ſupra probatū eſt in qōne de tactu.

¶ Queritur quis ſit proprius actus ꝯcupiſcibilis.

s **Ecundo queritur** Quis ſit act⁹ eius ꝓprius. Et videt̄ ꝙ ꝯcupiſcere delectabile qđ ptinet ad corp⁹. ¶ Sed tūc querit̄ qd hoc addat ſup̄ appetē. ⁊ videt̄ ꝙ nihil. appetē enim ſemp eſt reſpectu delectabilis ⁊ deteſtatio reſpectu ꝯtrarij. cū igit̄ cōcupiſcibile ſit reſpectu eiuſdē videt̄ ꝙ idē ſint. ¶ Itē cōtraria ſunt eiuſdē potētie ut dicit Ariſ. cuȝ igit̄ delectabile ⁊ triſtabile ꝯtraria ſunt; cui⁹ potētie eſt delectabile ei⁹ etiā erit triſtabile. ſi ergo ꝓpri⁹ act⁹ eſt ꝯcupiſcē erit ꝯcupiſcētia reſpectu triſtabilis. Si forte dicat̄ ꝙ ſicut ſūt duo ꝯtraria in obto ita etiā ſūt duo in actu. vñ reſpectu triſtabilis eſt act⁹ qui eſt deteſtari ⁊ fugere. ¶ Cōtra deteſtari ⁊ fugere nociuū ꝓprius act⁹ eſt iraſcibilis ut dicit Auica. cuȝ ergo iraſcibilis nō ſit eadem vis cū cōcupiſcibili: nō erit act⁹ ille cōcupiſcibilis. ¶ Itē ſm hoc videt̄ ꝙ cōcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis ſint vna vis. cōtraria eniȝ ſūt vnius vis ſȝ triſtabile eſt cōtrariū delectabili: ergo ſūt vni⁹ vis. cuȝ igit̄ iraſcibilis ſit reſpectu triſtabilis ⁊ cōcupiſcibilis videtur eē vna vis. Si forte dicat̄ ꝙ iraſcibilis nō eſt deteſtari ſed iſurgē ꝯtra nociuū ⁊ pugnare. ¶ Cōtra quecūqȝ vis debeat a ſe repellē cōtrariū ipſam neceſſe eſt iſurgere ꝯtra illud: ergo ſi vis cōcupiſcibilis debeat repellē cōtrariū ſibi neceſſe eſt ipſam iſurgē ꝯtra illud: ergo nō ſolius iraſcibilis eſt iſurgē. ¶ Solō dicēdū ꝙ cōcupiſcere ꝓpri⁹ act⁹ eſt cōcupiſcibilis. vnūqđqȝ eniȝ determinari hēt ab ultimo ⁊ maxime ſui gñis. ꝯcupiſcētia aūt ſonat in maximū appetitū. cupido enim dicit uehemētē appetitū circa aliqd. ſȝ ꝯcupiſcētia ex vi ꝑpōnis adhuc ſonat ī maiorē intēſionē circa delectabile ꝯcupitū: ⁊ hoc ē ex uehemētia dulcedinis obti. cū enim ipm pſe ſit delectabile plus mouet appetitū q̄ȝ aliud qđ nō hēt huiuſmodi delectationē. ¶ Ad pm ḡ dicēdū ꝙ cōcupiſcē addit ſup̄ appetē ſicut ſpēs ſup gen⁹. appetē eniȝ nō dicit gñalē inclinationē appetit⁹ in appetibile. ꝯcupiſcē eniȝ ſonat ī motū q̄ſi querētē refici in delectabili ⁊ frui ipſo. ¶ Ad aliđ dicēdū ꝙ ſine dubio ꝯtraria ſūt eiuſdē vis ſed nō ſūt ambo fines. vñ lȝ triſtabile ſit cōcupiſcibile tñ nō eſt finis ei⁹ ⁊ ꝓpter hoc etiā deteſtatio ſiue fuga triſtabilis non eſt finalis act⁹ ei⁹ ſȝ ꝯñs: ꝓpter hoc eniȝ deteſtat̄ triſtabile q: ꝯcupiſcit delectabile. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ deteſtatio ī gñe ſiue fuga nō eſt act⁹ iraſcibilis ſȝ poti⁹ aggredi cū ira ⁊ aioſitate ſicut poſtea dicet̄. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis nō ſūt vna vis. triſtabile eniȝ in ſēſu nō eſt ꝓpriū obm iraſcibilis ſȝ poti⁹ cōcupiſcibilis. de iraſcibili aūt obto poſtea dicet̄. ¶ Ad ultim aūt dicēduȝ ꝙ duplex eſt inſurgē. ſ. inſurgē gñaliter cōtra cōtriſtans in ſenſu: ⁊ hoc nō eſt ꝓpriū iraſcibilis. ⁊ eſt iſurgē ex aioſitate ꝯtra alterū repugnās ⁊ hoc eſt ꝓprium iraſcibilis.

¶ Utrum cōcupiſcibilis dicit̄ eē corrupta a ſctis.

